Vol. C. 35

Del Nob. Sig. Senatore
Co. Francesco Sacerdote
Saggio Sanzo

1745

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA
6
6
G
2
CENTRALE V. E. II
ROMA

Digitized by Google

PANEGYRICÆ
ORATIONES
VETERUM ORATORUM.

NOTIS, AC NUMISMATIBUS

ILLUSTRAVIT,

ET ITALICAM INTERPRETATIONEM.

ADJECIT

LAURENTIUS PATAROL

VENETUS.

EDITIO SECUNDA

Ab Auctore castigata, & aucta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HIC EXEMPLAR EST CONTUBERN. IV. TI. M. UGHELLI FF. NRE. SS. EX CAL. S. AUG.

VENETIIS,

Apud NICOLAUM PEZZANA

MDCCXIX.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI
TYPOGRAPHUS.

CUm Panegyricarum Orationum Veterum Oratorum, adjectis Italicà Interpretatione, ac Notis a Cl. Viro Laurentio Patarol, Editionem alteram moliri meditarer, præfatum Auctorem hujuſce monui conſilii mei, rogans inſuper, ut, ſi quid haberet, quo opus hoc illuſtrarem, illud mihi lubenti animo largiri non renueret. Morem geſſit Vir humaniſſimus; quinimmo a me enixè petiit, ut tantiſper Librum prælo committere differrem; donec priorem ipſe Editionem, quæ Typis meis pariter A. 1708 prodierat, ſeduld, prout voti ſui erat, navatâ operâ caſtigaret. Quid novi igitur ex ejuſdem Auctoris munere acceſſerit, Lector paucis accipe. Primò quidem Orationes ipſas a plu-

Digitized by Google

rimis, quibus ſeu ex incuriâ, ſeu quacunque aliâ ex causâ, ſcatebant mendis, ſatis, quantùm ſpero, a primâ ad ultimam repurgatas accipies. Secundò verò Italica earundem Interpretatio elaboratior multò prodibit; utpote cui in meliùs reformandæ non modicam, &, quantùm ſuarum virium fuerit, integram diligentiam, atque ſolicitudinem Auctor idem contulerit. Tertiò tandem, non paucis additis Adnotationibus, totum opus locupletius invenies; queis omnibus optimæ Eruditorum Hominum humanitati, qua priorem Editionem ab iiſdem exceptam fuiſſe animadverti, in hac alterâ uberiùs, ut congruum erat, paria fiant. Hocce tum meo, tum Auctoris in te ſtudio fruere, benigne Lector; & vale.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO AD LECTOREM.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

DAnegyricæ Oratorum Veterum Orationes toties eruditorum hominum recenſione caſtigatæ, ac Notis illuſtratæ in hunc uſque diem prodierunt, ut inconſultè agere videatur quiſquis iis evulgandis manum rurſus admoveat. At verò, cùm ex tot editionibus hactenus nulla ſatis omnino caſtigata prodierit, cùmque ex ſingularum inter ſe collatione non citra ſpem ſit perfectiorem aliam, & ſi non optimam illam, ipſi tamen proximam emendationem abſolvi poſſe, factum hinc eſt, ut noviſſimam earundem Orationum editionem aggredi non dubitarim. Huc accedit quòd, cùm in iiſdem perlegendis non pauca proprio marte variis temporibus adnotaverim, lucis fortaſſe non parum locis pluribus afferentia, *intemperantis* eſſe arbitratus ſum, ut olim a *Tullio* dictum, ſcripſiſſe quondam, quod modò velim occultari. Ut autem potiori quodam jure in attritam aliis arenam, ſecuriorque deſcenderem, quandoquidem eadem iiſdem omnino numeris repetita faſtidium pariunt, & crambem recoctam ſapiunt, illud hiſce in Panegyricis exhibendis iter mihi inſtituere libuit, quod antehac a nullo ſuſceptum

Digitized by Google

ſciam, ut quidquid levioris notæ de meo prodit, non injucundà editionis novitate Lectoribus exhibeatur.

Primò igitur, caſtigatæ lectionis ſcriò comparandæ gratià, plurimos non unius ſæculi impreſſos Libros diligentiſſimè inter ſe contuli, tum Plinianæ Orationis, cujus quidem uberior editionum copia prodiit, tum reliquarum. Præcipuæ verò, quibus uſus ſum, editiones, nè ſingulas hìc longà & inutili morà referam, fuere, præter *Cuſpiniani* illas, ac *Rhenani*, Venetamque multùm depravatas, Antuerpienſis Anni 1599, Genevenſes duæ, altera A. 1638, altera A. 1663, Pariſienſis prima A. 1655, Pariſienſis altera A. 1676, *in uſum Sereniſ. Delphini*, ac nuperrima Cl. Viri *Chriſtophori Cellarii*, quæ A. 1703 Halæ Magdeburgicæ prodiit. Hiſce omnibus conjecturas pariter addidi, variaſque lectiones, quas laudatorum Codicum auctoritate firmatas ex profeſſo produxere, primùm *Antonius Schonovius*, ac *Theodorus Pulmannus*, mox *Valens Acidalius*, & *Conradus Rittershuſius*: Præterea nonnullas etiam ex *Franciſco Modio*, *Lection. Nove-ant. Ep.* 25, ac *Juſto Lipſio*, *Epiſt. Quæſt. Lib.* 1, 2, *ac* 3, *Epiſt. ultimà* deſumptas. Præter impreſſa exemplaria M. SS. etiam Codices adhibere præcipuus conatus fuit; primò nimirum unum D. Marci Bibliothecæ in Urbe noſtrà, favente mihi ejuſdem Præfecto, doctrinà pariter, atque humanitate excultiſſimo, *M. Antonio Maderò*; inde verò tres Romæ in Vaticanà exiſtentes, quorum plurimis in locis collationem non me-

dio-

diocri labore abſolutam benignitate maximà ad me tranſmiſit præclarus ille Literarum, & Literatorum amator, celsàque indole, ac tum virtutum tum nobilitatis laudibus æquè clarus, *Ill. ac Reverend. D. Dominicus Abbas Paſſioneus*, cujus tam pronum, & optimum in me ſtudium memoriâ colam ſempiternâ. Rurſum nonnullis etiam locorum aliquot obſervationibus uſus ſum ex Ambroſianæ Bibliothecæ, quæ Mediolani eſt, Codice M. S. quarum mihi copiam fecit Vir omni laude dignus *P. Petrus Franciſcus Torniello C. R. Congregationis e Somaſchâ*. Ex ſingulis igitur modò relatis tam impreſſis, quàm manu exaratis lectiones eas hauſi, quibus caſtigatiſſima pro viribus prodiret editio; ut quæ pluribus in Libris diſperſæ lectiones electæ quaſi viluerant, ex illis demum derivatæ, atque in unum collectæ maximæ ſtudioſi lectoris præluceant utilitati.

Secundò Commentarium ſubjeci, ſeu Notas, eaſque tam merè Criticas, quàm etiam Hiſtoricas, & cujuſcunque alterius generis, prout opus fuit; ſive nimirum ad varias lectiones exhibendas, ac perpendendas; ſive ad enodandam illuſtrandamque ſententiam, puta obſcuriùs dicta explicando, temporum Hiſtoriam, Principumque res geſtas ex Auctoribus depromendo, mores veteres, & ſimilia proferendo, Provinciarum, Populorum, Urbium antiqua nomina cum novis reddendo, & ſiquæ alia ſe ſe objecerint, aut difficilia, aut non obvia, hauſtis ex proprio erùditionis fonte adnotationibus, explicando.

Quotieſcunque verò aliorum Commentariis ſatiſfactum locis elucidandis novi, ipſa eorundem Auctorum verba referre malui, ſervato etiam illorum nomine, cùm ſit, teſte *Plinio*, *Nat. Hiſt. lib.* 1. *Præf. Benignum, ac plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris*. Eam idcireo operam dedi, ut Interpretes omnes, & Criticos, qui Orationes haſce illuſtrarunt, diligenter expenderem, atque inter ſe conferrem; e quibus inſpecti ſunt mihi præcipuè, ad *Plinium Io. Maria Catanæus*, *Hermandus Rayanus*, *Dominicus Baudius*, *Juſtus Lipſius*, cujus non ſolùm integræ Notæ extant, ſed & nonnulla adnotata, *Epiſtol. Quæſt. Lib.* 1, *cap.* 15, *P. de la Baune*, & *Chriſtophorus Cellarius*; ad reliquos autem ferè *Joannes Livineius*, *Janus Gruterus*, *Franciſcus Juretus*, *Claudius Puteanus*, *Valens Acidalius*, P. itidem *de la Baune*, & *Cellarius* ſuprarelati; præterea ad *Eumenium pro Schol. inſt. Franciſcus Balduinus*; ad *Pacatum Balduinus* idem, & qui nonnulla adnotavit *Adrianus Turnebus*, *Adverſ. lib.* 27, *cap.* 2 (utinam Orationis illius editionem etiam a *Scheffero* vulgatam cum Notis, a me fruſtra perquiſitam, videre contigiſſet); ad Auſonium verò *Elias Vinetus*, *Joſeph Scaglier*, & alii plures, quorum adnotationibus editionem ſuam *Jacobus Tollius* concinnavit. Et quoniam Nummorum auctoritate plurima ſæpe ſæpius confirmantur, Hiſtoria verò maximè, & ſupra quàm dici poſſit illuſtratur, idcirco;

Tertiò ad opus perficiendum Numiſmata etiam addidi, eaque duplicis generis; alia nempe Impera-

ratorem, cui Oratio dicta, cæteroſque, ſeu ex Imperatoriâ familiâ, ſeu ad eandem ſpectantes, in Oratione ipsâ nominatos exhibentia, hæcque cuilibet Panegyrico proprià tabellà præfigi curavi; alia tum locos aliquos Orationum ipſarum, tum Notas explicantia, & confirmantia, quæ majoris commodi gratiâ ad calcem operis ſeponere placuit: Quibus tamen exhibendis præſtantiora tantùm, nec ipſa ſingula, ſed unum aut alterum ſelegi, nè Libellum non ſuâ materiâ infarcire magis videar, quàm ornare.

Quartò tandem Orationibus ſingulis Italicam interpretationem adjeci, quod hactenus a nullo præſtitum non injucundum literatis Viris fore duxi, ſi tandem exhiberetur. Plinianæ quidem tantùm quadruplex antehac, quod ſciam, prodiit interpretatio. Prima nempe Senis, auctore *Petro Comone*, ut me docuit maximum illud Literariæ Reipublicæ decus, *Sereniſ. M. Ducis Hetruriæ Bibliothecarius, Antonius Maliabechius*. Secunda Romæ A. 1628, auctore *Hieronymo Ubaldino de Malavoltis*, cujus etiam editionis copiam idem mihi citatus Vir egregius *Maliabechius* liberaliſſimè fecit. Tertia, & quarta Venetiis; illa A. 1686, auctore *P. Auguſtino de Lengueglia C. R. Congreg. e Somaſchâ*; hæc A. 1688, auctore *Gyneſio Abbate Soderino, Patritio Veneto*. Reliquarum autem Orationum nullam certum eſt uſquedum in linguam noſtram translationem ne tentatam quidem, non ſine aliquâ ipſarum injuriâ, & pudore quodam Literarum. Quid enim, cùm omnia ferè tam

Græ-

Græcorum, quàm Latinorum cujuſcunque generis opera in linguam noſtram translata fuerint, non & parem merebantur Orationes iſtæ, ut in eandem verterentur, laborem impendi; cùm nuper etiam Gallicam interpretationem fuerint adeptæ ſtudio *Cl. Viri D. de Tilladet*, Regiæ Scientiarum Accademiæ Pariſienſis Socii? Provinciam ipſe igitur alacrior ideo ſuſcepi, quòd non mediocriter gratum futurum credidi, ſi, hiſce quibuſdam veluti Coloniis adjectis, Italica Literarum Reſpublica augeretur. Neque hìc diffitear, diu me multumque dubitaſſe, an, Plinianà Oratione prætermiſsà, reliquas tantùm Italico ſermone donatas exhiberem; nè poſt quatuor illas, eaſque optimas interpretationes, alteram ipſe proferrem, inani fortè conatu: Ut tamen & ipſam publici juris facerem illud me confirmavit, quòd eam noverim, non multis ab hinc annis, etiam a pluribus Galliarum doctis Viris in patrium ſermonem translatam fuiſſe. Præſtiti ergo; at non æmulandi ſtudio, ſed ad quoddam decus operis, & complementum. Cur enim, dum reliquis abſolvendis haud mediocrem operam contuliſſem, non & Plinianæ pariter inſudarem, ut ſingularum non divulſa Orationum ſeries continuà methodo, parique ſtylo, & quidem ab aliis vario, nam ſuo quiſque gaudet, exhiberetur? Et ſanè a nonnullorum interpretandi genere alienam mihi rationem inſtituere conatus ſum; ut non modò Auctoris ſententiam, ſed verba ipſa, numeroſque orationis omnino redderem, nec

quo-

quotieſcunque Italicæ linguæ proprietas, ac decor non ſecus juſſerit, ab hoc unquam inſtituto procul abirem. Cur etenim aliter latina verba reddenda ſint, ſeu diſtortà ſententià, ſeu ſubversà membrorum methodo, ſeu adjectis ex libidine verbis, & inani quadam paraphraſi, qui mos quorundam eſſe ſolet, oppletà potiùs, quàm illuſtratà periodo? Ideo ipſa quoque ſchemata, orationiſque lepores reddere ſtudui, non coactè tamen, nec violentè, ipſamque membrorum diſtinctionem pro viribus tueri; nam ſecus facere, meo judicio, & modicæ fidei eſt, & nullius in Auctores illos reverentiæ, quorum ſcripta vertuntur. Quòd ſi tamen interpretationis hujuſce meæ decurſu aliquis fortaſſe locus occurrat, vel non germanè, vel durioribus verbis, aut minus pronà aptàque ſententià redditus, veniam ipſo hoc in limine poſtulo, quam conſecuturum me non deſpero, quoties expendant lectores barbara verba, obſcuraſque ſententias, quæ non tam rarò nonnullas ex hiſce Orationibus nimis fædant. Nam, ut res eſt, Plinianam unam ſi excipias, quæ & ipſa tamen ſuos patitur manes, & unam aut alteram Eumenii, reliquæ omnes ferè, immane dictu eſt, ſed quilibet ex ſe ſatis agnoſcet, quantum mihi nonnunquam in interpretando negotii, ac difficultatis objecerint, propter minùs puram latinitatem, quæ ſententias ipſas ſæpe non obumbrat modò, ſed & obſcurat: Cujus quidem rei duplex eſt cauſa; primò quia germanum illud Latium tunc temporis jam penè totum perierat; deinde

quia

quia omnes ferè Auctores illi non Latini, sed Barbari fuere, ut nonnulli etiam de se testantur, quibus nimirum non patrio sermone loquendum erat, & Latinus sermo omni cum labe, qua tunc scatebat, minùs idoneis verborum judicibus pertractandus.

Hæc sunt, mi Lector, quæ te volebam prænovisse antequam ad legendum opus accederes, ut institutæ mihi methodi conscius lubentiùs lectionis iter, quod præmonstraverim, occupares. Antequam verò præmissa hæc, quæcunque ea sint, absolvam, cohibere me silentio nequeo, quin honoris causà Viros egregios, meique amantissimos nominatim recenseam, *Thomam Catanæum*, *Apostolum Zenum*, *Petrum Durli*, *Joannem Campelli*, *Jo. Antonium Astorium*, singulos editis jam monumentis Literatorum albo commendatos; ipsorum enim non judicio solùm, sed & non semel collatà operà fisus ac fultus laborem hunc meum qualemcunque publici juris facere minùs dubitavi. Quod quidem palam fieri verbis meis ipsis volui, gratum futurum pro certo sciens & iis ipsis modò relatis, & Lectoribus meis; nam nec illi in me grati animi confessionem, nec isti ingenuitatis fidem desiderabunt.

CA-

CATALOGUS

PANEGYRICARUM ORATIONUM.

I. C. Plinii Panegyricus, Trajano Augusto. Pag. 1.

II. Cl. Mamertini Paneg. Maximiano Augusto. pag. 139.

III. Ejusdem Mamertini Genethliacus Maximiani Augusti. pag. 159.

IV. Eumenii pro restaurandis Scholis Oratio. pag. 181.

V. Incerti Paneg. Maximiano, & Constantino. pag. 204.

VI. Incerti Paneg. Constantino Augusto. pag. 223.

VII. Nazarii Paneg. Constantino Augusto. pag. 257.

VIII. Eumenii Gratiarum Actio Flaviensium nomine Constantino Augusto. pag. 301.

IX. Eumenii Paneg. Constantino Augusto. pag. 320.

X. Eumenii Paneg. Constantio Cęsari. pag. 351.

XI. Cl. Mamertini pro Consulatu Gratiarum Actio Juliano Augusto. pag. 377.

XII. Ausonii ad Gratianum Imperatorem Discipulum Gratiarum Actio pro Consulatu. pag. 417.

XIII. Latini Pacati Drepanii Paneg. Theodosio Augusto. pag. 452.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di reviſione, & approbazione del P. Fr. Vicenzo Maria Mazzoleni Inquiſitore nel Libro intitolato *Panegyricæ Orationes Veterum Oratorum. Notis, ac Numiſmatibus illuſtravit, & Italicam interpretationem adjecit Laurentius Patarol Venetus*, non v' eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza a Nicolò Pezzana Stampatore che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venezia, & di Padoa.

Dat. 23. Marzo 1708.

(*Ferigo Marcello Proc. Rifor.*

(*Gerolimo Venier Rav. Proc. Rifor.*

(*Marin Zorzi Rifor.*

Agoſtino Gadaldini Segr.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO.EMANUELE

C. * PLINII CÆCILII SECUNDI PANEGYRICUS Nervæ Trajano Augusto.

PANEGIRICO DI G.PLINIO CECILIO SECONDO A Nerva Trajano Augusto.

BIBLIOTECA N.A.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

CAP.I. BEne, *ac sapienter, P. C. Majores instituerunt*, (a) *ut rerum agendarum, ita dicendi initium a precationibus caperetur, quòd nihil rite, nihilque providenter homines*

CAP.I. RIetto, e savio, P. C. fu il voler de' Maggiori, che s'incominciasse, così l'operare, come il discorrere dalle invocazioni, non potendo gli vomini principiare cosa alcuna dirittamen-

* *Plinii.* Auctor hujus Orationis C. Cæcilius, ex Novocomo Insubriæ urbe, L. Cæcilii filius ex Plinià C. Plinii Historici sorore, cujus mox etiam factus est bonorum hæres, & ideo in Pliniorum familiam adscitus, unde & *Plinius* agnomine dictus est. Artem Rhetoricam a Quintiliano, reliquas verò disciplinas a Nicete Smyrnæo Sophistà, atque Oratore, & ab Euphrate Stoico didicit. Sub Trajano Imperatore præcipuos honorum gessit; nam Quæstor, Tribunus Plebis, Præfectus Ærarii, Æmiliæ Viæ, Tiberinique Alvei Curator, Proprætor Provinciæ Ponticæ, atque Augur fuit; inde etiam Consul, unà cum Cornuto Tertullo, eo ipso anno, in quem tertius incidit Trajani ipsius Consulatus, hoc est Anno Christi centesimo, quo Trajanus ipse primò collegam habuerat Frontinum, seu Frontonem. Fuere igitur Plinius & Tertullus, non ordinarii Consules, sed suffecti, ut adnotavi etiam ad *Cap.* 61. Videtur Plinius noster trigesimonono circiter ætatis anno Orationem hanc dixisse; nam decimum octavum se annum egisse scribit, *Epist.* 20. *lib.* 6. quando Vesuvius arsit, primo nempe anno Imperii Titi Cæsaris, Christi verò septuagesimonono. Panegyrici hujus laudes a tot Auctoribus prolatas recensere hic mens non est, ne in immensum opus excrescat. Consulat qui velit *Carolum Arndium*, *Biblioth. Polit. Herald. sel.*, *Class.* 1. *Gener.* 3. *spec.* §. 7.

a *Ut rer. agend.* Rebus quibuslibet agendis Romanos sacra, seu precationum, seu auspiciorum adhibuisse nemo non novit. *Liv. Lib.* 1. *Auguriis, sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi auspicatò gereretur,* &c. Dicendis etiam parem curam adhibitam notat *Val. Max. Prol. Si prisci Oratores ab Jove O. M. bene orsi sunt*, &c. Egregie utrumque complectitur *Nazianzenus*, *Apolog. Optimum siquidem, ut cujuscunque, vel sermonis, vel operis principium ordine instituatur, & ex Deo prodeat, & in Deum desinat.*

A Con-

nès sine Deorum Immortalium ope, consilio, honore auspicarentur. Quimos, cui potiùs quàm (a) Consuli, aut quando magis usurpandus, colendusque est, quàm cum imperio Senatus, auctoritate Reipublicæ ad agendas optimo Principi gratias excitamur? Quod enim præstabilius est; aut pulchrius munus Deorum, quàm castus, & sanctus, & Diis simillimus Princeps? Ac si adhuc dubium fuisset, fortè casuque rectores terris, an aliquo Numine darentur, Principem tamen nostrum liqueret divinitùs constitutum. Non enim occultè potestate Fatorum, sed ab Jove ipso coram, ac palàm repertus, electus est; quippe inter (b) aras, & altaria, eodemque loci, quem Deus ille tam manifestus, ac præsens, quàm Cœlum, ac sidera insedit. Quo magis aptum, piumque est te, Jupiter Optime Maxime, antea (c) conditorem, (d) nunc conservatorem Imperii nostri precari, ut mihi digna Consule, digna Senatu, digna Principe contingat oratio; utque omnibus, quæ dicentur a me, (e) libertas, fides, veritas constet; tantùmque a specie adulationis absit gratiarum actio mea, quantùm abest a necessitate.

mente, e con proprietà senza l'ajuto, il consiglio, l'onore degl'Iddj immortali. E da chi, o quando mai far ciò più devesi, che da un Consolo, ed allorchè il comandamento del Senato, l'autorità della Repubblica ci muovono a ringraziare un ottimo Principe? Poichè, qual grazia degl' Iddj v'hà più alta, e nobile; che un'Imperadore casto, santo, e loro somigliantissimo? Onde se dubitato finor si fosse, se dal caso, o da qualche divinità si dessero i Sovrani alla terra, chiaro però sarebbe, esserci assegnato il nostro dal Cielo. Ch'e' non fu già da'destini in segreto, ma da Giove stesso in pubblico ritrovato, e trascelto, fra gli altari appunto, e là dove desso risiede nullamen palese, e fermo, che sul Cielo, e fra le stelle. Egli è ben perciò di proposito, e di ragione il pregarti, Giove Ottimo Massimo; te dico, che già fondasti, ed ora conservi lo Stato nostro, perchè riesca il mio ragionamento degno di un Consolo, di un Senato, di un Principe; perchè sia quanto dirò libero, degno di fede, sincero; e come dal mio ringraziamento è lontana la necessità di adulare, altresì ne sia l'ombra stessa.

Equi- Che

a *Consuli*. Muneris Consularis fuisse hoc docet ipse *Plinius L. 3. Ep. 18. Officium Consulatus iniunxit mihi, ut Reipublicæ nomine Principi gratias agerem.*

b *Aras, & altaria*. Altaria sunt ex *Festo, in quibus ignis adoletur, ab altitudine dicta*. Aræ quoque ejusdem generis fuere, variæ tamen ab altaribus. Hæc enim majora erant, Deorumque Superum sacris inservientia; illæ verò minores, & potiùs ignitabula quædam, quibus Inferis maximè litabatur.

c *Conditorem*. Ita dictum, quòd Jupiter omnium conditor, ac pater; qui Conditori urbis Romulo præsto fuerit, animum, vires que sufficiens.

d *Nunc Conservatorem*. Propter evectum Trajanum ad Imperium. Frequens in Numm. est Jovis Conservatoris typus, & Epigraphes.

e *Libertas, fides, veritas*. Libertas, qua de Principe dicam quidquid ipse meretur, aut non. Fides, ut ea dicam, quibus credi possit, nec adulatorie illa proferam, quibus credi non possit. Veritas, ut nihil falsi ejusdem laudibus immiscеam.

Voces

CAP. II. E*Quidem non Consuli modò, sed omnibus civibus enitendum reor, nè quid de Principe nostro ita dicant, ut idem illud de alio dici potuisse videatur. Quare abeant, ac recedant* (a) *voces illæ, quas metus exprimebat; nihil quale antea dicamus, nihil enim quale antea patimur; nec eadem de Principe palam, quæ priùs prædicemus, neque enim eadem* (b) *secretò loquimur, quæ priùs. Discernatur orationibus nostris diversitas temporum, & ex ipso genere gratiarum agendarum intelligatur cui, quando sint hactenus, ut* (c) *Deo; nunc nusquam nisi Numini blandiamur: Non enim de tyranno, sed de cive, non de* (d) *domino, sed de parente loquimur. Unum ille se ex nobis, & hoc magis excellit, atque eminet, quòd unum ex nobis putat; nec minùs hominem se, quàm hominibus præesse meminit. Intelligamus ergo bona nostra, dignosque nos illis usu probemus; atque identidem cogitemus, si majus Principibus præstemus obsequium, qui servitute civium, quàm qui libertate lætantur. Et Populus quidem Romanus dilectum* (e) *Principum servat;*

CAP. II. CHe ben mi appongo, doversi, non il Consolo solo, ma ogni Cittadino sforzare di non proferir cosa del nostro Principe, che sembri essersi potuta dire di un'altro. Lungi perciò quelle voci formate dallo spavento; niente come avanti si dica, perchè niente come avanti si pruova; nè del Principe lo stesso, che per l'addietro ad alta voce si parli, perchè, come allora, non se ne ragiona in segreto. Distinguasi la diversità de' tempi da' nostri discorsi; e dalla qualità de' ringraziamenti stessi conoscasi a chi, e quando, come ad uno Idio, finora siensi renduti: Adesso il nostro Principe come tale non si aduli; perchè non si parla di un Tiranno, ma di un Cittadino, non di un Signor, ma di un Padre. Reputa egli se stesso un di noi, e perciò appunto grandeggia più; nè si ricorda meno di essere vomo, che di essere sovra gli vomini. Intendiamo dunque i nostri vantaggi, e mostriamocene meritevoli col sapergli godere; esaminando sovente, se più rispettiamo frà Principi chi vuole i Cittadini schiavi, o chi li vuol

quan-

a *Voces illæ.* Adulationum, quibus necesse erat pessimis Imperatoribus ex vitæ perdendæ metu blandiri; non enim, ut queritur *Juvenal. Sat.* 1. *Civis erat, qui libera posset Verba animi proferre, & vitam impendere vero.*

b *Secretò.* Maledictionibus nempe, atque imprecationibus, seu tacitis intra nos, seu inter domesticos tantùm parietes expressis.

c *Deo.* Deos enim se putabant Imperatores illi, & a Civibus pro Diis coli volebant. Quà notà non caruit ipse Augustus, Princeps alioquin laudabilis; gaudebat enim, teste *Sueton. Cap.* 79. *si quis sibi acriùs intuenti, quasi ad fulgorem solis vultum submitteret.*

d *Domino.* Erat hoc tyrannis illis usurpatum nomen, a nulloque plus affectatum, quàm a Domitiano; vide *Suet. C.* 13. At Tiberius sagacissimus ille tyrannus *acerbè increpuit eos, qui divinas occupationes, ipsumque deminum dixerant.* Hæc *Tacit. Annal. Lib.* 2.

e *Principum.* Sic malui cum *Lipsio*, & aliis, quàm *Principem*, ut in multis legebatur.

quantoque paulò ante concentu (a) *formosum alium, hunc fortissimum personat; quibusque aliquando clamoribus* (b) *gestum alterius, & vocem, hujus pietatem, abstinentiam, mansuetudinem laudat. Quid? Nos ipsi divinitatem Principis nostri, an humanitatem, temperantiam, facilitatem, ut amor, & gaudium tulit, celebrare universi solemus? Jam quid tam* (c) *civile, tam* (d) *senatorium, quàm illud additum a nobis* (e) *Optimi cognomen, quod peculiare hujus, & proprium arrogantia priorum Principum fecit? Enimverò quàm commune, quàm ex æquo, quòd felices nos, felicem illum prædicamus; alterniſque votis, hæc faciat, hæc audiat, quaſi* (f) *non dicturi niſi fecerit, comprecamur? Ad quas ille voces lacrymis etiam, ac multo pudore ſuffunditur; agnoſcit enim, ſentitque ſibi, non Principi dici.*

vuol liberi. Roma però fa diſtinzion de' Sovrani; e, come a voci unite innalzava poco anzi di chi la bellezza, di chi il geſto, e la voce, a queſto altresì di fortezza, di pietà, di temperanza, di placidezza dà lode. Noi poſcia che più ſiam ſoliti di lodar d'accordo nel noſtro Principe? Le di lui azioni da Idio, o da vomo? la temperanza, o l'affabilità, come l'affetto noſtro, o l'allegrezza il ricerca? Che poi più da Cittadino, e da Senatore gli demmo, che il cognome di Ottimo, fattogli proprio dalla burbanza de' Principi traſandati? E che ugualità ella ſi è il chiamare felici noi, felice lui; ed ora pregarlo, che coſì operi, ora che così ſenta dirſi, come non voleſſimo a queſta guiſa parlare, quando così non faceſſe? In che ſentire egli anche lagrima, e tutto di roſſore ſi cuopre; accorgendoſi, che di Trajano così, non dell' Imperador ſi favella.

CAP. III. *IGitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſervavimus, hoc ſinguli quoque, meditatique te-*

CAP. III. COntegnamoci dunque tutti di buon propoſito nella moderatezza da noi ſerbata in quell' improvviſo bol-

a *Formoſum alium*. Domitianum; de quo *Sueton. cap.* 18.

b *Geſtum alterius*. Neronis, de quo *Tac. Ann. l.* 14. *Nec minùs fœdum ſtudium citharâ ludicrum in modum canere*; Et paulò poſt; *Hi* (Equites Auguſtani) *dies, noctesque plauſibus perſonare, formam Principis, vocemque Deum vocabulis appellantes*, &c. Notumque omnibus, ipſum in Theatro recitare ſolitum, citharædico etiam habitu indutum. Tradunt *Xiphil.* & *Sueton. cap.* 24. Rem illuſtrat Numiſma Græcum, quod vide *Tab.* 1. *n.* 1. & 2.

c *Civile*. Ratione noſtri, ut bonos nempe, ac gratos decebat Cives.

d *Senatorium*. Ratione Principis, cui gravior, & auguſtior honos tribuendus.

e *Optimi cognomen*. Inditum hoc Trajano poſt victorias de Armenis *teſte Xiphil.* Poſt devictos autem Parthos additum ipſi eſt illud etiam Parthici, eodem teſte; ſed *cognomine Optimi multò magis gloriari videbatur*. Hinc eſt, quod in innumeris Trajani nummis legitur *S. P. Q. R. Optimo Principi*, & quamvis in variis varii ſint typi, eadem tamen epigraphes omnibus eſt. Unum exhibeo præ cæteris, in cujus adversâ parte eadem verba leguntur in medio Laureæ. Vide *Tab.* 1. *n.* 3.

f *Non dicturi*. Felices nos, felicem illum.

Quàm

teneamus; sciamusque, nullum esse neque sincerius, neque acceptius genus gratiarum, quàm quod illas acclamationes æmuletur, quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me pertinet, laborabo, ut orationem meam ad modestiam Principis, moderationemque submittam; nec minùs considerabo quid aures ejus pati possint, quàm quid virtutibus debeatur. Magna, & inusitata Principis gloria, cui gratias acturus non tam vereor, ne me in laudibus suis parcum, quàm ne nimium putet! Hæc me cura, hæc difficultas sola circumstat. Nam merenti gratias agere facile est, P.C.: Non enim periculum est, ne cùm loquar de humanitate, exprobrari sibi superbiam credat; cùm de frugalitate, luxuriam; cùm de clementiâ, crudelitatem; cùm de liberalitate, avaritiam; cùm de benignitate, livorem; cùm de continentiâ, libidinem; cùm de labore, inertiam; cùm de fortitudine, timorem. Ac ne illud quidem vereor, ne gratus, ingratusve videar, prout satis, aut parum dixero. Animadverto enim, etiam Deos ipsos, non tam accuratis adorantium precibus, (a) quàm innocentiâ, & sanctitate lætari; gratioremque existimari, qui delubris eorum puram, fastamque mentem, quàm qui meditatum carmen insulerit:

bollore di pietà; e sappiamo non esservi ringraziamento più grato, e sincero, del simile a quegli applausi, che non han tempo di fingere: Quanto è a me, procurerò di soggettare al componimento, e alla moderazione del Principe il mio discorso; nè ripenserò più quanto alle di lui virtudi si debba, che quanto possano pazientare gli orecchi. Grande, e rara gloria di un Principe, che in ringraziarlo io tema di parergli nelle sue lodi scarso non già, ma eccedente! Questo solo pensiero, questa sola difficoltade mi angustia, sendo altrimenti facile, P.C. un meritevole ringraziare; senza temere, che, quando parlo di piacevolezza, di parsimonia, di clemenza, di liberalità, di cortesia, di continenza, di tolleranza, di fortezza, egli creda che gli si rinfacci la superbia, la intemperanza, la crudeltà, l'avarizia, il livore, la dissolutezza, la codardia, lo spavento. Quanto al parere grato, od'ingrato, conforme abbastanza, o scarsamente dirò, niente temo; poichè osservo, gradirsi da gl'Iddj stessi, non così le suppliche affannose, come la innocenza, e la perfezione di chi li adora; e giudicar essi più conoscente chi ne' loro templi una mente casta, e purgata, di chi uno studiato inno presenta.

CAP. IV. *SEd parendum est Senatusconsulto, quo ex utilitate publicà placuit, sit Consulis*

CAP. IV. MA vuolsi ubbidire al Senato, da cui comandasi per comun bene, che sotto

a *Quàm innocentiâ.* Illustrant hunc locum verba *Senecæ l. 1, c. 6. de Benef. Nec in vilissimus quidem, licèt opimæ sint, auroque præfulgeant, Deorum est honos, sed piâ, ac rectâ voluntate venerantium, &c.*

lis voce sub titulo gratiarum agendarum boni Principes, quæ facerent, recognoscerent, mali, quæ facere deberent. Id nunc eò magis solemne, ac necessarium est, quòd parens noster privatas gratiarum actiones cohibet, & comprimit, intercessurus etiam publicis, si permitteret sibi vetare quod Senatus juberet. Utrumque, Cæsar Auguste, moderatè, & quòd alibi tibi gratias agi non sinis, & quòd hic sinis; non enim a teipso tibi honor iste, sed ab agentibus habetur. Cedis affectibus nostris, nec nobis munera tua prædicare, sed audire tibi necesse est. Sapè ego mecum, P. C., tacitus agitavi, qualem, quantumque esse oporteret, cujus ditione, nutuque maria, terræ, pax, bella regerentur; cùm interea fingenti, formantique mihi Principem, quem (a) æquata Diis Immortalibus potestas deceret, nunquam voto saltem concipere succurrit similem huic, quem videmus. Enituit (b) aliquis in bello, sed (c) obsolevit in pace. Alium toga, sed non & arma honestarunt. Reverentiam ille terrore, alius amorem humanitate captavit. Ille quæ-

sotto titolo di ringraziamento sentano dalla bocca del Consolo i buoni Principi quanto fanno, gli scellerati quanto far debbono: Vie più ora, che il nostro Padre ferma, e reprime i ringraziamenti in privato, inchinevole ad impedirgli anche in pubblico, se permettesse a sè stesso il divietare ciò, che il Senato comanda. Egual moderatezza si è, Augusto Cesare, non permettere altrove ringraziamenti, e qui permetterli; onde quest' onore, non da voi stesso, ma da chi ringratiavi a voi si fa. A' nostri affetti cedete; ed a noi non è forza i benefizj vostri lodare, a voi bensì lo ascoltarli. Ripensai meco, P. C. sovente qual' e quanto esser debba chi regola col comando, e col cenno mari, terre, guerre, e paci; pure ideando, e formandomi un Principe, cui giustamente toccasse un comando eguale a quello degl' Iddj immortali, non mi venne nemmen talento di concepirne un simile a quel, che vediamo. Sfolgorò in guerra taluno, ma in pace avvilissi: Altri s'illustrò colla toga, non colle armi: Uno si acquistò col terrore il rispetto; altri colla dol-

a *Æquata Diis*. Sic audiebat Imperatoria dignitas, & potestas. *Juven. Sat. 5. Nihil est, quod credere de se Non possit, cum laudatur Diis æqua potestas.*

b *Aliquis in bello*, &c. Exemplo primi generis esse possunt Annibal, & Marius, ille Campaniæ deliciis ad mollissimum detortus, testibus *Livio*, & *Floro Lib. 2. c. 6.* hic juxta *Paterc. l. 2. cap. 23. in otio civibus infestissimus, quietisque impatientissimus*. Secundi, M. T. Cicero: Nota omnibus viri eloquentia, in bello autem socordia. Tertii C. J. Cæsar, C. Caligula. Quarti Titus: Testis de singulis in eorum vitâ *Suetonius*. Quinti Caligula idem fortasse, & Galba, qui melior in vitâ privatâ fuit, quàm in imperio; necnon & Lepidus Triumvir, de quo *Paterc. lib. 2. cap. 80.* Postremi Augustus, in Nepte, Nepotibus, & totâ pene familiâ infelicissimus. Vide *Suetonium cap. 65.*

c *Obsol. in pace*. Videtur locum hunc verbis ipsis imitari studuisse *Claud. Lib. 1. de laud. Stilic., sub initium*; *Bellis insignior ille, sed pacem fædat vitiis*, &c. quæ operæ pretium erit cum hisce nostri Auctoris conferre.

Seve-

quæsitam domi gloriam in publico, hic in publico partam domi perdidit: Postremò adhuc nemo extitit, cujus virtutes nullo viciorum confinio laderentur. At Principi nostro quanta concordia, quantusque concentus omnium laudum, omnisque gloriæ contigit? Nihil (a) *severitati ejus hilaritate, nihil gravitati simplicitate, nihil majestati humanitate detrahitur. Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris; ad hoc* (b) *ætatis indefessa maturitas, nec sine quodam munere Deum festinatis* (c) *senectutis insignibus ad augendam majestatem ornata cæsaries, nonne longè latèque Principem ostentant?*

dolcezza l'amore: Que gli perdè in pubblico la gloria acquistata in privato; quelli in privato l'acquistatasi in pubblico; e per finirla non v'ebbe alcuno, le cui virtù dalla vicinanza di un vizio non si macchiassero. Ma al nostro Principe che grande unione, ed armonia di ogni lode, e di ogni gloria toccò! Alla severitade, al cõtegno, alla gravità niente in lui dalla giovialità, dall'affabilità, dalla schiettezza si toglie. E non fanno bella mostra di Principe la robustezza, e l'altura del corpo, la maestà del capo, la nobiltà della faccia? Più, la soda maturezza degli anni, e la chioma anticipatamente fregiata, non senza un certo dono de' Numi per accrescer decoro, da' segnali della vecchiezza?

CAP. V. *TAlem esse oportuit, quem* (d) *non bella civilia, nec armis oppressa Respublica, sed pax, & adoptio, & tandem exorata terris Numina dedissent. An fas erat, nihil differre inter Imperatorem, quem homines, & quem Dii fecissent? Quorum quidem in te, Cæsar Auguste, judicium, & favor tunc statim cùm ad exercitum proficiscereris, & quidem inusitatò, enituit. Nam cæteros Principes, aut*

CAP. V. TAle dovette essere chi non arrivò a questo posto colle guerre civili, nè coll'oppressione del pubblico; ma in pace, e per via di adozione dato ci fu dagl'Iddj, colla terra finalmente placati. Che non dovea egli forse passar divario fra un'Imperadore fatto dagli vomini, ed uno fatto da' Numi? E ben di questi scoprissi tosto, ed in guisa anche nuova, l'inclinazione, e l'amore verso di Voi, quando al campo v'in-

a *Severitati.* Eadem ferè de Agricolà *Tacitus*; *Nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuit.*

b *Ætatis.* Agebat Trajanus, cùm evectus est ad Imperium, annum circiter quadragesimum secundum. Vixit enim juxta *Eutrop. l.* 8. annos 62., aut juxta alios 64.; præfuit autem, juxta omnium scriptorum consensum, annos 19. cum dimidio.

c *Senectutis insignibus.* Canitie nempe, quam pulchræ speciei in Trajano fuisse docent verba *Xiphilini*; *Barbari caniciei dignitate, vultusque gravitate animadversâ, rati Trajanum esse, ut erat*, &c.

d *Non bella Civilia.* Utolim C. J. Cæsarem, Augustum, Othonem, Vitellium.

(a) *aut largus cruor hostiarum, aut* (b) *siniſter volatus avium conſulentibus nuntiavit; tibi aſcendenti de more Capitolium, quanquam non id agentium civium clamor, ut jam Principi occurrit. Siquidem omnis turba, quæ limen inſederat, ad ingreſſum tuum foribus recluſis, illa quidem, ut tunc arbitrabatur, Deum, cæterum, ut docuit eventus, te conſalutavit* (c) *Imperatorem. Nec aliter a cunctis omen acceptum eſt, nam ipſe intelligere nolebas: Recuſabas enim imperare, recuſabas, quod bene erat imperaturi. Igitur cogendus fuiſti; cogi porrò non poteras, niſi periculo patriæ, nutatione Reipublicæ; obſtinatum enim tibi non ſuſcipere imperium, niſi ſervandum fuiſſet. Quare ego illum ipſum* (d) *furorem, motumque caſtren-*

v'indirizzaſte. Imperciocchè ad altri, mentre ſtavanſi oſſervando gli augurj, pronoſticoſſi l'imperio o dal molto ſangue delle vittime, o dal volo degli uccelli a ſiniſtra: Voi ſalendo in Campidoglio, come ſoleaſi, incontraſte ſchiamazzo di Cittadini in atto di acclamarvi, benche nol faceſſero. Poſciachè tutto il popolo, che accerchiava le ſoglie, ſpalancate al voſtro entrare le porte, quando appunto credeaſi, che ſalutaſſe Giove Imperadore, con quel nome ſalutò Voi. E ben tutti così la inteſero, benche Voi nò, che ricuſavate il comando; ſegno di dover' eſſere un'ottimo Comandante. Si dovè dunque sforzarvi; nè ſi potealo, che col pericolo della patria, e col rivolgimento della Repubblica; riſoluto Voi di non addoſſarvi l'imperio, ſe nò trattavaſi di preſervarlo. Io perciò credo, eſſer ſeguite quel-

a *Aut largus cruor*. Fauſtum ſignum antiquis, ſi, cæsâ victimâ, cruor latè micuiſset, contra ſi parcè, ac lentè. *Sen. in Oed. A. 2. S. 2.* Tir. *Utrùm citatus vulnera angusto micat, an lentus altas irrigat plagas cruor?* Man. *Hujus per ipsam quà patet pectus viam effusus amnis; hujus exiguo graves maculantur ictus imbre*, &c. Tir. *Infausta magnos sacra terrores cient*. Non placet verò, quod *Catanæus*, & *Rayanus* arbitrantur, intelligi a noſtro ſacrificia magnifica innumerarum victimarum; non enim loquitur *Plinius* de qualitate ſacrorum, ſed de auguriis, ſive auſpiciis ad imperium.

b *Siniſter volatus*. A Septentrionibus ſcilicet; ſacrificantibus enim, qui, teſtibus *Livio*, & *Pomp. Læto de Sacerd. Rom. C. 6.* ad Orientis plagam ſe vertebant, illa cœli regio læva erat. Portendebat autem fauſta volatus avium a ſiniſtrà, quare *Lucan. Lib. 1. Et doctus volucres Augur ſervare ſiniſtras*. Cujus rei rationem reddit *Pompon.* idem, quia *Pars illa urbis propter altitudinem proſpera putatur*. At potiùs dicas, quia quod nobis ad lævam venit, a Deorum dexterâ mittitur.

c *Imperatorem*. In illâ voce, inquit *Lipſius*, *allusio tota, & omen. Quomodo? Sciendum, præter Jovem illum Capitolinum alium in eodem templo religiosè cultum, cognomine* Imperatoris. *Dicat hoc* Livius *Lib. 6.* &c. *De eodem* Cic. in Verrem, &c. Turba igitur ſalutavit Imperatorem; at dum ſalutavit hoc nomine Jovem, Imperatorium nomen Trajano portendit. Confirmatur loci hujus ſententia ex hac ipsâ Oratione *Cap. 94.* iis nimirum verbis ad Jovem, *proficiſcenti ad exercitum tuo nomine, tuo honore ceſſiſti* nomine ſcilicet Imperatoris, ut ſatis patet.

d *Furorem*, &c. Innuit militum ſeditiones poſt occiſum Domitianum. Illi enim ejuſdem mortem ægrè tulerunt, teſte *Sueton. in Domit. Cap. ult.* quare ſub ejus ſucceſsore Nervâ plurimi adhuc motus, ut auctor eſt *Xiphil.*, quibus ſe imparem ille ſentiens Trajanum adoptavit.

ob-

ſtrenſem reor extitiſſe , quia magnà vi , magnoque terrore modeſtia tua vincenda erat . Ac ſicut maris , Cœlique temperiem turbines , tempeſtateſque commendant , ita ad augendam pacis tuæ gratiam illum tumultum præceſſiſſe crediderim. Habet has vices conditio mortalium , ut adverſa ex ſecundis , ex adverſis ſecunda naſcantur . Occultat utrorumque ſemina Deus ; & plerumque bonorum , malorumque cauſæ ſub diverſâ ſpecie latent .

quelle furie, e quelle commozioni de'ſoldati, perchè doveaſi vincere la voſtra modeſtia da una grande violenza,e da un gran terrore. Ma come i turbini,e le burraſche rendono piu grata la calma del mare, e del Cielo , così perſuadomi , che precedeſſe quel tumulto , perchè foſſe più grata la pace , che ci rendeſte. Porta queſte vicende la condizione de'mortali,che dalle ſciagure le felicità , dalle felicità naſcono le ſciagure. Ne occulta Idio le cagioni ; e per lo più i principj del bene,e del male ſotto apparenza diverſa ſi aſcondono.

CAP.VI. *MAgnum quidem illud ſæculo dedecus , magnum Reipublicæ vulnus impreſſum eſt ; Imperator , & parens generis humani* (a) *obſeſſus , captus , incluſus ; ablata mitiſſimo ſeni ſervandorum hominum poteſtas ; ereptumque Principi illud in Principatu beatiſſimum , quòd nihil cogitur . Si tamen hæc ſola erat ratio , quæ re publicæ ſalutis gubernaculis admoveret , (b) propè eſt ut exclamem , tanti fuiſſe . Corrupta eſt diſciplina caſtrorum , ut tu corrector , emendatorque contingeres ; inductum peſſimum exemplum , ut optimum opponeretur ; poſtremò coactus Princeps , quos nolebat occidere , ut daret Principem , qui cogi non poſſet . Olim*

CAP.VI. GRan diſonore , per dir vero , rilevò il ſecolo , e la Repubblica gran ferita ; aſſediato,preſo, imprigionato un'Imperadore , levato ad un clementiſſimo vecchio il poter preſervare i ſuoi , e ad un Principe la più alta felicità del comando, ch'è il non eſſere violentato. Se però queſto ſolo era il modo di porvi al governo della pubblica ſalvezza , griderei quaſi , che montava tanto l'avervi. Si guaſtò la militar diſciplina,perchè Voi le doveſte poſcia toccare per correttore , s'introduſſe un peſſimo eſempio per farne il contrappoſto di un'ottimo; fu per finirla sforzato il Principe a ſvenare chi non volea , perche creaſſe egli un altro Principe, che non ſi poteſſe sforzare. Meri-

ta-

a *Obſeſſus* , &c. A Prætorianis, qui in illud furoris exarſerunt, ut Petronium , Parthenium , & alios Domitiani interfectores , ut referunt *Xiphil.* & *S. Aur. Vict.* occiderint invito Nervâ , qui ſervare omnes malebat.

b *Prope eſt, ut exclamem* . Modeſtè *Plinius* ipſe adulatur : At fædiſſimè *Lucan. l.* 1. cum cecinit; *Quòd ſi non aliam venturo fata Neroni Invenere viam* , &c. *Scelera ipſa , nefaſque Hac mercede placent.*

tu quidem adoptari merebare ; ſed neſciſſemus quantum tibi deberet imperium , ſi ante adoptatus eſſes . Expectatum eſt tempus , in quo liqueret , non tam accepiſſe te beneficium , quàm dediſſe . Confugit in ſinum tuum concuſſa Reſpublica , ruenſque imperium ſuper Imperatorem Imperatoris tibi voce delatum eſt . Imploratus adoptione , & accitus es , ut olim duces magni a peregrinis , externiſque bellis ad opem patriæ ferendam revocari ſolebant . Ita filius , ac parens uno eodemque momento rem maximam invicem præſtitiſtis ; ille tibi imperium dedit , (a) tu illi reddidiſti . Solus ergo ad hoc ævi , qui pro munere tanto paria accipiendo feciſti ; immo ultro dantem obligaſti : Communicato enim imperio ſollicitior tu , ille ſecurior factus eſt .

tavate eſſere adottato già molto innanzi; ma, ſe lo foſte ſtato, non ſapreſſimo di quanto vi foſſe debitore l'imperio. Aſpettoſſi un tempo, in cui foſſe paleſe, che il beneficio non fu da voi ricevuto, ma fatto. Corſe a vo'in ſeno l'abbattuta Repubblica; e vi fù preſentato dalla voce dell' Imperadore l'imperio, che rovinava ſopra lui ſteſſo . Foſte invitato , e chiamato col mezzo dell'adozione, come ſoleano richiamarſi già dalle guerre lontane e ſtraniere in ajuto alla patria i grandi Generali. Così nel medeſimo punto figliuolo e padre l'uno all'altro bella grazia faceſte; egli a Voi diede l'imperio, Voi a lui lo reſtituiſte . Rendeſte Voi dunque ſolo finora il cambio di un beneficio sì alto; obbligaſte anzi chi ve lo fece: Mentre fatto a parte dell'imperio poneſte Voi in più diſturbo, deſſo in più ſicurezza.

CAP. VII. *O Novum , atque inauditum ad principatum iter ! Non te propria cupiditas , proprius metus , ſed aliena utilitas , alienus timor Principem fecit . Videaris licèt quod eſt ampliſſimum conſecutus inter homines , felicius tamen erat illud , quod reliquiſti ; ſub bono Principe privatus eſſe deſiiſti . Aſſumptus es in laborum , curarumque conſortium ; nec te læta , & proſperæ ſtationis iſtius , ſed aſpera , & dura ad capeſſendam eam compulerunt . Suſcepiſti imperium , poſtquam alium ſuſcepti pœnitebat*

CAP. VII. O' Nuova, e non più inteſa ſtrada al principato ! Diveniſte Principe , non per ingordezza, non per timore, ma per giovare , e rendere altri ſicuro . Sebben pare che abbiate conſeguito il più alto poſto fra gli uomini , era però di felicità maggiore quel che perdeſte , ceſſando di eſſer privato ſotto ad un Principe buono. Foſte fatto compagno delle fatiche, e de' travagli; nè a ſalire a quel poſto vi ſpinſe ciò , che v'ha in eſſo di ſoave, e di felice, ma ciò che di aſpro, e di tormentoſo . Prendeſte l'imperio dappoichè altri-

a *Tu illi reddidiſti*. Non temere hæc de Trajano. At ſuperbè Domitianus jactavit in Senatu, & *patri ſe, & fratri imperium dediſſe, illos ſibi reddidiſſe*. *Suet. Cap.* 13.

Co-

bat . Nulla adoptati cum eo, qui adoptabat , (a) *cognatio , nulla neceſſitudo , niſi quòd uterque optimus erat , dignuſque alter eligi , alter eligere . Itaque adoptatus es , non , ut prius* (b) *alius , atque alius , in uxoris gratiam ; aſcivit enim te filium* (c) *non vitricus , ſed Princeps ; eodemque animo Divus Nerva pater tuus factus eſt , quo erat omnium . Nec decet aliter filium aſſumi , ſi aſſumatur a Principe . An Senatum , Pop. Rom. , Exercitus , Provincias , Socios tranſmiſſurus uni , ſucceſſorem e ſinu uxoris accipias ; ſummaque poteſtatis hæredem tantùm intra domum tuam quæras? Non per totam civitatem circumferas oculos , & hunc tibi proximum , hunc conjunctiſſimum exiſtimes , quem optimum , quem Diis ſimillimum inveneris ? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus: Non enim ſervulis tuis dominum , ut poſſis eſſe contentus quaſi neceſſario hærede , ſed Principem civibus daturus Imperator . Superbum iſtud , & regium , niſi adoptes eum , quem conſtet imperaturum fuiſſe , etiamſi non adoptaſſes . Fecit hoc Nerva , nihil intereſſe arbitratus genueris , an elegeris , ſi proinde ſine* (d) *judi-*

tri ſi pentiva di averlo. Fra l'adottato, e l'adottante ~~non~~ paſſava parentado, o altro legame, ſe non che ambi eran' ottimi; l'uno degno di eleggere, l'altro di eſſer'eletto. Foſte perciò adottato, non, come prima più di uno, in grazia della moglie; poichè non vi preſe per figlio un padrigno, ma un Principe; e collo ſteſſo genio, ond'era padre di tutti, il Divin Nerva divenne anche voſtro. Nè conviene altrimenti prendere un figliuolo, quando ſi prenda da un Principe. Forſe, dovendoſi mettere in mano di un ſolo Senato, Popolo, Eſerciti, Provincie, Alleati, ſi prenderà il ſucceſſore dal ſen della moglie, e cercheraſſi per la ſola famiglia l'erede di un comando sì vaſto? Non ſi gireranno anzi gli occhi per la città, e non iſtimeraſſi più vicino, più congiunto chi ſarà il migliore, il più ſomigliante agl'Iddj? Scelgaſi fra tutti chi a tutti de'comandare; che non ha già l'Imperador da dare un padrone a'ſuoi ſervi, onde di chi ſi ſia, come di neceſſario erede, ſi appaghi, ma un Principe a'Cittadini. Egli è da ſuperbo, e da tiranno il non adottare un ſoggetto, il qual ben ſi ſa, che de'comandare, anche non adottato. Così fece Nerva, giudicando che nulla monti l'avere, o generato, o adotta-

a *Cognatio.* Nulla ſanè. Et quidem Nerva ipſe Trajanum multis affinibus ſuis, qui tunc erant Romæ, præpoſuit. *Xiphil.*

b *Alius, atque alius.* Auguſtus, & Claudius. Ille Tiberium Liviæ uxoris artibus adoptare compulſus. *Sueton. in Aug. Cap. 65. & in Tib. C. 15. Tacit. Ann. L. 1.* Hic in Agrippinæ gratiam Neronem. *Sueton. in Ner. Cap. 6. Tacit. Ann. L. 12.*

c *Non vitricus.* Ut fuerunt Tiberio Auguſtus, Claudius Neroni.

d *Sine judicio adoptentur*, &c. Naturales enim filios tales, ac tales habere, non noſtri judicii eſt: Adoptivos autem nonniſi tales, ac tales recto judicio decet eligere. Quare *Statius Sylv. L. 2. Carm. 1. Natos genuiſſe neceſſe eſt, At legiſſe juvat.* Et de filiis iiſdem *Auſonius Epigr. 15. Adſciti quantum præmineant genitis.*

Ge-

dicio adoptentur liberi, ac nascantur: Nisi tamen, quòd æquiore animo ferunt homines, quem Princeps parum feliciter genuit, quàm quem malè elegit.

tato un figliuolo, quando, come senza riflesso egli si genera, anche si elegga; senonchè gli uomini più pazientano chi fù con poca felicità generato, di chi eletto con poca prudenza da un Principe.

CAP. VIII. *Sedulò ergo vitavit hunc casum, nec judicium hominum, sed Deorum etiam in consilium assumpsit. Itaque non tua in cubiculo, sed in templo, nec ante (a) Genialem torum, sed ante (b) pulvinar Jovis Optimi Maximi adoptio peracta est, qua tandem non servitus nostra, sed libertas, & salus, & securitas fundabatur. Sibi enim Dii gloriam illam vindicaverunt. Horum opus, horum illud imperium; Nerva tantùm minister fuit. Uterque, qui adoptaret tam paruit, quàm tu, qui adoptabaris. Allata erat ex Pannoniâ laurea, id agentibus Diis, ut invicti Imperatoris exorsum victoriæ insigne decoraret. Hanc Imperator Nerva (c) in gremio Jovis collocarat; cùm repente (d) solito major, & augustior, advocatâ hominum concio-*

CAP. VIII. Scansò dunque con accortezza l'incontro, e consigliossi non solo col parere degli uomini, ma con quello ancor degl'Iddj. Perciò la vostra adozione, su cui si fondava, non il nostro vassallaggio, ma la libertà, la salvezza, la sicurezza, non in un gabinetto, ma in un tempio seguì, non ad un letto di casa, ma al guanciale di Giove O. M. Vollero per sè gl'Iddj questa gloria: Opera loro fu il consegnarvisi l'imperio; Nerva ne fù solo ministro. L'uno e l'altro ubbidiste; non men chi adottava, che Voi l'adottato. Era venuta dalla Pannonia la laurea; volendo gl'Iddj, che con un segnale di vittoria si onorassero i principj di un'invincibile Imperadore. Aveala riposta Nerva in seno di Giove, quando d'improvviso più dell'usato ragguardevole, e maestoso, chiamata un'adunanza d'uomini,

a *Genialem torum.* Genialis torus est, qui in nuptiis sternitur in honorem Genii, græcè θαλαμὸς γαμικὸς. *Virgil. Æn. Lib. 6. Lacent Genialibus altis Aurea falcra toris.* Rayanus.

b *Pulvinar.* Deorum pulvinaria lectuli erant, seu tabulata quædam, ut addit *Acron in Horat. Lib. 1. O. 17. in quibus stabant Numina, ut eminentiora viderentur.* Ad hos lectulos, tam in summis Reipublicæ discriminibus, quàm post partas bello victorias, aut rem quampiam aliam bene gestam, aut gerendam supplicationes fiebant, vario ritu, variâque pompâ, prout res exigebat. Deridet stultam religionem *Arnob. Lib. 7. adverf. Gentes.*

c *In gremio Jovis.* De more. Patet ex *Plinio Lib. 15. C. ult. In gremio J. O. M. deponitur* (Laurea) *quoties lætitiam nova victoria attulit.* V. *Livinejam*, qui locum hunc pluribus illustrat.

CAP. XII. *AT nunc rediit omnibus terror, & metus, & votum imperata faciendi: Vident enim Romanum Ducem, unum ex illis veteribus, & priscis, quibus* (a) *Imperatorium nomen addebant contecti cædibus campi, & infecta victoriis maria. Accipimus obsides ergo,* (b) *non emimus; nec ingentibus damnis, immensisque muneribus* (c) *pacisci mur, ut vicerimus. Rogant, supplicant; largimur, negamus; utrumque ex imperii majestate. Agunt gratias, qui impetraverunt; non audent queri, quibus negatum est. An audeant? Qui sciant, te assedisse* (d) *ferocissimis populis eo ipso tempore, quod amicissimum illis, difficillimum nobis, cùm Danubius ripas gelu jungit, duratusque glacie ingentia tergo bella transportat; cùm fera gentes, non telis magis, quàm suo Cœlo, suo sidere armantur. Sed ubi in proximo tu, non secus, ac si mutatæ temporum vices essent, illi quidem latibulis suis clausi tenebantur, nostra agmina percursare ripas, & alie-*

patto; e faceansi dessi le leggi, che poi doveano accettare.

CAP. XII. A Dessо ritornò in essi la tema, lo spasimo, e la volontà di ubbidire; conoscendo il Sovrano di Roma per uno di quegli Antichi, che giugneano al primo grado del comando per aver coperte le campagne di stragi, e insanguinati i mari colle vittorie. Riceviamo dunque gli ostaggi, non li comperiamo; nè con grandi perdite, e doni immensi patteggiamo il potersi chiamar vincitori. Alle dimande, alle suppliche loro si concede, si niega; l'una, e l'altra cosa con maestà di comando. Chi ottenne ringrazia; quegli, cui si negò, non osa lagnarsi. E forse il potrebbe? Sapendo che Voi vi metteste incontro a ferocissimi popoli in quella stagione, ch'è loro più amica, a noi più contraria; quando il Danubio dà passaggio dall'una all'altra riva sul ghiaccio, e indurato dal freddo tragitta vastissime armate sul dorso; quando la fiera gente, più che di dardi, del Cielo suo stesso, delle sue costellazioni si arma. Ma al vostro venire, come se cambiate si fossero le stagioni, stavansi dessi racchiusi nelle loro ascosaglie, ed i nostri scorrean per le rive; e se aveste

a *Imperat. nomen.* Romanos Duces post victoriam quampiam Imperatores appellatos, & toties nomen hoc assumpsisse, quot victorias retulissent, notissimum. Pulcher locus apud *Tullium L. 2. Ep. 10. Cum meis copiis omnibus vexavi Amanienses hostes sempiternos; multi occisi, capti, reliqui dissipati: Castella munita improvisa adventu capta, & succensa. Ita victoriâ justâ Imperator appellatus, &c.*

b *Non emimus.* Ut Domitianus, de quo *Tacit. in Agric. Emptis per commercia, quorum habitus, & crines in captivorum speciem formarentur.*

c *Pacisci mur.* Allusum semper ad Domitianum. Abundè *Xiphil.*

d *Ferocis. Pop.* Germanis, quos domuit Trajanus. De illorum feritate plura *Casaubonus, & Rigaltius ad hunc locum.*

Ægris

& alienà occaſione , ſi permitteres , uti , utroque hiemem ſuam Barbaris inferre gaudebant .

ſte loro permeſſo , ſi ſarebbero ſerviti de' vantaggi medeſimi de' nimici , godendo di movere contro de'barbari lo ſteſſo lor freddo.

CAP.XIII. *HÆc tibi apud hoſtes veneratio ; quid apud milites ? Quam admirationem quemadmodum comparaſti ? Cùm tecum inediam , tecum ferrent ſitim ; cùm in illà meditatione campeſtri , militaribus turmis Imperatorium pulverem ſudoremque miſceres , nihil a cæteris , niſi robore , ac præſtantià differens ; cùm libero Marte , nunc cominus tela vibrares , nunc vibrata ſuſciperes , alacer virtute militum , & lætus quoties , aut caſſidi tuæ , aut clypeo gravior ictus incideret , (laudabas quippe ipſe ferientes , hortabariſque ut auderent , & audebant jam) ; cùm ſpectator moderatorque ineuntium certamina virorum arma componeres , tela tentares , ac ſi quod durius accipienti videretur ipſe vibrares ? Quid , cum ſolatium feſſis , (a) ægris opem ferres ? Non tibi moris tua inire tentoria , niſi commilitonum ante luſtraſſes ; nec requiem corpori , niſi poſt omnes dare . Hæc mihi admiratione dignus Imperator non videretur , ſi (b) inter Fabricios , & Scipiones , & Camillos talis*

CAP.XIII. COsì veneravan Voi gli nimici ; come poi li ſoldati? E in che maniera vi acquiſtaſte mai queſta ſtima? Tollerando con eſſo loro fame, e ſete; miſchiandovi negli eſercizi del campo colla ciurmaglia , capitano polveroſo,e ſudante,dagli altri niente diverſo,che in robuſtezza,e bravura ; or apertamente lanciando dardi , ora incontrando i lanciati ; giubilando al valore de' voſtri,ed allorchè a Voi ſull'elmo , o ſullo ſcudo piombava un colpo peſante (lodavate ancora chi vi feriva , li eſortavate a ferirvi , e lo faceano) ; aggiuſtando le armi,ponendo in miſura , ed oſſervando quegli , ch'erano per azzuffarſi ; provando i lanciotti , e ſe alcuno di queſti parea troppo peſante a chi ſi dava , lanciandolo Voi medeſimo. Come poi conſolavate gli ſtanchi,ajutavate i feriti! Solevate non ritirarvi alla tenda, che dopo aver girate quelle de'compagni , nè poſare il corpo,che dopo gli altri. Non mi farebbe traſecolare cotanto un Generale , che ſi diportaſſe così in mezzo a'Fabrizj , agli Scipioni,a'Camilli ; poichè allora ne reſterebbe egli acceſo dall'ardore

a *Ægris opem*. Confirmat *Suida* ; *In bello ſauciatos curabat* ; *&* , *cum vincula vulnerum deeſſent , ne ſuæ quidem veſti pepercit* , &c. Quod quidem a Trajano præſtitum juxta Romanorum veterum morem , qui , referente *Tacito* , *Ann. Lib. 4.* , *magna poſt prælia ſaucios largitione , & curâ ſuſtentabant* .

b *Inter Fabric.* &c. Notiſſimos eximiæ virtutis Duces,tolerantiæ,ac continentiæ præclariſſimæ , priſcis Reip. temporibus .

talis esset: Tunc enim illum imitationis ardor, semperque melior aliquis accenderet. Postquam verò studium armorum a manibus ad oculos, ad voluptatem a labore translatum est, postquam exercitationibus nostris non veteranorum aliquis, cui decus (a) *muralis, aut civica, sed* (b) *Graculus Magister assitit, quàm magnum est unum ex omnibus patrio more, patriâ virtute lætari; & sine æmulo, ac sine exemplo secum certare, secum contendere; ac sicut imperat solus, solum ita esse, qui debeat imperare!*

dore d'imitargli, e dal sempre vèdersi alcun migliore dinanzi. Ma dappoichè il mestier delle armi passò dalle mani agli occhi, dallo stento al diletto; dappoichè più non assiste a' nostri esercizj un qualche veterano, che vanti corone cittadinesche, o murali, ma un Maestro Greco, non è maraviglia grande, che un solo fra tutti goda delle antiche usanze, dell' antico valore; e senza rivale, senza esempio seco gareggi, seco contrasti; e, come solo comanda, così sia l'unico, che debba ciò fare?

CAP. XIV. *NOnne incunabula hæc tibi, Cæsar, & rudimenta, cùm puer admodum* (c) *Parthicâ lauro* (d) *gloriam patris augeres, nomenque Germanici jam tum mereres; cùm ferociam, superbiamque Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes, Rhenumque, & Euphratem admirationis tuæ famâ conjungeres; cùm orbem terrarum non pedibus*

CAP. XIV. NOn furon', ò Cesare, cotesti gli esercizi della vostra infanzia, cotesta la vostra scuola primiera, quando ancor tenero accresceste colla vittoria de' Parti la gloria del padre, meritevole fin'allora del titolo di Germanico; quando con terror grande raffrenaste, solo appresiandovi, la loro fierezza, e superbia, e colla fama de' vostri miracoli univste il Reno all'Eufrate; quan-

a *Muralis.* Corona, qua ab Imperatore donabatur ille, qui primus murum subiisset. Primùm frondeam fuisse docet *Plin. lib. 16. cap. 4.* mox ex aliâ materiâ arte factâ constructam conjectare licet ex eo, quòd *quasi muri pinnis decorata erat*, teste *Gellio L. 5. c. 6.* Unde & *Sil. Ital.* cecinit. *L. 13. Tempora muralis vinctus turrita coronâ.* Civica verò illi dabatur, qui Romanum civem in prælio servavisset; eratque, primùm ex ilice, mox ex esculo, seu etiam quercu. Vide *Plinium loc. cit.*

b *Græc. Magister.* Per derisionem dictum de magistro molli, & effœminato, qui prælia tantùm umbratilia noverit. Talis Phormio ille apud *Cicer. Lib. 2. de Orat.* qui Annibalem militarem artem docere conabatur, cùm tamen hostem ipse nunquam vidisset. Palæstrâ corpora ad mollitiem frangi legitur apud *Plutarch. in Philopœmene.*

c *Parthicâ lau.* De hac apud Historicos nulla mentio, quod sciam; sed fortasse sub Nerone contigerit, quo Principe ex Armeniâ contra Parthos pugnatum.

d *Gloriam patris.* Cujus? Nervam intelligit *Kayanus*, futurum patrem adoptivum. *Lipsius* contra naturalem patrem Trajanum, cui comes ipse fuerit in expeditione adversùs Parthos.

Tum

bus magis , quàm laudibus peragrares , apud eos semper major , & clarior , quibus postea contigisses ? Et necdum Imperator , necdum Dei filius eras ; Germaniamque cum plurima gentes , ac prope infinita vastitas interiacentis soli , (a) tum Pyrenæus , Alpes , immensique (b) alii montes , nisi his compararentur , muniunt dirimuntque . Per hoc omne spatium cùm legiones duceres , seu potiùs (tanta velocitas erat) raperes , non vehiculum unquam , non equum respexisti . Levis hic , non subsidium itineris , sed decus , & cum cæteris subsequebatur , ut cujus nullus tibi usus , nisi cùm die stativorum proximum campum alacritate , discursu , pulvere attolleres . Initium laboris mirer , an finem ? Multum est quòd perseveraſti ; plus tamen quòd non timuisti nè perseverare posses . Nec dubito , quin (c) ille , qui te inter illa Germaniæ bella ab Hispaniâ usque , ut validissimum præsidium exciverat , iners ipse , alienisque virtutibus tunc quoque invidus Imperator , cùm ope earum indigeret , tantam admirationem tui non sine quodam timore conceperit , quantam

quando scorreste colla gloria, anzi che co'passi, il mondo, riconosciuto sempre più grande, ed insigne in ogni paese dappoi di esservi giunto? E pure non ancora eravate Imperadore , nè figliuolo di un' Idio. La Germania sta trincierata, e divisa, come da moltissime genti, e da quasi infinito paese d'intorno, così dal Pireneo, dalle Alpi, e da altri monti , smisurati in se stessi, ove co'già detti non si confrontino . Per tutto questo tratto conducendo Voi, o facendo volar piùttosto (sì grande era la prestezza) l'esercito, non guardaste mai cocchio, o cavallo. Seguiavi scarico questo cogli altri per pompa , non per servigio; mentre da Voi non usavasi, che ad alzare il polverio in qual'che campo ne'giorni di posa con vivaci salti , e carriere . Ammirerò il principio , od il fine della fatica ? L'averla durata è assai; più però si è il non aver temuto di non poterla durare . Nè punto dubito , che quello stesso, che vi chiamò, come un'ajuto vigorosissimo, dalla Spagna nella Germania , sì codardo , ed invidioso delle altrui virtù quando delle stesse ne aveva vopo, non abbia inteso con qualche tema della vostra persona maraviglie sì grandi , ed appunto simili a quelle, onde il figliuolo di

tam Gio-

a *Tum Pyren.* Mons est , seu potiùs catena montium a Mediterraneo in Oceanum Occidentale , Galliam hodiernam ab Hispania dividens . *Est hic hiatus* , inquit, *Baudius ; aut Gallias annexit Germanis , aut fallitur Plinius in Chorographia* . Ejusdem fermè sententiæ *Lipsius* , quem vide rem pluribus illustrantem .

b *Alii Montes* . Quibus dividitur a Sarmatis juxta *Melam* L. 3. c. 3. Ipsa quoque , eodem teste, *multis montibus aspera* , &c. *quorum altissimi Taunus , & Rhetico* .

c *Ille qui te* . Domitianus, qui Trajanum in Hispaniâ degentem cum exercitu vocavit adversùs Germanos.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ram (a) *ille genitus Jove, post labores, duraque imperia, regi suo indomitus semper indefessusque referebat; cùm aliis super alias expeditionibus itinere illo dignus invenireris.*

Giove, dopo fatiche, e duri comandamenti, non mai stanco, sempre invincibile al suo Re ne tornava: E ben vi si conoscea in quel viaggio degno di essere anche replicatamente spedito.

CAP. XV. (b) *Tribunus verò disjunctissimas terras, teneris adhuc annis, viri firmitate lustrasti, jam tunc præmonente Fortunâ, ut diu penitusque perdisceres, quæ mox præcipere deberes. Neque enim prospexisse castra, brevemque militiam quasi transisse contentus, ita egisti Tribunum, ut esse statim Dux posses, nihilque discendum haberes tempore docendi. Cognovisti (c) per stipendia decem mores gentium, regionum situs, opportunitates locorum; & diversam aquarum, cælique temperiem, ut patrios fontes, patriumque sidus ferre consuevisti. Quoties equos, quoties (d) emerita arma mutasti? Veniet ergo tempus, quo posteri visere, visendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus, qua refectiones tuas arbores, qua somnum*

CAP. XV. Nella carica poi di Tribuno giraste con sodezza da età matura in anni teneri le più rimote provincie, esortandovi fin d'allora la fortuna ad imparare perfettamente ciò, che dovevate poco dappoi comandare. Poichè non pago di aver data una occhiata al campo, nè, come di passaggio, all'arte militare una brieve corsa, vi diportaste sì da Tribuno, che potevate tosto essere Generale; nè vi restava che apprendere nel tempo dell'insegnare. Dieci campagne spendeste a conoscere i costumi de' popoli, il sito delle provincie, i vantaggi de' luoghi; e vi avvezzaste alle qualità diverse delle acque, e del clima, come a fiumi, e ad aria nativa. Quante fiate cambiaste il destriero, e le armi gloriosamente maneggiate? Verrà dunque tempo, in cui goderanno i successori di veder'e additare a' lor giovani i campi imbevuti

a *Ille gen. Jove*. Hercules: Nota fabula de Euristheo tyranno, qui Herculi asperrima injungebat Junone instigante.

b *Tribunus*. Sex olim erant in Legione Tribuni, qui eidem imperabant, non quidem omnes simul, sed bini, & bini per vices, statotempore. Quia verò Romana Legio sex millibus militum circiter constabat, ideo nonnulli, inter quos *Rayanus*, putant Tribunum mille militibus præfuisse. Improbat *Lipsius*, quem vide *Lib. 1. de Milit. Rom. cap. 9.*

c *Per stip. decem*. Decem scilicet annos. Militarium officiorum annuale curriculum prisci dixere *stipendia*. Vox passim occurrit, apud Historicos præcipuè: Nos vocare solemus *Campagne*.

d *Emer. arma*. Munere suo egregiè perfuncta: Ut Emeriti dicebantur milites, qui post certum annorum numerum, quibus bello inservissent, vacationem impetrabant.

Non

num saxa prætexerint, quod denique tectum magnus hospes implèveris; ut tunc ipsi tibi ingentium Ducum sacra vestigia iisdem in locis monstrabantur. Verùm hæc olim. In præsentia quidem quisquis paulo vetustior miles, hic te commilitone censetur; quotus enim quisque, cujus tu non ante commilito, quàm Imperator? Inde est, quòd prope omnes nomine appellas, quòd singulorum fortia facta commemoras; nec habent annumeranda tibi pro republicà vulnera, quibus statim laudator, & testis contigisti.

vuti da'vostri sudori, gli alberi, che ristorarontvi, i sassi, che servirono al vostro sonno, le case infine, che colle grandi membra riempiesle; come allor'a Voi pure le sacre memorie de'valorosi Generali ne' luoghi medesimi si dimostravano. Ma ciò sarà. Al presente ogni provetto soldato è in istima per esservi stato compagno; e di chi non lo foste anzi che Generale? Ond' è che chiamate quasi tutti per nome; ricordate le belle azioni ad ognuno; nè hanno a noverarvi le lor ferite, rilevate a pro del pubblico, delle quali Voi foste lodatore, e testimonio sul fatto.

CAP. XVI. *Sed tantò magis prædicanda moderatio tua, quòd innutritus bellicis laudibus pacem amas; nec quia, vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis tuæ die dicata Capitolino Jovi laurus, idcirco ex occasione omni quæris triumphos. Non times bella, nec provocas. Magnum est, Imperator Auguste, magnum est stare in Danubii ripâ, si transeas certum triumphi, nec desertare cupere cum recusantibus; quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. Nam ut ipse nolis pugnare, moderatio; fortitudo tua præstat, ut neque hostes tui velint. Accipies ergo aliquando Capitolium non* (a) *inanes currus, nec falsa*

CAP. XVI. E'Più però da lodarsi la voltra moderatezza, perchè, sebben nudrito a glorie guerriere, amate la pace; nè per avere un padre, che trionfò, nè per essersi presentato a Giove in Campidoglio l'alloro nel giorno della voltra adozione, cercate ad ogn'incontro trionfi. Nè temete, nè provocate le guerre. Grande azione, Imperadore Augusto, grande dico ella è lo starvene in riva al Danubio, sicuro di trionfare se lo passate, nè aver prurito di dar battaglia a chi ricusavala. Procede il primo dal voltro valore, il secondo dalla voltra moderatezza: Questa si è la cagione di non voler Voi combattere, quello di non volerlo i nimici. Riceverannosi dunque in Campidoglio una volta, non più i cocchi bugiardi, nè le immagini di

a *Noninanes*. Notat rursum triumphum Domitiani, de quo diximus *cap.* 11. Aut illum Neronis, quando, fæde in fugam verso a Parthis Cetennio Pæto, Romæ tamen *trophæa de Parthis, arcusque medio Capitolini Montis fixebantur*, &c. *Tac. Ann. Lib.* 15.

ſe (a) ſimulatra victoriæ, ſed, Imperatore veram, ac ſolidam gloriam reportante, pacem, tranquillitatem, & tam confeſſa hoſtium obſequia, ut vincendus nemo fuerit. Pulchrius hoc omnibus triumphis; neque enim unquam, niſi ex contemptu Imperii noſtri factum eſt, ut vinceremus. Quod ſi quis Barbarus Rex eò inſolentiæ furoriſque proceſſerit, ut iram tuam, indignationemque mereatur, ne ille, ſive interfuſo mari, ſeu fluminibus immenſis, ſeu præcipiti monte defenditur: Omnia hæc tam prona, tamque cedentia virtutibus tuis ſentiet, ut ſubſediſſe montes, flumina exaruiſſe, interceptum mare, allataſque non claſſes noſtras, ſed terras ipſas arbitretur.

di una falſa vittoria, ma la pace, la tranquillità, l'oſſequio de' nimici, così pronto, che non ſia ſtato uopo di obbligarne veruno, con gloria dell'Imperadore vera, e reale. Quello ſi è il trionfo più nobile di tutti gli altri; perchè mai non vincemmo, che dopo il diſpregio del noſtro Imperio. E ſe mai taluno de' Rè Barbari giugneſſe a freneſia, ed inſolenza sì alta, che meritaſſe la voſtra collera, deſſo perdio nè da mare poſto fra mezzo, nè da vaſti fiumi, nè da ſcoſcese montagne ſarà difeſo: Troverà sì facile a cedere al voſtro valore ogni coſa, che ſtimerà ſpianati i monti, ſeccati i fiumi, inceppato il mare, ed eſſerſigli moſſo contro, non l'armata noſtra, ma perfin lo ſteſſo paeſe.

CAP. XVII. *Videor jam cernere, (b) non ſpoliis provinciarum, & extorto ſociis auro, ſed hoſtilibus armis, (c) captorumque Regum catenis triumphum gravem. Videor ingentia Ducum nomina, nec indecora nominibus corpora noſcitare. Videor intueri immanibus auſis*

CAP. XVII. Parmi di vedere un trionfo carico, non di ſpoglie di provincie, nè di oro ſtrappato a' collegati, ma di armi nimiche, e di catene di Re prigioni. Parmi di ravviſare gran nomi di comandanti, e corporature non iſproporzionate a' lor nomi. Parmi di veder macchine ca-

ri-

a *Simul. Victoriæ.* Spolia nempe exſorum hoſtium, & alia, quæ in triumphum ducebantur. Inſignis locus apud *Cicer. Orat. in Piſon.* ſingula complectitur; *Differe de triumpho. Quid tandem habet iſte currus? Quid vinctli ante tergum Duces? Quid ſimulacra oppidorum? Quid aurum, quid argentum? Quid Legati in Equis, & Tribuni?* Vide Cæſaris triumphum apud *Florum, l. 4. c. 2.*

b *Non Spol. Provinc.* Ut moris fuit Domitiano, cujus ſumma rapacitas nota. Nec non & aliis; qui Aurum Coronarium, quod à Provinciis Imperatori ſolvebatur pro aureâ coronâ, quotannis ab iiſdem, tamquam vectigal exigebant, Abundè *Roſin. Antiq. Rom. Paralip. ad c. 19.* Quocirca, *Spartiano* teſte, Aurum Coronarium Hadrianus Princeps bonus *Italiæ remiſit, in provinciis minuit.*

c *Captorumque Regum.* Qui pariter in triumphum trahebantur. Legat qui plura cupit, præter antiquos, ut *Halicarnaſſ. l. 5.* in triumpho Poplicolæ, *Plutarch. in P. Æmil.* &c. è recentioribus *Panvin. de Triumpho Lib. 1. cap. 1. Alex. ab Alex. l. 6. c. 6.*

Opti-

sis Barbarorum onusta fercula, & sua quemque facta vinctis manibus sequentem; mox ipsum te sublimem, instantemque curru domitarum gentium tergo; ante currum autem clypeos, quos ipse perfoderis. Nec tibi (a) *Opima defuerint, si quis Regum venire in manus audeat, nec modò telorum tuorum, sed etiam oculorum, minarumque conjectum toto campo, totoque exercitu oppositò perhorrescat. Meruisti* (b) *proximâ moderatione, ut quandocunque te vel inferre, vel propulsare bellum coegerit Imperii dignitas, non ideo vicisse videaris, ut triumphares, sed triumphare quia viceris.*

riche degli sforzi spaventosi de' Barbari, ed ognun di essi seguirle incatenato; indi Vo'in alto seggio premer col cocchio il dorso de' vinti, ed innanzi al cocchio gli scudi, che traforaste. Nè mancherebbervi le Spoglie Opime, se osasse alcun Re di combattere, e non ispasimasse, non dirò al lampo delle vostre armi, ma a quello degli occhi vostri, e delle vostre minacce, benchè lontano da Voi per tutto lo spazio della campagna, e dell' esercito. Colla già detta moderatezza, quando l'onor dell' Imperio vi obbligasse, od a muover guerra, od a riceverla, meritaste sì, che sembrerà, non aver Voi già vinto per trionfare, ma trionfato per aver vinto.

CAP. XVIII. *Aliud ex alio mihi occurrit. Quàm speciosum est enim quòd disciplinam castrorum lapsam extinctamque resovisti, depulso prioris sæculi malo, inertiâ, & contumaciâ, & dedignatione parendi? Tutum est reverentiam, tutum caritatem mereri; nec Ducum quisquam, aut non amari a militibus, aut amari timet; & deinde offensa, gratiaque pariter securi instant operibus, adsint exercitationibus,* (c) *arma, mænia, viros aptant; quippe non is Princeps, qui sibi imminere, si-*

CAP. XVIII. L'Uno dall' altro mi si presentano i fatti. E che nobil'opra si è l'aver rimessa la già perduta, e rovinata disciplina delle armi, cacciatene quelle corruttele del passato secolo, codardia, ostinazione, disubbidienza? Si merita con sicurezza il rispetto, con sicurezza l'amore; nè spasima verun capitano, o per essere amato da' soldati, o per non esserlo: Onde sicuri egualmente, e nel gastigo, e nel premio sopraintendono a' lavori, assistono agli esercizj, e dispongono opportunamente armi, posti, persone. Il nostro Principe non è tale, che pensi so-

bi

a *Opima*. Sic dicebantur spolia, quæ Dux hostium Duci detrahebat.

b *Proximâ moderat*. Modò dixit, qua a Danubii transitu abstinuisti, licèt victoriæ securus.

c *Arma, mænia*. Legit *Armamenta Livinejus*, parum feliciter meo judicio. Meliori conjecturâ reposuit *Lipsius munia*. Ego nihil immuto.

Illo-

bi intendi putet , quod in hostes paretur : Qua persuasio fuit (a) *illorum , qui hostilia cum facerent , timebant . Eodem ergo tempore militaria studia , nec animos modò , sed & corpora ipsa langueſcere , gladios etiam incuriâ hebetari , retundique gaudebant . Duces porrò nostri , non tam Regum exterorum , quàm* (b) *suorum Principum insidias , nec tam hostium , quàm commilitonum manus , ferrumque metuebant .*

fovraſtare a ſe ſteſſo , o dirizzarſi contro di lui quanto contro a'nimici ſi appreſta; penſier di que' Ceſari, che, uſando tratti nimichevoli, gli temevano . Godean dunque allora , che ſi rallentaſſe il genio alle armi, che s'infiacchillero, nonchè gli animi, i corpi ſteſſi, e che ſi rintuzzaſſero le ſpade medeſime col traſcurarle . Quindi i noſtri comandanti non paventavano sì le trame de' Re ſtranieri , come quelle de' loro Imperadori ; nè sì le armi de' nimici, come quelle de' proprj Soldati .

CAP. XIX. *Et hæc natura ſideribus , ut parva , & exilia validiorum exortus obſcuret : Similiter Imperatoris adventu* (c) *Legatorum dignitas inumbratur . Tu tamen major omnibus quidem eras , ſed ſine ullius diminutione major ; eamdem auctoritatem præſente te quiſque , quam abſente , retinebat . Quinetiam pleriſque ex eo reverentia acceſſerat , quòd tu quoque illos reverebare . Itaque perinde ſummis , atque infimis carus , ſic Imperatorem commilitonemque miſceueras , ut ſtudium omnium , laboremque , & tanquam exactor intenderes , & tanquam particeps , ſociuſque re-*

CAP. XIX. HAnno queſta natura le Stelle, che le più fiacche, e minute ſi oſcurano al naſcere delle maggiori: Così alla comparſa del Generale la dignità de' Tenenti ſi adombra. Ma Voi a tutti eravate bensì ſovrano; ſovrano però ſenza l'abbaſſamento di alcuno. L'autorità, che avea ciaſcun, Voi lontano, ritenealaſi ancor, Voi preſente; anzi rendeaſi a molti più di riſpetto , perchè da Voi queſti pure ſi riſpettavano . Perciò egualmente caro a' graduati, che agl'infimi, avevate unito sì l'uffizio di Generale, e di ſoldato, che, ed accreſcevate com'eſattore, ed allegerivate come compagno, e partecipe, l'applicazione, e la fati-

le- ca

a *Illorum*. Malorum Principum; puta Neronis, Domitiani, & ſimilium.

b *Suorum Princip.* Iſti enim plures e Senatoribus, honeſtiſque civibus ex privatâ invidiâ de medio tollebant. Inter cæteros Domitianus, ad quem noſter uſque reſpexit, *complures Senatores, in his aliquot Conſulares, interemit; ex quibus Civicam Cerealem in ipſo Aſiæ Proconſulatu*, &c. *Sueton. cap.* 10.

c *Legatorum*. Hic Conſulares, inquit *Lipſius*, *intelligit, & provinciis, copiſque præfectos. Nam legati iſto ævo duplices: Conſulares jam dicti loco Præſidum; & Prætorii minores, qui ſub illis ſingulis legionibus præfecti. Sunt iſta ab ordinatione Auguſti, quæ Dioni optimè expreſſa in Orat. Mæcenatis, cap.* 52.

A pa-

levares. Felices illos, quorum fides, & industria, non per internuncios, & interpretes, sed ab ipso te; nec auribus tuis, sed oculis probabantur! Consecuti sunt, ut absens quoque de absentibus, nemini magis, quàm tibi crederes.

ca di ognuno. Felice quegli, la cui fedeltade, ed industria provavansi, non per mezzo di messi, o di spositori, ma da Voi stesso, e nè pure dalle vostre orecchie, ma da' vostri occhi! Ottennero, che di loro lontani Voi pur lontano a niuno più credeste, che a Voi.

CAP. XX. *Jam te civium desideria revocabant; amoremque castrorum superabat caritas patriæ. Iter inde placidum, ac modestum, ut planè (a) a pace redeuntis. Nec verò ego in laudibus tuis ponam quòd adventum tuum non pater quisquam, non maritus expavit: Affectata aliis castitas, tibi ingenita, & innata, interque ea, quæ (b) imputare non possis. Nullus in exigendis vehiculis tumultus; nullum circa hospitia fastidium; annona, quæ ceteris; ad hoc comitatus accinctus, & parens. Diceres, magnum aliquem Ducem, ac te potissimùm ad exercitus ire; adeo nihil, aut certè parum intererat inter Imperatorem factum, & futurum. Quàm dissimilis nuper alterius Principis transitus! Si tamen transitus ille, non populatio fuit, cum (c) abactus hospitum exerceret, omniaque dexterà lævàque perusta, & atrita; ut si vis aliqua, vel ipsi*

CAP. XX. VI richiamavano i desiderj de' cittadini; e dalla pietà inverso la patria vinceasi l'amor delle armi. Vi metteste in un quieto, e modesto viaggio, come se da un luogo di pace vi foste mosso. Nè già porrò a vostra lode il non avere spasimato alcun padre, alcun'ammogliato al vostro venire. Altri affettarono castità, Voi naturale l'avete; ed è fra le parti, di cui non potete vantarvi. Nõ faceste tumulto in provvedervi di carriaggi; non vi nauseò alcun'alloggio; il cibo degli altri era il vostro; il seguito poscia positivo, e ubbidiente. Potea dirsi, che un gran Generale, che Trajano marciava al campo. Tanto poco, o nulla v'era di vario fra uno già Imperadore, ed uno, che dovea esserlo. Quanto diverso tellè si fu il passaggio di un'altro Principe, se pur fu quello un passaggio, non un saccheggio, quando cacciaronsi dalle proprie case gli albergatori; e si brucio, e stritolò da tutte le parti ogni cosa, come se quivi pas-

sati

a *A pace*. Non a bello, & victoriis, quibus milites incitari solent ad licentiam.

b *Imputare*. Imputare est tamquam sibi debitum jactare. Jactare igitur castitatem, inquit, non potest Trajanus; quia ipsa in eodem non virtutis meritum est, sed naturæ munus.

c *Abactus*. Dura vox, ab abigendo derivata, & durior modus dicendi. Sensus est, *cum abigeret*, hoc est expelleret, *a propriis laribus hospites*.

Do-

ipſi illi Barbari , quos fugiebat , inciderent : Perſuadendum provinciis erat , illud iter (a) *Domitiani fuiſſe , non Principis . Itaque , non tam pro tuâ gloriâ , quàm pro utilitate communi edicto ſubjeciſti quid in utrumque veſtrum eſſet impenſum . Aſſueſcat Imperator cumm Iperio calculum ponere ; ſic exeat , ſic redeat , tanquam rationem redditurus . Edicat quid abſumpſerit : Ita fiet , ut non abſumat , quod pudeat edicere . Præterea futuri Principes , velint nolint , ſciant , tanti tuum conſtat ; propoſitiſque duobus exemplis meminerint , perinde conjecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos , prout* (b) *hoc , vel illud elegerint .*

ſati foſſero gli nimici , o que'Barbari ſteſſi , ch'egli fuggiva ; onde avviſarſi dovean le provincie , che viaggiava Domiziano , non il Principe ! Perciò non tanto a voſtra gloria , quanto a comun bene rappreſentaſte quanto per colui fu ſpeſo , e quanto per Voi . Si avvezzi l'Imperadore a calcolar coll' Imperio ; eſca , e ritorni , come ſe render conto doveſſe ; paleſi quanto conſumò ; e ne avverrà , che non gitterà tanto , onde abbia ad arroſſirſi nel paleſarlo . In oltre i Principi che verranno (voglian'o nò) ſappiano , che coſtò tanto il voſtro viaggio ; e poſti dinanzi due eſempli , ſi ricordino , che formeranno gli uomini il giudicio de'loro coſtumi dall'eſſerſi a queſto , od a quello appigliati .

CAP. XXI.

NOnne his tot tantisque meritis novos aliquos honores , novos titulos merebare ? At tu etiam nomen (c) *Patris Patriæ recuſabas . Quàm longa nobis cum modeſtiâ tuâ pugna ? quàm tardè vicimus ? Nomen illud , quod* (d) *alii primo ſtatim Principatus die ,*

CAP. XXI.

PEr tanti , e sì grandi meriti non meritavate Voi nuovi titoli , nuovi onori ? E pure ricuſavate anche il nome di Padre della Patria . Che lungo contraſto avemmo noi colla voſtra modeſtia ? Come tardi vincemmo ! Quel nome , che gli altri ſi preſero nel primo giorno del Prin-

ut

a *Domitiani* . Hoc eſt truculenti , ac peſſimi hominis , non Romani Imperatoris .

b *Hoc , vel illud* . Domitiani pravum , aut optimum Trajani exemplum .

c *Patris P.* Nomen hoc valde decorum . Primus illud accepit ex Senatus univerſi ſententiâ M. T. Cicero , ut ipſe teſtatur *Orat. in Piſon.* & confirmat præ cæteris *Plinius l. 7. c. 30. Salve primus omnium Pater Patriæ appellate .*

d *Alii primo ſtatim* . Non invenio quinam hi fuerint ante Trajanum ; nam ſi Suetonium diligentiſſimum alioquin conſulas , alios nomen hoc non recepiſſe , alios diſtuliſſe , uno C. J. Cæſare excepto qui honorum appetentior dicitur ab eodem , *cap. 76.* Quod magis etiam patet ex *Jul. Capitol.* cum de Pertinace ait ; *Primus ſanè omnium eâ die , qua Auguſtus eſt appellatus , etiam Patris Patriæ nomen accepit* . Imperatores autem *ita nominati ſunt* (*inquit Xiphil. in Aug.*) *ut quos in poteſtate habent , perinde ut filios diligant , & hi eos ut patres revereantur* . Hæc igitur in Trajani gratiam , & ad augendas Principis laudes a Plinio dicta credendum .

In

ut Imperatoris , & Cæsaris , receperunt , tu usque eò distulisti , donec tu quoque , beneficiorum tuorum parcissimus æstimator , jam te mereri fatereris . Itaque soli omnium contigit tibi , ut Pater Patriæ esses , antequàm fieres ; eras enim in animis , in judiciis nostris : Nec publica pietatis intererat quid vocarere , nisi quod ingrata sibi videbatur , si te Imperatorem potiùs vocaret , & Cæsarem , cum Patrem experiretur . Quod quidem nomen qua benignitate , qua indulgentiâ exerces ! Ut cum civibus , tuis quasi cum liberis parens vivis ! Ut reversus Imperator , qui privatus exieras , agnoscis , agnosceris ! Eosdem nos , eundem te putas ; par omnibus , & hoc tantùm cæteris major , quò melior .

cipato con quello di Cesare, d'Imperadore, lo differiste finchè Voi stesso, ristrettissimo apprezzatore de' vostri benefizi , confessaste di meritarlo. A Voi dunque solo toccò esser Padre della Patria prima di esserlo fatto. Imperciocchè tale ognun di noi già vi voleva , e vi giudicava; nè importava alla pietà pubblica con qual nome foste chiamato, se non chè pareale di essere ingrata , chiamandovi Imperadore, e Cesare quando vi provava per Padre . E per dir vero con quale benignità , e amorevolezza esercitate cotesto nome! Come co' cittadini vostri vivete qual padre co' suoi figlivoli! Come partitovi privato , e ritornato Imperadore , conoscete , siete conosciuto ! Noi per gli stessi, Voi per lo stesso riconoscete; a tutti eguale, e solo tanto più grande, quanto migliore.

CAP. XXII. *AC primùm , qui dies ille , quo expectatus , desideratusque urbem tuam ingressus es ? Jam hoc ipsum , quòd ingressus es , quàm mirum , latumque ? Nam priores invehi , & importari solebant , non dico quadrijugo curru , & albentibus equis , sed humeris hominum , quod arrogantius erat . Tu solâ corporis proceritate elatior aliis , & excelsior , non de patientiâ nostrâ quemdam triumphum , sed de superbiâ Principum egisti . Ergo non ætas quemquam , non valetudo , non sexus retardavit , quominus oculos insolito spectaculo impleret . Te parvuli noscere , ostentare juvenes , mirari senes ; ægri quoque neglecto me-*

CAP. XXII. E Prima, che dì fu quello, in cui atteso, e sospirato entraste nella vostra Roma? Lo stesso poi esservi entrato di che maraviglia , ed allegrezza non fu ? Soleano gli altri portarvisi dentro, non dirò su cocchi a quattro bianchi destrieri, ma (insolenza maggiore !) sulle spalle degli uomini . Voi degli altri nella sola corporatura più alto , trionfaste , non della nostra tolleranza, per così dire, ma della superbia de' Principi . Non fu dunque ritardato alcuno dall'età, da' malori, dal sesso, sicchè non si riempiesse gli occhi di quella non usata cõparsa . Vi conoscean i fanciulli, vi additavano i giovani , guardavanvi i vecchi con istupore ; gli ammalati stessi, spregiati i coman-

da-

medentiam imperio ad conſpectum tui, quaſi ad ſalutem ſanitatemque prorepere. Inde alii ſe ſatis vixiſſe, te viſo, te recepto; alii nunc magis eſſe vivendum pradicabant. Faminas etiam tunc facunditatis ſua maxima voluptas ſubiit, cum cernerent cui Principi cives, cui Imperatori milites peperiſſent. Videres referta tecta, ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum, qui non niſi ſuſpenſum, & inſtabile veſtigium caperet; oppletas undique vias, anguſtumque tramitem relictum tibi; alacrem hinc, atque inde populum; ubique par gaudium, paremque clamorem. Tam æqualiter ab omnibus ex adventu tuo latitia percepta eſt, quàm omnibus veniſti; quæ tamen ipſa cum ingreſſu tuo crevit, ac prope (a) in ſingulos gradus adaucta eſt.

damenti de' medici, ſi levavano per vedervi, come ſe Voi foſte la loro ſalvezza. Quindi dicevan' altri di eſſere abbaſtanza vivuti dappoi di avervi veduto, ed accolto; altri, che allor' anzi doveaſi viver di più. Le femmine pure godeano altamente di aver partoriti figliuoli, veggendo a qual Principe generati aveſſero cittadini, a qual Generale ſoldati. Veduti aureſte gli ſteſſi tetti, carichi di perſone appena reggerſi al peſo, nè reſtare diſoccupati gli ſteſſi poſti poco capaci, e mal ſicuri; piene le ſtrade, laſciato ſolo uno ſtretto paſſaggio per Voi; di quà, e di là tripudiante il popolo; per ogni luogo eguale allegrezza, ed acclamazione. Come per tutti egualmente veniſte, così del venir voſtro tutti gioirono; ed alla voſtra entrata ſi aggrandì il giubilo, che quaſi ad ogni voſtro paſſo ne andò crescendo.

CAP. XXIII. *GRatum erat cunctis quòd Senatum* (b) *oſculo exciperes, ut dimiſſus oſculo fueras; gratum quòd Equeſtris ordinis decora honore nominum* (c) *ſine monitore ſignares; gratum quòd, tantùm non ultro clientibus ſalu-*

CAP. XXIII. GRadiva ognuno che riceveſte col bacio il Senato, come col bacio lo ſteſſo aveavi ſpedito; che onoraſte la nobiltà de' Cavalieri, nominandoli ſenza che vi ſuggeriſſe i lor nomi; che deſte certi ſegni d'intrinſichezza a' clientoli, ſola-

men-

a *In ſing. gradus*. Gradus ipſos Imperatoris ambulantis intelligo, quod & *Lipſio* viſum eſt: Nec aſſentiri poſſum *Livinejo*, cujus verba; *Capio de gradibus, qui in quaque urbis regione ad uſum publicum erecti panibus in plebem dividundis.*

b *Oſculo*. Amoris ſigno. Contra ab illis humani generis hoſtibus præſtitum, Cajo, Nerone, Domitiano, ut videre eſt apud *Sueton.*

c *Sine Monit.* Erant Romæ qui obviorum nomina ſuggerebant Candidatis, præcipuè, dicebanturque Nomenclatores. Maximum autem humanitatis ſignum in Imperatore, qui, nullo ſuggerente, ſingulis ſua nomina reddidiſset. Præſtitit hoc etiam Nero, ſed primis Imperii temporibus. De ipſo *Sueton. cap.* 10. *Omnes ordines ſubinde, ac memoriter ſaluſavit.*

Ope-

tatis, quasdam familiaritatis notas adderes; gratius tamen quòd sensim, & placidè, & quantum respectantium turba pateretur incederes; quòd occursantium populus te quoque, te immo maximè adstaret; quòd primo statim die latus tuum crederes omnibus. Neque enim stipatus satellitum manus, sed circumfusus undique, nunc Senatus, nunc Equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentia genus invaluisset, silentes, quietosque lictores tuos subsequebare; nam milites nihil a plebe habitu, tranquillitate, modestiâ differebant. Ubi verò capisti Capitolium ascendere, quàm læta omnibus adoptionis tuæ recordatio! Quàm peculiare gaudium eorum, qui te primi eodem loco salutaverunt Imperatorem! Quinetiam, Deum ipsum tuum præcipuam voluptatem (a) *operis sui percepisse crediderim. Ut quidem iisdem vestigiis institisti, quibus parens tuus ingens illud Deorum prolaturus arcanum, quæ circumstantium gaudia! Quàm recens clamor! Quàm similis* (b) *illi dies, qui hunc genuit diem! Ut plena altaribus, augusta victimis cuncta! Ut in unius salutem collata omnium vota, cùm sibi se, ac liberis suis intelligerent precari, quæ pro te precarentur! Inde tu in Palatium quidem, sed eo vultu, sed eâ moderatione, ut si privatam domum peteres; cæteri ad*

mente non salutandoli primo; più però, che camminaste passo passo, e con quiete, e sol quanto lo permetteva la folla de' riguardanti; che la gran calca del popolo, che correavi incontro, si fermasse tutta appunto d'intorno a Voi; che affidaste a tutti subito il primo giorno la vostra persona. Imperciocchè non attorniato già da schieroni, ma dal fiore, or de' Senatori, or de' Cavalieri, come o gli uni, o gli altri più numerosi si erano, seguivate i vostri littori taciti, e quieti; e la soldatesca all'abito, alla pacatezza, alla modestia non si distingueа dalla plebe. Quando poscia incominciaste a salire in Campidoglio, come fu a tutti di giubilo la memoria della vostra adozione! Come fu particolare il contento di que', che primi quivi salutaronvi Imperadore! Credo anzi, che provasse allora il maggior piacere di ciò, che avea fatto quel vostro Idio. E quando vi fermaste dove già vostro padre, allorachè volea proferire quel gran segreto de' Numi, qual mai fu l'allegrezza de' circostanti! Che nuove grida! Come fu simile questo giorno a quello, che lo cagionò! Com' era ogni luogo pieno di altari, ricco di vittime! Come tutti votarono alla salvezza di un solo, intendendo di chiedere per sè stessi, e per gli loro figliuoli quanto chiedeano per Voi! Quindi v' instradaste bensì al Palazzo, ma con faccia, e moderatezza tale, come se vi foste avviato ad una casa privata;

gli

a *Operis sui.* Supra *cap.* 8. *Sibi Dii gloriam illam vindicarunt. Horum opus fuit, horum illud imperium.*

b *Illi.* Dici nempe adoptionis tuæ.

Ad

ad Penates ſuos , quiſque iteraturus gaudii fidem ubi nulla neceſſitas gaudendi eſt .

gli altri alle proprie abitazioni portaronſi, tutti a replicare atti di ſincera allegrezza, ove non v' era neceſſità di rallegrarſi.

CAP. XXIV. *Oneraſſet alium hujuſmodi introitus ; tu quotidie admirabilior , & melior ; talis denique , quales alii Principes futuros ſe tantùm pollicentur . Solum ergo te commendat augetque temporis ſpatium ; junxiſti enim , ac miſcuiſti res diverſiſſimas , ſecuritatem olim imperantis , & incipientis pudorem . Non tu civium amplexus (a) ad pedes tuos deprimis , nec oſculum manu reddis : Manet Imperatori , qua prior , oris humanitas , dextra verecundia . Incedebas pedibus ? (b) Incedis . Latabaris labore ? Lataris ; eademque omnia illa circa te ; nihil ipſo te fortuna mutavit . Liberum eſt , ingrediente per publicum Principe , ſubſiſtere , occurrere , comitari , præterire . Ambulas inter nos , non quaſi contingas ; & copiam tui , non ut imputes , facis . Hæret lateri tuo quiſquis acceſſit ; finemque ſermoni ſuus cuique pudor , (c) non tua ſuperbia facit . Regimur quidem a te , & ſubjecti tibi , ſed quemadmodum legibus , ſumus ;*

CAP. XXIV. UN' entrata ſimile aurebbe gonfiato altri di boria ; Voi diveniſte ſempre più maraviglioſo, e migliore, e quale finalmente gli altri Principi ſolamente promettono di voler'eſſere. A Voi ſolo dunque creſcono collo ſpazio del tempo le lodi, mentre uniſte, e miſchiaſte coſe del tutto diverſe, ſodezza da Imperadore provetto, e roſſore da novello. Non obbligate i cittadini ad abbracciarvi le piante, nè colla mano rendete il bacio. In Vo' Imperadore reſta la ſteſſa corteſia di volto, e verecondia di mano, che innanzi. Andavate a piedi? Ancora vi andate. Godevate dello ſtento ? Ancor ne godete. Tutto in Voi ſi è lo ſteſſo; niente in Voi cambiò la fortuna. Quando il Principe cammina in pubblico, ognuno ha libertà di fermarſi, d' incontrarlo, di accompagnarlo, di traſcorrerlo. Fra noi palleggiate, non come per noſtra ventura ; in braccio a noi vi ponete, non per averloci a rinfacciar come grazia. Chi vi ſi accoſtò ſtavvi a fianco ; e gli fa finire i ragionamenti il proprio roſſore, non la voſtra ſuperbia. Siamo da Voi bensì regolati, ed a Voi ſoggetti, ma nella

nam

gui-

a *Ad pedes*. Plura *Dio* de Trajani humanitate ; præcipuè quòd os præberet oſculandum, non manus, nec pedes; ut Caligula, & Domitianus, de quibus *Sueton.*

b *Incedis*. Et hoc moderationis ſignum in Principe. Refert de Auguſto *Suet. cap.* 53.

c *Tua Superbia*. Neminem ſcilicet ſuperbè reiicis; omnes quinimmo tecum loqui ſinis quantum velint, & quouſque præ pudore recedant.

Uſum

nam & illæ cupiditates noſtras, libidineſque moderantur, nobiſcum tamen, & inter nos verſantur. Emines, excellis, ut honor, ut poteſtas, quæ ſuper homines quidem, hominum ſunt tamen. Ante te Principes faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu (a) uſum pedum amiſerant. Illos ergo humeri cerviceſque ſervorum ſuper ora noſtra; te fama, te gloria, te civium pietas, te libertas ſuper ipſos Principes vehunt: Te ad ſidera tollit humus; ita (b) communia, & confuſa Principis veſtigia.

guiſa, che alle leggi lo ſiamo: Poichè regolan queſte pure le noſtre voglie, le noſtre sfrenatezze, con noi però ſtanno, e fra di noi. Sovraneggiate, ſiete il maggiore, come l'onore, ed il comando, che ſono bensì ſovra gli uomini, ma ſono da uomini. Aveano per certa nauſea, e per timor di eguaglianza perduto l'uſo del camminare i Principi, che vi precedettero. Sovra le noſtre teſte dunque portavanſi dalle ſpalle, e dal collo de' ſervi; ma Voi dalla fama, dalla gloria, dalla pietà, e libertà de' cittadini perfin ſovra i Principi ſiete innalzato. Voi porta fino alle ſtelle la ſteſſa terra; così comune, e miſchiato al noſtro ſi è il camminare del Principe.

CAP. XXV. *Nec vereor, P. C., nè longior videar, cùm ſit maximè optandum, ut ea, pro quibus aguntur Principi gratiæ, multa ſint; quæ quidem reverentius fuerit integra, illibataque cogitationibus veſtris reſervari, quàm carptim, breviterque perſtringi; quia ferè ſequitur, ut illa quidem, de quibus taceas, tanta, quanta ſunt, eſſe videantur.*

CAP. XXV. NE' già temo, P. C. di parer troppo lungo, ſendo aſſai da bramarſi, che molte ſien le cagioni, onde il Principe ſi ringrazi; le quali però ſarebbe coſa più riſpettoſa riſervare intere, e non tocche a' voſtri rifleſſi, che alla sfuggita, e brevemente riſtrignere; mentre già ſuole avvenire, che le lodi anche taciute compariſcono ben grandi, come lo ſono. Se pure non ſi vuol dir qual-

a *Uſum pedum amiſ.* Præ ſuperbiâ ferri ſolebant Lectîcâ; nec Imperatores tantùm, ſed privati etiam, & fœminæ. Erat autem illa geſtatorium quoddam, in quo ſtrata erant pulvinia, ut molliùs jacerent; ferebaturque ſuppoſitis exemptilibus aſſeribus a ſervis, modò quatuor, modò ſex, modò octo: Quare mentio fit Exaphori apud *Martialem*, & Octophori apud eumdem, & *Cicer. in Verr.* Alluſit ad morem *juven. Sat. 3. Turbâ cedente vehetur Dives, & ingenti curret ſuper ora Liburno.* Conſule, *Lipſium, Elect. lib. 1. cap. 19. Scheffer. de Re Vehic. lib. 2. cap. 5.*

b *Ita communia.* Retineo vulgatam lectionem, quam vult caſtigare *Livineius*, ac legere *humus iſta communis*; *Lipſius autem*, & *Cellarius*, *Humus ita communis.* Cur enim ad divinationes confugiendum, ubi ſententia æque bene ſine mutatione reddi poteſt?

tur . Nisi verò leviter attingi placet , locupletatas tribus , datumque (a) *congiarium populo ; & datum totum , cum donativi partem milites accepissent . An mediocris animi est his potiùs* (b) *repræsentare , quibus magis negari potest ? Quanquam in hac quoque diversitate æqualitatis ratio servata est : Æquati sunt enim populo milites , eo quòd partem , sed priores , populus militibus , quòd posterior , sed totum statim accepit . Enimvero qua benignitate divisum est ! Quanta cura tibi fuit , nè quis expers liberalitatis tuæ fieret ! Datum est iis , qui* (c) *post edictum tuum in locum* (d) *erasorum subditi fuerant , æquatique sunt cæteris illi etiam , quibus non erat promissum . Negotiis aliquis , valetudine alius , hic mari , ille fluminibus distinebatur ? Expectatum est , provisumque , nè quis æger , nè quis occupatus , nè quis denique longè fuisset . Veniret quisque cùm vellet ; veniret quisque cùm posset . Magnificum , Cæsar , & tuum , disiunctissimas terras munificentia ingenio velut admovere ; immensaque spa-*

qualche cosa dell'essersi arricchite le tribù , dell'essersi dispensato al popolo un congiario ; e dispensato intero , avendo i soldati ricevuta già parte di un donativo. Ed è forse di animo mezzano il donare anzi a questi , a' quali meglio negar si può? Pure in questa stessa diversità mantennesi la eguaglianza . Furono pareggiati , i soldati al popolo , perchè ne ricevettero parte , ma primi a' soldati il popolo , perchè dappoi lo ebbe , ma tutto . Con quanta benignità poi fu spartito! Come aveste a cuore , che della vostra larghezza non andasse alcun privo! Se ne dispensò ancor a quelli , che dopo il vostro editto si sostituirono a' già cassati ; ed aggua-gliaronsi agli altri quegli stessi , cui non si era promesso . Erane trattenuto alcun dagli affari , altri da' malori , questi dal mare , quegli da' fiumi? Si aspettò , si fece sì , che niun fosse infermo , affaccendato , lontano ; venisse infine ognuno quando voleva , venisse quando poteva. Grande opera , ò Cesare , e da Trajano ella fù , avvicinare in certa guisa lontanissime terre coll'arte del donare , e ristrignere colla beneficenza tratti vastissimi di-

a *Congiarium* . Quod Imperatores populo largiebantur congiarium dicebatur , quod autem Militibus donativum . Vide congiarii a Trajano exhibiti Typum *Tab.* 1. *n.* 7. Ex quo dices , congiarium eo anno primum a Trajano datum , tertio nempe Consulatu . Triplex autem ab hoc Principe congiarium exhibitum testantur Numini , quos illustrat Vaillantius .

b *Repræsentare* . Donare interpretatur *Casaubonus* , seu pecunias enumerare , persolvere , quod magis probo . *Totum in præsenti solvere* , inquit *Lipsius* ; quod quidem magis consonum hujus loci sententiæ .

c *Post edictum* . De congiarii dispensatione faciendâ .

d *Erasorum* . E publicis tabulis , in quibus eorum erant incisa nomina , quibus congiarium distribuendum . Radebantur autem , *si qui morerentur , vel migrarent , erasis nominibus alii substituebantur , vel per annonæ Præfectum , vel per ejus dividendæ Curatores* . Lipsius .

Ho-

ſpatia liberalitate contrahere; intercedere caſibus, occurſare fortunæ; atque omni ope adriti, nè quis e plebe Romanâ, dante congiarium te, (a) hominem magis ſentiret ſe fuiſſe, quàm civem.

divertire gli accidenti, opporſi alla fortuna; e procurare a tutto potere, che, diſpenſando Vo'il congiario, non provaſſe più di eſſere ſtato uomo, che cittadino alcun della plebe di Roma.

CAP. XXVI. *Adventante congiarii die obſervare Principis egreſſum in publicum, inſidere vias examina infantium, futurumque populus ſolebat. Labor parentibus erat oſtentare parvulos, impoſitoſque cervicibus adulantia verba, blandaſque voces edocere. Reddebant illi, quæ monebantur, ac plerique irritis precibus ſurdas Principis aures adſtrepebant; ignarique quid rogaſſent, quid non impetraſſent, (b) donec planè ſcirent, differebantur. Tu ne rogari quidem ſuſtinuiſti; & quanquam latiſſimum oculis tuis eſſet conſpectu Romanæ ſobolis implere, omnes tamen antequàm te viderent, adirentve, recipi, (c) incidi juſſiſti, ut jam inde ab infantiâ parentem publicum munere educationis experirentur; creſcerent de tuo, qui creſcerent tibi, alimentiſque tuis ad ſtipendia tua pervenirent; tantumque omnes uni tibi, quantum parentibus ſuis quiſque deberet. Rectè, Cæſar, quòd ſpem Romani nominis ſumptibus tuis ſuſcepis; nullum eſt enim magno Principe, immor-*

CAP. XXVI. Avvicinandoſi il dì del congiario, ſoleano attendere la uſcita del Principe in pubblico, ed ingombrare le ſtrade ſciami di bambini, popolo avvenire. Tutta la fatica de' genitori ſi era andar moſtrando i pargoletti; e poſtiſigli ſul collo imboccar loro parole di adulazione, e voci di vezzo. Recitavanle deſſi, ed i più con vane ſuppliche ſtordivano le ſorde orecchie del Principe; e non ſapendo ciò, che aveſſero dimandato; ciò, che non aveſſero conſeguito, levavanſi di là finchè bene il ſapeſſero. Voi nemmen voleſte eſſere ſupplicato; e benchè a Voi ſoſſe di gran piacere il ſaziarvi colla veduta della diſcendenza di Roma, voleſte però, che tutti, prima di vedervi, e comparirvi dinanzi, foſſero accettati, e regiſtrati, onde provaſſero fin da fanciulli nel dono della educazione il pubblico padre; creſceſſero col voſtro quelli, che a Voi creſceano; col vitto dato loro da Voi arrivaſſero a ſervirvi in guerra; e tutti inſieme a Voi ſolo tanto doveſſero, quanto a lor genitori ciaſcuno. Ottima coſa ella ſi è, ò Ceſare, ſoſtentare a voſtro coſto la ſpe-

a *Hominem magis*. Obnoxium ſcilicet variis humanæ conditionis caſibus, quibus impediretur, nè adeſſet congiarii die.

b *Donec ſcirent*. Ætatis in maturam creſcente.

c *Incidi*. In æneis Tabulis, in quibus ſtyli inciſione civium nomina ſcribebantur.

mortalitatemque merituro impendii genus dignius, quàm quod erogatur in posteros. Locupletes ad tollendos liberos (a) ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur; pauperibus educandis una ratio est bonus Princeps. Hic fiduciâ sui procreatos nisi largâ manu fovet, auget, amplectitur, occasum Imperii, occasum reipublicæ accelerat; frustraque proceres Princeps, plebe neglectâ, ut defectum corpore caput, nutaturumque instabili pondere tuetur. Facile est conjectare quod perceperis gaudium, cùm te parentum, liberorum, senum, infantium, puerorum clamor excіperet. Hæc prima parvulorum civium vox aures tuas imbuit, quibus tu daturus alimenta hoc maximum præstitisti, nè rogarent. Super omnia est tamen, quòd talis es, ut sub te liberos tollere libeat, expediat.

speranza del nome di Roma. Imperciocchè non v'hà spesa più degna di un Principe grande, e meritevole della immortalità, che quella, che si fa per gli successori. A procurarsi figliuoli da grandi premj, ed eguali pene sono avvisati gli ricchi; a'poveri l'unica cagione di allevargli è un buon Principe. Ove questi e' non ajuti, non invigorisca, non istringa al suo seno, poichè a questa speranza si nacquero, affretta egli la caduta dell'Imperio, la rovina del pubblico; e indarno proteggonsi dal Principe i nobili quando si trascuri la plebe, perchè ne rimangono, come una testa tronca dal corpo, e che di peso mal sicuro vacilla. Puossi indovinar facilmente la vostra allegrezza nell' essere accolto dagli applausi de'genitori, de'figliuoli, de'vecchi, de'fanciulli, de'giovani. Riempiè ella prima le vostre orecchie questa voce de' piccoli cittadini, a'quali dovendo Voi dare il vitto, faceste questo di sovragrande, che non ebbero a dimandarlo. Il maggior pregio però si è l'esser Voi tale, che sotto a Voi piace, e giova di aver figliuoli.

CAP. XXVII. *NEmo jam parens filio, nisi fra-*

CAP. XXVII. NOn teme per elli più verun pa-

a *Ingent. præmia, & par. pœnæ.* Præmia erant inter cætera Jus Liberorum; nimirum qui in Urbe tres liberos habuisset, in Italiâ quatuor, in provinciis quinque immunis erat a curâ, tutelâ, cæterisque omnibus personalibus muneribus. Secundò honestior locus in Theatro, ac præcedentia in magistratu. Tertiò honorum, ac magistratuum petitio ante annos præfinitos. Pœnæ quoque plures. Primò cælibes legata non capiebant, nisi legi ipsi intra centum dies paruissent. Secundò ære etiam mulctabantur, dicebanturque *Uxorium pendere*, ut legitur apud *Festum*. Nec Romanis tantùm, verùm & Græcis pari solicitudine suscipiendis liberis prospectum, cælibesque puniti. Quare *Plato lib. 6. de Legib.* ait, irrogatam fuisse pœnam illi, *qui sine connubio quinque & triginta egerit annos; ut si de maximo censu est, drachmas centum mulctetur, si de secundo septuaginta, si de tertio sexaginta, si de quarto triginta, &c.*

Cul-

si fragilitatis humanæ vices horret ; nec inter insanabiles morbos Principis ira numeratur . Magnum quidem est educandi incitamentum tollere liberos in spem alimentorum , in spem congiariorum , majus tamen in spem libertatis , in spem securitatis . Atque adeo nihil largiatur Princeps , dum nihil auferat , non alat , dum non occidat , nec deerunt , qui filios concupiscant . Contra largiatur , & auferat , alat , & occidat , ne ille in tam brevi tempore effecerit , ut omnes non posterorum modò , sed sui , parentumque pœniteat . Quocirca nihil magis in tuâ totâ liberalitate laudaverim , quàm quòd congiarium das de tuo , alimenta de tuo ; neque a te liberi civium , ut ferarum catuli , sanguine & cædibus nutriuntur ; quodque gratissimum est accipientibus , sciunt dari sibi , quod nemini est ereptum , locupletatisque tam multis pauperiorem esse factum Principem tantùm . Quanquam nec hunc quidem ; nam cujus est quidquid est omnium , tantum ipse , quantum omnes habet .

padre , se non le vicende della sievolezza degli uomini ; e fra' mali insanabili non si conta più la rabbia del Principe . E' grande sprone per allevarne la speranza degli alimenti , e de' congiari ; maggior però quella della libertà , e della sicurezza . Così niente doni il Principe purchè niente tolga , non alimenti purchè non uccida , non mancherà neppure chi brami figliuoli . In opposto doni , e tolga , alimenti , e sveni , farà certamente in brieve pentire ognuno , non solo di aver successori , ma di esser nato . Perciò di tutta la vostra beneficenza nulla più loderei , che il donar' , e congiario , e alimenti del vostro ; e il non nudrirsi da Vo' i figliuoli de' cittadini , come i parti delle fiere , di sangue , e di stragi . Ciò poi , che a' beneficati è più grato , sanno darsi lor quello , che a niuno fu tolto , ed arricchitisi tanti , avere impoverito il Principe solo : Benchè neppure lui stesso ; imperciocchè quegli , di cui è ciò , che ognuno possede , tanto egli hà , quanto tutti .

CAP. XXVIII.

ALiò me vocat numerosa gloria tua ; aliò autem ? Quasi verò jam satis veneratus , miratusque sim quòd tantam pecuniam profudisti , non ut flagitii tibi conscius ab insectatione ejus averteres famam , nec ut tristes hominum , mœstosque sermones latiore materiâ detineres .

CAP. XXVIII.

CHiamami altrove la vostra gloria infinita . Altrove ? Come se venerato , ed ammirato avessi abbastanza l' avere speso Voi tanto , non perchè reo di qualche scelleratezza ne divertiste la fama dal morderla , nè per trattenere in lieta materia i malinconici ragionamenti degli uomini . Non tis-

Nullam congiario (a) *culpam, nullam alimentis crudelitatem redemisti; nec tibi bene faciendi fuit causa, ut qua malè feceras impunè fecisses. Amor impendio isto, non venia quæsita est, Populusque Romanus obligatus a tribunali tuo, non exoratus recessit. Obtulisti enim congiarium gaudentibus gaudens, securusque securis; quodque antea Principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis objectabant, id tu tam innocens populo dedisti, quàm populus accepit. Paulo minus, Patres Conscripti, quinque millia* (b) *ingenuorum fuerunt, quæ liberalitas Principis nostri conquisivit, invenit, adscivit. Hi subsidium bellorum, ornamentum pacis publicis sumptibus* (c) *aluntur, patriamque, non ut patriam tantùm, verùm ut altricem amare condiscunt. Ex his castra, ex his tribus replebuntur, ex his quandoque nascentur, quibus alimentis opus non sit. Dent tibi, Cæsar, ætatem Dii, quam mereris, serventque animum, quem dederunt; & quanto majorem infantium turbam iterum atque iterum jubebis incidi (augetur enim quotidie, & crescit, non quia cariores parentibus liberi, sed quia Principi cives) præstabis alimenta si voles, da-*

cattaste col congiario veruna colpa, veruna spietatezza cogli alimenti; nè beneficaste per sottrarvi al gastigo del mal'operato. Con questa spesa cercaste amor, non perdono; ed il Popolo Romano dal vostro tribunale obbligato, non acquetato partissi. Donaste lieto, e sicuro ad un popolo pur sicuro, e lieto il congiario; e ciò, che i passati Principi a placar l'odio contra sè stessi gittavano agl'inveleniti animi della plebe, Voi lo deste al popolo con tanta innocenza, con quanta egli lo ricevè. Furono P. C. poco meno di cinque mille gl'ingenui, cercati, trovati, adottati dalla larghezza del nostro Principe. Questi, rinforzo di guerra, fregio di pace a pubbliche spese nudrisconsi; ed imparano ad amare la patria, non sol come patria, ma come nutrice. Di questi si riempieranno gli eserciti, e le tribù; da questi nascerà un giorno chi non abbisogni più di alimenti. Vi concedano, ò Cesare, l'età che meritate gl'Iddi, e conservino quell'animo, che vi concedettero; e quanto maggior numero di fanciulli registrar farete (poichè ogni giorno crescono, e si avanzan più, non perchè sieno a' genitori più cari i figliuoli, ma perchè sono più cari al Principe i cittadini) dispenserete loro bensì, se vorrete, ali-

a *Culpam*. Ut Nero, qui *post Britannici eædem largitione potissimos amicorum auxit*. &c. *Necessitatem adhibitam credebant a Principe sceleris sibi conscio, & veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset*, Tac. *Ann.* l. 13.

b *Ingenuorum*. Ingenuus est, qui nascitur liber. Liber autem dicitur qui, *sive ex duobus ingenuis matrimonio editus est, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino, & altero ingenuo*, &c. *Instit.* l. 1. *Tit.* 4. *de Ingen.*

c *Aluntur*. Testes hujus Trajani liberalitatis *Dio*, & Nummi in ipsius memoriam cusi, quos vide *Tab.* 1, *n.* 8. & 9.

Pom-

dabis congiaria ſi voles, illi tamen propter te naſcuntur.

alimenti, e congiarj; deſſi però naſcono ſolo per Voi.

CAP. XXIX. *INſtar ego perpetui congiarii reor affluentiam annonæ. Hujus aliquando cura* (a) *Pompejo non minus addidit gloriæ, quàm* (b) *pulſus ambitus Campo, exactus* (c) *hoſtis mari,* (d) *Oriens triumphis, Occidenſque luſtratus. Nec verò ille civiliùs, quàm parens noſter, auctoritate, conſilio, fide recluſit vias, portus patefecit, itinera terris, littoribus mare, littora mari reddidit, diverſaſque gentes ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſquam, id apud omnes natum eſſe videretur. Nonne cernere datur, ut ſine ullius injuriâ omnis uſibus noſtris* (e) *annus exuberet? Quippe, non ut ex hoſtico rapta,* (f) *periturâque in horreis meſſes, nequidquam queritantibus ſociis, auferuntur. Devehunt ipſi, quod ter-*

CAP. XXIX. REputo per un continuo congiario l' abbondanza della vittuaglia. L'averla già procurata ricolmò Pompeo di niente meno di gloria, che l'aver cacciate le pratiche, ſterminati dal mare i corſali, girato co' trionfi il Levante, ed il Ponente. Nè aprì già deſſo meglio del noſtro padre coll'autorità, col conſiglio, col valore i paſſi, ſpalancò i porti, aſſicurò i viaggi di terra, reſe il mare agli lidi, gli lidi al mare, unì così per finirla col commercio genti diviſe, che quanto, naſce quà e là ſembraſſe nato per tutto. Non ſi ved'egli come ſenza danno di alcuno ſovrabbonda ogni ricolta a' noſtri biſogni? Che non ſi tolgono già le biade, come da paeſe nimico, e da porſi a marcir ſu' granai, agli alleati, che indarno ſe ne richiamino. Ci portan deſſi ciò, che produſſe il terreno,

che

a *Pompejo.* Cum Roma fame laboraret, Cn. Pompejus Præfectus annonæ factus Urbem frumento, cæteriſque ad victum neceſſariis replevit; ideo ad gloriam amplißimam pervenit. Auctor *Cic. ad Attic. Ep.* 15. *Appian. Bell. Civ. lib.* 2.

b *Pulſus amb. campo.* Martio nempe, in quo comitia habebantur. Legem tulit enim Pompejus Conſul contra illos, qui in petendis honoribus vim populi ſuffragiis, aut precibus, aut alio officiorum genere adhibuiſſent.

c *Exactus hoſtis.* Piratæ Cilices, qui *rupto fœdere generis humani ſic maria bello, quaſi tempeſtate, præcluſerant*, inquit *Flor. l.* 3. *c.* 6. Hos Pompejus feliciter vicit, penè incruentâ victoriâ, intra 40. dies. *Plutarch. in Pomp. Diolib.* 36.

d *Oriens*, &c. In Oriente vicit Mithridatem Regem Ponti, Tigranem Armeniæ, Ocodem, ſeu Olthacem, ut eſt apud *Appian. de Bell. Mithrid.* Colchorum, Arthocem Iberiæ, Ariſtobulum Judæorum pariter Reges, aliaſque gentes; nam exceptis Parthis, & Indis, *omnis Aſia inter Rubrum mare, & Caſpium, & Oceanum Pompejanis domita, vel oppreſſa ſignis tenebatur.* Auctor *Flor. l.* 3. *c.* 5. In Occidente verò Sertorium, Perpennamque domuit, & Hiſpaniam pacavit; *idem l.* 3. *c.* 22.

e *Annus.* Hoc eſt quidquid annonæ per annum fertur.

f *Perituræ* Quæ in uſum hominum non educantur.

terra genuit , quod ſidus aluit , quod annus tulit ; nec (a) *novis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt . Emit fiſcus quidquid videtur emere ; inde copia , inde annona , de qua inter licentem , vendentemque conveniat ; inde hìc ſatietas , nec fames uſquam.*

che nudrì il cielo, che rendettero le ſtagioni; nè il peſo di nuove impoſizioni li fa mancare alle antiche . Compera il fiſco quanto comperare ſi vede; di quà abbondanza, e vittuaglia tali, che non vi ſia diſparere tra chi compera, e chi vende ; di quà tutti noi ſazi, gli altri non affamati.

CAP. XXX. (b) *Ægyptus alendis, augendiſque ſeminibus ita gloriata eſt , ut* (c) *nihil imbribus , cœloque deberet ; ſiquidem proprio ſemper amne perfuſa , nec alio genere aquarum ſolita pingueſcere , quàm quas ipſe devexerat , tantis ſegetibus induebatur , ut cum feraciſſimis terris , quaſi nunquam ceſſura , certaret . Hac inopinà ſiccitate uſque in injuriam ſterilitatis exaruit , quia piger Nilus cunctanter alveo ſeſe , ac* (d) *languidè extulerat , ingentibus quoque tunc quidem illæ fluminibus tamen conferendus . Hinc magna pars terrarum , mergi palanti amne conſueta , alto pulvere incanduit . Fruſtra tunc Ægyptus nubila optavit , Cœlumque*

CAP. XXX. VAntoſſi l'Egitto di nudrire, e di far creſcere le ſementi , perfino a non eſſer punto debitore alle piogge, ed al cielo; poichè innaffiato dal proprio fiume, e ſolito di non altre acque, che di quelle reſtare impinguato, copriaſi di tante biade, che gareggiava, come per non mai cedere, co' più fecondi terreni. Contraſſe d' improvviſo egli tal ſiccità, che divenne ſterile; ſendoſi fatto languido, e lento, e poco alto dal proprio letto il ſuo Nilo, benchè ſi poteſſe paragonare anche allora co' fiumi più grandi. Quindi una gran parte di terra, che ſoleaſi bagnare dal fiume errante, tutta di arida polvere ſi ricoperſe. Indarno ſoſpirò l'Egitto le nuvole, e guardò il Cielo, allorchè lo ſteſſo padre della ſua feconditá

a *Nec novis.* Vectigalium novitate nemo ferè ſæviùs Caligulà ſubditos preſſit. De ipſo *Suet. c.* 40. *nullo rerum , aut hominum genere omiſſo , cui non tributi aliquid imponeret.*

b *Ægyptus.* Hiſtoriam de Nili excreſcentiâ, unde provinciæ fertilitas, vide fuſè apud *Strabon. lib.* 17. *init.*

c *Nihil imbr.* Alludit & *Claudian. in Epigram. Ægyptus ſine nube ferax,* &c. *Gaudet aquis, quas ipſa vehit , Niloque redundat .* Expreſſit Nili hiſtoriam & *Statius , Sylv. l.* 4.: *Et patris undoſi ſonitus expectat hiulca Ægyptus , donec Phariis alimenta rogatus Donet agris , magnumque inducat meſſibus annum.*

d *Languidè.* Quando Nilus citra decimumquartum cubitum excreſceret *fames, & penuria eveniebat*, inquit *Strabo*. Conſtat ex *Plinio* qui fuerint gradus ipſius excreſcentiæ ad fertilitatem. Ejus verba *l.* 5. *cap.* 9. *In* 12. *cubitis famem ſentit , in* 13. *etiamnum eſurit ;* 14. *cubita hilaritatem afferunt ,* 15. *ſecuritatem ,* 16. *delicias.*

Ex-

que respexit , cum ipse facundi-tatis parens contractior , & exi-lior iisdem ubertatem ejus anni an-gustiis , quibus abundantiam suam cohibuisset . Neque enim solùm vagus ille (a) *expanditor amnis intra usurpata semper collium sub-stiterat , atque haserat , sed supi-no etiam , ac* (b) *detinenti so-lo placido se , mollique lapsu re-fugium abstulerat , nec dum satis humentes terras addiderat aren-tibus . Igitur inundatione , idest ubertate , regio fraudata , sic opem Cæsaris invocavit , ut solet am-nem suum ; nec longius illi adver-sorum fuit spatium , quàm dum nunciat . Tam velox , Cæsar , po-tentia tua est , tamque in omnia pariter intenta bonitas , &* (c) *ac-cincta , ut tristius aliquid sæculo tuo passis ad remedium salutem-que sufficiat , ut scias .*

dità più ristrerto, e impiccolito avea obbligata la ricolta di quell' anno alla scarsezza medesima del-la sua piena. Poichè quel fiume, so-lito altre volte traboccare, e allar-garsi, non solo erasi contenuto sot-to alla usata sua altezza, ma con leggero, e fievole corso ritirato anche dalle terre più basse, sen-za lasciare su' secchi campi l'umi-dolezzo . Frodata dunque della inondazione , cioè dell' abbon-danza sua la provincia, implo-rò il sovvenimento di Cesare, co-me solea già quel del suo fiume; nè le durò la sciagura più del tem-po dell'avvisare. E' sì veloce, ò Cesare , il vostro potere , e sì egualmente verso tutti inchine-vole e pronta la vostra pietà, che per rimedio, e salvezza di chi sot-to di Voi stà in travaglio basta , che lo sappiate.

CAP. XXXI. *OMnibus equidem gentibus ferti les annos , gratasque terras pre-cor , crediderim tamen per hunc Ægypti , statum tuas fortunam vires experiri , tuamque vigi-lantiam expectare voluisse. Nam cùm omnia ubique secunda me-rearis , nonne manifestum est , si quid adversi cadat , tuis lau-dibus , tuisque virtutibus ma-teriam , campumque prosterni , cùm secunda felices , adversa ma-*

CAP. XXXI. AUguro bensì ad ogni popolo an-ni abbondanti, e terreni non in-grati; credo però, aver voluto la sorte con questo stato dell' Egitto provare le vostre forze, ed osser-vare la vostra attenzione. Poichè meritando Vo' in ogni luogo una piena prosperità , non è chiaro , che, se avviene qualche sciagura , si apre materia alle vostre lodi , e campo alle vostre virtù, provan-dosi ne' prosperi avvenimenti chi è for-

a *Expanditor*. Conantur lectionem mutare Critici; leguntque, *Livinejus* & palator, *Lipsius* expatiator, *Rittershusius*, & spatiator; sed meo judicio nihil immutandum.

b *Detinenti*. Interpretatur *Catanæus* siccum, non satis irriguum. *Lipsius* me-liùs *jacens, aut planum, quod solet aquas diutius tenere*.

c *Accincta*. Prompta, expedita. Vocabulum sumptum a militibus, qui se ad iter, & prælium accingere dicebantur.

Per-

magnos probent ? (a) *Perrebuerat antiquitus , urbem noſtram , niſi opibus Ægypti ali , ſuſtentarique non poſſe . Superbiebat* (b) *ventoſa , & inſolens natio , quòd victorem quidem populum paſceret tamen , quòdque in ſuo flumine , in ſuis manibus , vel abundantia noſtra , vel fames eſſet . Refudimus Nilo ſuas copias , recepit frumenta , qua miſerat , deportataſque meſſes revexit . Diſcat igitur Ægyptus , credatque experimento , non alimenta ſe nobis , ſed tributa præſtare ; ſciat ſe non eſſe Populo Romano neceſſariam , & tamen ſerviat . Poſthac , ſi volet , Nilus amet alveum ſuum , & fluminis modum ſervet , nihil hoc ad Urbem , ac ne ad Ægyptum quidem , niſi ut inde navigia inania , & vacua , & ſimilia redeuntibus , hinc plena , & onuſta , & qualia ſolent venire mittantur ; converſoque munere , magis hinc potiùs venti ferentes , & brevis curſus optentur . Mirum , Cæſar , videretur , ſi deſidem Ægyptum , ceſſantemque Nilum non ſenſiſſet Urbis annona , quæ tuis opibus , tuâ curâ uſque illuc redundavit , ut ſimul probaretur , & nos Ægypto poſſe , & nobis Ægyptum carere non poſſe . Actum erat*

è fortunato , chi è magnanimo negli avverſi? Era ſparſa un' antica voce , che non ſi poteſſe ſenza le provviſioni dell'Egitto nudrir' e ſoſtentare la noſtra città . Inſuperbiva la gonfia, ed inſolente nazione di paſcere i ſuoi vincitori ; come pure,che dal ſuo fiume, dalle ſue mani la noſtra abbondanza , o careſtia dipendeſſe. Riſgorgammo al Nilo le ſue dovizie, ricevè deſſo le biade traſmeſſeci,e ritragittò le ricolte , che ci conduſſe . Impari dunque l'Egitto, e creda per pruova , che non ſono alimenti i ſuoi , ma tributi ; ſappia di non eſſere neceſſario al Popolo Romano, onde ſia puro vaſſallo. Si contenti da qui innanzi il Nilo , ſe vuol, del ſuo letto , e ſtiaſi in moderatezza di fiume , a Roma nulla importa , anzi neppure all' Egitto ; ſe non che manderannoſi di là vuote le navi,ſimili a quelle , che già ritornavano, di quà cariche , e provvedute , come ſolean già venire ; e cambiato l'offizio del mare , s'imploreranno anzi di quà venti favorevoli, e brieve viaggio . Maraviglia ſarebbe , ò Ceſare , ſe della ſterilità dell'Egitto, e della baſſura del Nilo non ſi foſſe riſentita la vittuaglia di Roma;che pure coll' ajuto , e colla diligenza voſtra ridonda fino a moſtrare , che , e noi ſtar poſſiamo ſenza l'Egitto, e non l'Egitto ſenza di noi.Periva , s'era libe-

a *Perrebuerat* . Diſcimus e *Polyb. in Fragm.* & *Livio in Bello Punico 2.* Auguſtus , inquit *Suet. c. 18. ut Ægyptum feraciſſimam , habilioremque annonæ urbicæ redderet , foſſas omnes , in quas Nilus exæſtuat , oblimatas longâ vetuſtate militari ope reterſit* . De eadem Provincia *Hegeſippus l. 2. c. 9. Cujus naturalis fœcunditas Romanis militat , ut quatuor menſibus Dominos alat* .

b *Ventoſa* . *Fl. Voſpiſc. in Saturnino ; Sunt Ægyptii , ut ſatis conſtat , viri ventoſi , furibundi , jactantes* , &c.

Ma-

erat de fœcundissimà gente, si libera fuisset. Pudebat sterilitatis insolitæ; nec minùs erubescebat fame, quàm torquebatur, cum pariter à te necessitatibus ejus, pudorique subventum est. Stupebant agricolæ plena horrea, quæ non ipsi referssissent, quibusque de campis illa subvecta messis, quave in Ægypti parte alius amnis. Ita beneficio tuo, nec maligna tellus, & obsequens Nilus, Ægypto quidem sæpè, sed gloriæ nostræ nunquam largior fluxit.

libero, quel fecondissimo popolo; Vergognavasi della insolita sterilezza; ed era eguale il rossore al tormento, che gli recava la fame, quando del pari all'uno, ed all'altro Voi soccorreste. Stupivano gli agricoltori de'granai, che essi non aveano ricolmi; da quali campagne traportate si fossero quelle biade, od in qual'altra parte dell'Egitto vi fosse un fiume. Così, mercè vostra, il terreno non fù maligno; ed il Nilo corse ubbidiente spesse fiate bensì a pro dell'Egitto, ma per la nostra gloria non mai più abbondevole.

CAP. XXXII. *QUàm nunc juvat provincias omnes in fidem nostram, ditionemque venisse, postquam contigit Princeps terrarum, qui fœcunditatem nunc huc, nunc illuc, ut tempus & necessitas posceret, transferret, referretque; qui diremptam (a) mari gentem, ut partem aliquam populi, plebisque Romanæ, aleret, ac tueretur! Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta, ut omnes simul terras uberet, foveatque. Hic omnibus pariter, si non sterilitatem, at mala sterilitatis exturbat; hic, si non fœcunditatem, at bona fœcunditatis importat; hic æternis commeatibus Orientem Occidentemque connectit, ut quæ ubique feruntur, quæque expetuntur, omnes gentes invicem capiant, & discant quanto libertate discordi servientibus sit utilius, unum esse, cui serviant.*

CAP. XXXII. QUanto ad ogni provincia ora giova l'essere sotto di noi, dappoi che abbiamo un Principe, che porta e riporta, come vuole il tempo ed il bisogno, or quà or là la fecondità del terreno, che pasce, e protegge come una parte del popolo, e della plebe di Roma una nazione separata dal mare! Il Cielo stesso non è mai sì benigno, che tutta insieme fecondi, e riscaldi la terra. Questi da tutti egualmente, se non la sterilezza, almeno i di lei malori allontana; questi, se non la fecondità, almeno i di lei beni produce; questi con provvisioni continue unisce al Ponente il Levante, perchè quanto in ogni luogo nasce, o si desidera, l'una all'altra seldieno tutte le genti; ed imparino quanto sia più vantaggioso a chi serve in una discorde libertà, l'esservi un solo, cui serva. Imperciocchè, quando son divisi i be-

(a) *Mari*. Toto penè Mediterraneo.

Di-

viant. Quippe discretis quidem bonis omnium sua cujusque ad singulos mala, sociatis autem, atque permixtis, singulorum mala ad neminem, ad omnes omnia bona pertinent. Sed sive terris (a) *divinitas quædam, sive aliquis amnibus* (b) *Genius, & solum illud, & flumen ipsum precor, ut hac Principis benignitate consentium, molli gremio semina recondat, multiplicata restituat. Non equidem reposcimus fœnus, putet tamen esse solvendum; fallacemque unius anni fidem omnibus annis, omnibusque postea sæculis, tanto magis, quia non exigimus, excuset.*

beni di tutti, a tutti toccano i mali di ognuno; ma quando sono uniti, e mischiati, i mali de' particolari a niun toccano, ad ognun bensì li beni di tutti. Ma se v'ha qualche Idio sulla terra, o se hanno i fiumi il lor Genio, scongiuro quel suolo, e quel medesimo fiume, che pago di quest' azione benigna del Principe seppellisca nel seno morbido le sementi, e moltiplicate le renda. Non dimandiamo già usura, intenda però, che deve pagarlaci; e tanto più, orchè noi non la riscuotiamo, scusi a tutti gli anni, a tutti gli secoli il suo fallire di un' anno.

CAP. XXXIII. *Satisfactum quà civium, quà sociorum utilitatibus. Vilum est* (c) *spectaculum inde non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret, & frangeret, sed quod ad pulchra vulnera, contemptumque mortis accenderet, cùm in* (d) *servorum etiam, noxiorumque corporibus amor laudis, & cupido victoriæ cerneretur. Quam deinde in edendo* (e) *liberalitatem, quam justitiam exhibuit, omni affectione aut intactus, aut major!*

CAP. XXXIII. Si giovò non meno a' compagni, che a' cittadini. Si vide uno spettacolo poi non languido, non lascivo, che non infiacchisse, e guastasse gli animi, ma che infiammasse ad incontrare belle ferite, e a dispregiare la morte, mentre ne' corpi stessi de' servi, e de' rei amore di lode, e brama di vittoria scorgeansi. E che generosità, che giustizia nel farlo mostrò il nostro Cesare, mantenendosi in ogni affetto, o superiore, od intatto! Si ot-

Im- ten-

a *Divinitas quædam*. Antiquitas *omnibus rebus numen quoddam inesse putabat*, inquit *Rayanus*. A qua opinione *Terra Mater*, *sive Ops*, *sive Rhea* inter Deas, &c.

b *Genius*. Fluminibus, fontibus, aliisque similibus Deos quosdam minoris notæ assignabant Ethnici, quos Genios vocabant; unde sacri fontes dicti, sacra flumina, sacra nemora, &c. id genus.

c *Spectaculum*. Gladiatorum, quod Trajanus summâ magnificentiâ edidit, teste *Xiphil.*

d *Servorum*, &c. Duo genera hominum ad hos ludos, *servi*, *aut noxii*. *Illi*, *vel bellocapti*, *vel pretio a lanistis empti*; *isti qui ob facinus*, *aut scelus damnati in hos ludos*. Lipsius.

e *Liberal. quam just.* Illam, tum in multitudine Gladiatorum exhibendâ, tum jaciendis in populum missilibus, hanc ex æquo singulos respiciendo, nec ulli plus favendo, quàm alteri.

Quid

Impetratum, (a) *quod postulabatur*; *oblatum*, *quod non postulabatur*; *institit ultro*, *& ut concupisceremus* (b) *admonuit*. *Ac sic quoque plura inopinata*, *plura subita*. *Jam quàm* (c) *libera spectantium studia*, *quàm securus favor*! *Nemini* (d) *impietas*, *ut solebat*, *objecta*, *quòd odisset gladiatorem*; *nemo spectator* (e) *spectaculum factus miseras voluptates unco*, *& ignibus expiavit*. (f) *Demens ille*, *verique honoris ignarus*, *qui crimina majestatis in arenâ colligebat*, *ac se despici*, *& contemni*, *nisi etiam gladiatores veneraremur*, *sibi maledici*, *in illis suam divinitatem*, *suum numen violari interpretabatur*, *cum se idem*, *quod Deos*, *idem gladiatores*, *quod se putabat*.

tenne il dimandato, ci fu offerito il non dimandato; egli stesso con grande instanza c'invitò a dimandare. Così fece a noi molti benefizi non pensati, molti improvvisi. Quanto poi furono libere le inclinazioni de'riguardanti, ed il favorire quanto sicuro! Niuno, come soleasi, si accagionò d'impietà per odiare alcuno de'gladiatori; niuno de' spettatori fatto spettacolo purgò quell'infelice diletto fra gli uncini, e le fiamme. Quello sciocco, e del ver' onore non intendente, che raccolgea nell' arena colpe di maestà, ed interpretava per suo dispregio il non venerarsi anche i suoi gladiatori, teneasi per maladetto, e per profanata la sua divinitade in coloro, riputando lo stesso sè, che gl'Iddj, lo stesso, che sè, i gladiatori.

CAP. XXXIV. *AT tu*, *Cæsar*, *quàm pulchrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti? Vidimus* (g) *de-*

CAP. XXXIV. MA Voi, ò Cesare, quanto vago spettacolo in vece di quello detestabile ci rendeste? Vedemmo con-

a *Quod postul.* Mos populo fuit hæc vel illa Gladiatorum paria ut committerentur postulare. Testis *Martial. lib. de Spect. Epigr. 19.* & *Seneca Ep. 7.* apud quem legimus paria Gladiatorum postulatitia.

b *Admonuit.* Præstitit hoc & Titus, de quo *Sueton. c. 8. Neque negavit quidquam petentibus; & ut, quæ vellent, peterent ultro adhortatus est.*

c *Libera.* Quæ non item sub malis Imperatoribus, Caligulâ, Vitellio, Domitiano.

d *Impietas.* Si quis odisset Gladiatorem, cui favebat Imperator, impius dicebatur; quasi peccaret in Deum, cum se pro Diis coli belluæ illæ juberent.

e *Spectac. factus.* Genus hoc sævitiæ a Cajo exhibitum, & Domitiano. De illo *Sueton. c. 27. Multos honesti ordinis*, &c. *ad bestias condemnavit*, &c. *malè de munere suo opinatos*. De hoc *idem c. 10. Patremfamilias*, *quòd Threcem Mirmilloni parem*, *munerario imparem dixerat*, *detractum e spectaculis in arenam canibus obiecit.*

f *Demens.* Domitianus. De majestatis autem crimine diximus *cap. 11.*

g *Delatorum.* Delatores, genus hominum iisipsis, quibus prodesse videntur, exosum, sæpe in Urbem introducti, sæpe repulsi, ac puniti: Et varie quidem a Tito, ut est apud *Sueton. cap. 8.* leverè autem a Domitiano excruciati. Testis *idem cap. 9.* & *Martial. l. Spect. Ep. 4. Turba gravis paci*, &c. *Tradit a Geticis*, *nec cepit arena nocentes*, *Et delator habet*, *quod dabat exilium.*

An-

latorum agmen inductum , quasi grassatorum , quasi latronum . Non solitudinem illi , non iter , sed templum , sed forum insederant . Nulla jam testamenta secura , nullus status certus ; non orbitas , non liberi proderant . Auxerat hoc malum Principum avaritia . Advertisti oculos , atque ut (a) *ante castris , ita postea pacem foro reddidisti ; excidisti intestinum malum , & provida severitate cavisti , nè fundata legibus civitas* (b) *eversa legibus videretur . Licèt ergo , cum fortuna , tum liberalitas tua visenda nobis præbuerit , ut præbuit , nunc ingentia* (c) *robora virorum , & pares animos , nunc* (d) *immanitatem ferarum , nunc* (e) *mansuetudinem incognitam , nunc secretas illas , & arcanas , ac sub se primùm communes opes , nihil tamen gratius , nihil sæculo dignius , quàm quòd contigit* (f) *desuper intueri delatorum* (g) *supina ora , retortasque cervices . Agnoscebamus , & fruebamur , cum velut piaculares publicæ solicitudinis victimæ supra*

condursi truppe di spie , come di masnadieri , e di assassini . Avean costoro assediato, non i luoghi rimoti, e le strade, ma il tempio, ed il foro . Non eran sicuri più i testamenti , o lo stato delle persone ; avere o non avere figliuoli nulla giovava; ed aggrandivasi il male dall' avarizia de' Principi. Desse un'occhiata all'abuso ; e come innanzi al campo , così al foro poi rendeste la pace. Troncaste un male interno ; e faceste con un prudente rigore, che una Città fondata sulle leggi non si rovinasse dalle medesime. Dunque, sebben tanto la fortuna, quanto la vostra larghezza veder ci fecero , ora uomini di robustezza smodata, e di eguale coraggio, ora bestie di fierezza, o di mansuetudine non più veduta, ora que' tesori segreti, e riposti , e fatti sotto di Voi la prima volta comuni , niente però fu più caro, niente più degno del secolo , che l'esserci toccato veder dall' alto le facce all' insù delle spie, ed i rivolti lor colli . Li conoscevamo, e ne godevamo; mentre, come vittime di sagrificio a' pubblici affanni , strascinavansi sovra il

a *Ante castris*. Sedando Prætorianorum tumultum, de quo dictum supra.

b *Eversa leg.* Institutorum, ac legum severitate. Nam delatores quidem reato consilio inducti ad cohibendos pravos homines timore delationis; sed in pessimum genus evaserant , dum calumnias gignerent , bonisque innoxiorum insidiarentur.

c *Robora viror.* Gladiatorum nempe.

d *Immanit. ferar.* In edendis spectaculis, de quibus *Dio : Spectacula edidit dierum* 123. *in quibus interdum cæsæ sunt feræ , mansuetæque mille , interdum etiam ad decem millia*, &c.

e *Mansuetudinem*. Feras mansuetudinem edoctas ad spectacula productas novimus ex *loco cit. Dionis* ; ex *Martiali* quoque non uno loco.

f *Desuper*. Ex edito Theatri loco, in quo ad spectacula assidebamus.

g *Supina ora*, &c. Supina ora, ut ab omnibus videri possent, & agnosci . Retortas cervices, per vim nempe in altum erectas, cum illas ipsi præ pudore demitterent.

No-

pra ſanguinem (a) *noxiorum ad lenta ſupplicia, gravioreſque pœnas ducerentur. Congeſti ſunt in* (b) *navigia raptim conquiſita, ac tempeſtatibus dediti: Abirent, fugerentque vaſtatas delationibus terras, ac ſi quem fluctus, ac procella ſcopulis reſervaſſent, hic nuda ſaxa, & inhoſpitale littus incoleret ageret duram, & anxiam vitam; relictàque poſt tergum totius generis humani ſecuritate, mæreret.*

il ſangue de' condannati a lenti gastighi, e a ſeveriſſime pene. Furon posti alla rinfusa su legni cercati in fretta, e consegnati alle burrasche, perchè se ne andassero, e fuggissero dal paese, che spopolato avean colle accuse; e se taluno da' marosi, o dalle procelle conservato fosse su qualche scoglio, abitasse quivi tra ignudi sassi, su lidi inospiti; e lasciati gli uomini addietro in sicuro, menasse una dura, e travagliosa vita in gramezza.

CAP. XXXV. *Memoranda facies! Delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis, coactaque vela tempeſtatibus pandere, iratoſque fluctus ſequi, quoſcunque in ſcopulos detuliſſent. Juvabat proſpectare ſtatim a portu ſparſa navigia, & apud illud ipſum mare agere Principi gratias, qui, clementiâ ſuâ ſalvâ, ultionem hominum, terrarumque Diis maris commendaſſet. Quantum diverſitas temporum poſſet tum maximè recognitum eſt, cùm iiſdem, quibus antea* (c) *cautibus innocentiſſimus quiſque, tunc nocentiſſimus affigeretur; cùmque inſulas omnes, quas modo Senatorum, jam delatorum tur-*

CAP. XXXV. O' Spettacolo memorabile! Navi di accusatori messe a discrezione di tutti i venti, ed obbligate di spiegar le vele alle tempeste, ed a seguire i flutti sdegnati in qualunque scoglio le portino. Godeasi di guardare i legni, che si sbandavano tosto fuori del porto, e di ringraziarne il Principe sul lido stesso; perchè, salva la sua clemenza, avesse raccomandata agl' Iddj del mare la vendetta degli uomini, e della terra. Scopriasi allora di molto quanto la diversità de' tempi potesse, ogni scellerato sendosi condannato a que' sassi, ov' erano stati prima tanti innocenti; e le isole, colme poc' anzi di Senatori, riempiute di spie, che Vo' involge-

a *Noxiorum*. In Spectaculis occisorum, qui, ut supra dictum, vel servi erant, vel noxii. Colligo ex hoc loco, Delatores sub finem spectaculorum, antequam populus discederet, traductos per arenam supino ore, retortàque cervice, inde illac ad navigia rapios.

b *In navigia*. Observo *fuisse hoc apud veteres inter supplicii genera. Ita punitii a Tito primùm, inde a Trajano Delatores. Ita sævitum olim a Tyrannis Christiani nominis osoribus in viros sanctos. Casaub. ad c. 66. Sueton. in Cæs.*

c *Cautibus*. Scopulis, *sive Insulis saxosis, ut Gyarus, Seriphus, similes, quibus exules solent includere. Lipsius.*

Exa-

turba compleret , quos quidem non in præsens tantùm , sed in æternum repressisti , mille panarum indagine inclusos . Ereptum alienas pecunias eunt ? Perdant quas habent . Expellere penatibus gestiunt ? Suis exturbentur ; neque , ut antea , (a) exanguem illam , & ferream frontem nequidquam convulnerandam præbeant (b) punctis , & notas suas rideant ; sed spectent (c) paria præmio damna , nec majores spes , quàm metus habeant ; timeantque quantùm timebantur . Ingenti quidem animo (d) Divus Titus securitati nostræ , ultionique prospexerat , ideoque Numinibus æquatus est ; sed quantò tu quandoque dignior Cælo , qui tot res illi adjecisti , propter quas illum Deum fecimus ? Id hoc magis arduum fuit , quòd Imperator (e) Nerva , te filio , te successore dignissimus , perquam magna quædam edicto Titi astruxerat , nihilque reliquisse tibi videbatur , qui tam multa excogitasti , ut si ante te nihil esset inventum . Quæ singula quantum tibi gratiæ dispensata adjecissent ? At tu simul omnia profudisti , ut sol & dies , non parte aliquâ , sed statim totus , nec uni aut alteri , sed omnibus in commune profertur .

Quàm

geste in mille pene, ed opprimeste, non per ora sol , ma per sempre . Vanno rubando le altrui sostanze? Perdan le proprie. Godono di cacciar dalle case i padroni? Dalle sue si allontanino; e non porgano, come prima, ad esser marchiata quella fronte senza rossore , e di ferro , ridendosi de' marchi medesimi, ma danno eguale al premio ne attendano, con ispasimo pari alle passate speranze ; e quanto per avanti dagli altri temeansi, tanto essi temano. Avea con animo grande provveduto il Divino Tito alla nostra sicurezza , e vendetta , onde fu eguagliato agl'Iddj ; ma quanto più meritevole del Cielo un giorno sarete Voi , che tanto aggiugneste a ciò, per cui Dio lo facemmo ? Aggiunta vie più difficile, perchè al bando di Tito uniti avea segnalati editti l' Imperadore Nerva, ben degno di avervi per figliuolo, per successore; onde parea, non aveste lasciato altro a Voi, che pur sì gran numero ne rinveniste , come se innanzi niente si fosse trovato. Ed ognuna sola di queste cose quanto vi avrebbe acquistato di amore? Voi tutto insieme sgorgaste , come il Sole ed il giorno , non con una sola sua parte , ma tutto subito , e non a questi , od a quegli , ma comune a tutti ne spunta .

Quan-

a *Exanguem*. Bene interpretatur *Rajanus*, *nunquam erubescentem*; quod & aliis post ipsum probatum video .

b *Punctis*. Literis stigmate inustis ait *Lipsius*. Nam *vetus pœna calumniatorum a lege Remnià fuit, frontem inuri K literâ, quæ Kalumniam (ita olim scribebant) notat*

c *Paria præmio damna*. Si olim a malis Principibus ingentia præmia referebant, nunc e converso ingentia damna expectent.

d *Divus Titus*. Auctores *Dio*, & *Sueton. cap.8.*

e *Nerva*. Innuit *Dio* idem .

Si-

CAP. XXXVI. *QUàm juvat cernere Ærarium* (a) *silens, & quietum, & quale ante delatores erat! Nunc* (b) *templum illud, nunc verè Deus, non spoliarium civium, cruentarumque predarum sævum receptaculum; ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus, in quo, Optimo Principe, boni malis impares essent. Manet tamen honor legum, nihilque ex publicâ utilitate convulsum; nec pœna cuiquam remissa, sed addita est ultio; solùmque mutatum, quòd jam non delatores, sed leges timentur. At fortassè non eadem severitate Fiscum, qua Ærarium cohibes? Immo tantò major, quantò plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Dicitur* (c) *Actori, atque etiam* (d) *Procuratori tuo:* In jus veni, sequere ad tribunal; *nam tribunal quoque excogitatum cruciatu est par cæteris, nisi illud litigatoris amplitudine metiaris.* (e) *Sors, & ur-*

CAP. XXXVI. QUanto consola il vedere tacito e quieto l'Erario, e quale prima delle spie egli si era! Or sì ch' esso è un tempio, che in esso stavvi un'Idio; che non è più un crudele ricetto delle spoglie de' cittadini, e di ruberie sanguinose; ch' egli è perfine l'unico luogo del mondo, in cui, sotto ad un'Ottimo Principe, dagli scellerati si possano i buoni diseguagliare. Dura però l'onor delle leggi, nè si sminuirono punto i vantaggi del pubblico. Non fu rilasciata ad alcuno la pena, anzi aggiunto rigore; ed avvi solo di nuovo, che non si temono più le spie, ma le leggi. E non regolate forse il Fisco colla stessa severità, che l'Erario? Anzi con tanto più, quanto credete di poterlo più fare con ciò, ch' è vostro, che con ciò, ch'è del pubblico. Al vostro Attore, e Procuratore si dice: *Vieni in giudicio, seguimi al tribunale*; poichè il nuovo tribunale agli altri è simile nel rigore, se

a *Silens*. Sine litium strepitu. Nam antea, cùm per calumnias delatorum cives facultatibus suis iniquissimè spoliabantur, querelas illi apud Præfectos Ærarii deferebant, & causas excitabant.

b *Templum*. Pecunia publica asservabatur in templo Saturni, ideo quia ædes illius Numinis furtis non erat obnoxia. Vide *Plutarch. Rer. Rom. Quæstione* 42.

c *Actori*. Actores olim, sicuti privatis familiis, ita & Cæsaribus erant, & Reipublicæ. *Actor*, inquit *Baudius*, *est servus publicus, seu libertus, qui res, rationesque Principis administrat, arbitror sine jurisdictione*. Minùs autem, inquit *idem*, *Actor latè patet, quàm Procurator*.

d *Procuratori*. Is erat qui pecuniam, seu speciales Imperatoris redditus colligebat; eratque vel Eques, vel libertus, ut colligitur ex *Dione l.* 43. Procuratores Cæsarum jus dicebant in provinciis; judicia tamen eorum rata non erant, & fieri inde poterat ad Imperatorem, vel Senatum appellatio: Quare *Claudius*, teste *Sueton. cap.* 12. *a Senatu, ut rata essent, quæ Procuratores sui in judicando statuerant, precariò exegit*.

e *Sors, & urna*. Ut olim bonis Reipub. temporibus. *Cic. Orat. pro Cluent. Neminem voluerunt majores nostri, non modò de existimatione cujuspiam, sed ne pecuniariâ quidem de re minimâ esse judicem, nisi qui inter adversarios convenissent*.

& urna Fiſco judicem aſſignat. Licet reiicere, licet exclamare: Hunc nolo; timidus eſt, & (a) bona ſæculi parum intelligit: Illum nolo, quia Cæſarem fortiter amat. *Eodem foro utuntur Principatus, & libertas. Quæ præcipua tua gloria eſt, ſæpius vincitur Fiſcus, cujus mala cauſa nunquam eſt, niſi ſub bono Principe. Ingens hoc meritum; majus illud, quòd eos Procuratores habes, ut plerumque cives tui non alios judices malint. Liberum eſt autem diſceptanti dicere:* Nolo cum eligere; *neque enim ullam neceſſitatem muneribus tuis addis, ut qui ſcias, hanc eſſe beneficiorum principalium ſummam, ſi illis & non uti licet.*

se non si misura colla grandezza del litigante. La sorte, e l'urna assegnano i giudici al Fisco. E' permesso riprovarli, e gridare: *Costui nò; è timido, e poco intendente de' vantaggi del secolo: Colui neppure; troppo ama Cesare.* Vanno allo stesso foro il principato, e la libertà; ed a maggior vostra gloria bene spesso il Fisco perde la causa, la quale non è ingiusta mai, che sotto di un ottimo Principe. Grande si è questo merito; maggior però lo aver Voi tali Procuratori, che per lo più non vogliono altri per giudici i cittadini. Può dir però il litigante: *Non voglio questo*; poichè non obbligate a ricevere i voltri doni; sapendo, che la grazia più alta de' benefici del Principe si è il potersene ancor non servire.

CAP. XXXVII. *ONera Imperii pleraque vectigalia inſtitui, ut pro utilitate communi, ita ſingulorum* (b) *injuriis coegerunt. His* (c) *Vigeſima reperta eſt, tributum tolerabile, & facile hæredibus dumtaxat extraneis, domeſticis grave. Itaque illis irroga-*

CAP. XXXVII. OBbligarono i pesi dell'Imperio ad imporre la maggior parte delle gabelle, che sono, come al pubblico di giovamento, così di aggravio al privato. Fra queste fu inventata la Ventesima, tributo a' soli eredi estranei portevole, e facile, a que' della casa gravoso: Onde

a *Bona ſæculi.* Ætatis noſtræ; nec novit quanta nobis ſub Trajano libertas ſit, etiam adversùs ipſum Principem.

b *Iniuriis.* Damnis; vectigalia enim in commune quidem proſunt, privatis autem, a quibus exſolvuntur, incommodo ſunt, ac detrimento.

c *Vigeſima.* Vigeſimam hæreditatum, & legatorum partem ſolvere tenebantur, qui vocati erant teſtamento. Sancivit Auguſtus, referente *Dione l.* 55. atque innuente *Sueton. cap.* 49. coactus hinc indigentiâ pecuniæ, illinc preſsus copiâ immensâ exercituum, qui neceſsariò ad Imperii latè ſuſi tutelam alendi erant. Plura tributa de numero ſummæ, qua conſtabant, nominata olim patet ex Hiſtoricis. Legimus enim, & Quadrageſimam, & Centeſimam, & Ducenteſimam, & Viceſimam Quintam, ut apud *Tacitum*, & vectigal venalium mancipiorum a Nerone remiſsum, &c. Pari beneficentiâ quadrageſimam olim a Galbâ remiſsam docet ejuſdem nummus *Tab.* 6. *n.* 8. in quo literas R. XL. Remiſsam Quadrageſimam *Triſtanus* reddidit. Clariorem refert *Caſaubonus ad Sueton. Galb. c.* 15. ubi integræ leguntur voces *Quadrageſima Remiſſa.*

Gen-

rogatum est , his remissum ; videlicet quòd manifestum erat quanto cum dolore laturi , seu potiùs non laturi homines essent , destringi aliquid , & abradi bonis , quæ sanguine , (a) gentilitate , (b) sacrorum denique societate meruissent , quæque nunquam ut aliena , & speranda , sed ut sua , semperque possessa , ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent . Hæc mansuetudo legis veteribus civibus servabatur : Novi , seu (c) per Latium in civitatem , seu (d) beneficio Principis veniissent , nisi simul cognationis jura impetrassent , alienissimi habebantur , quibus conjunctissimi fuerant . Ita maximum beneficium vertebatur in gravissimam injuriam ; civitasque Romana instar erat odii , & discordiæ , & orbitatis , cùm carissima pignora , salvâ ipsorum pietate , distraheret . Inveniebantur tamen , quibus tantus amor nominis nostri inesset , ut Romanam civitatem , non Vigesimæ modò , verùm etiam affinitatum damno bene compensari putarent ; sed iis maximè debebat gratuita contingere , a quibus tam magno æstimabatur . Igitur pater tuus sanxit , ut quod ex matris ad liberos , ex liberorum bonis perve-

de a quelli s'impose, a questi si rilasciò ; sendo chiaro con quanta doglia sopporterebbero, o che anzi non sopporterebbero gli uomini il ristrignersi, e levarsi loro parte de' beni , meritati per titoli di parentela , di casato, di domicilio , acquistati , non come altrui , non come beni di speranza , ma come propri , e posseduti per sempre , e da tramandarsi in avvenire a tutti i lor successori. Osservavasi questa parzialità co' cittadini più antichi: I nuovi , fossero, o col mezzo della Latinità, o per favore del Principe venuti alla cittadinanza, se non aveano ottenute insieme le ragioni del parentado, teneansi per lontanissimi da quegli , a' quali erano più che congiunti . Così travolgeasi in alta offesa il beneficio maggiore ; e la cittadinanza Romana parea cagione di odio, di litigio, di orbità , mentre levava i pegni più cari senza colpa della loro pietade. Vi era però chi, altamente acceso di affetto verso il nostro nome, stimava uguale compensamento la cittadinanza Romana alla perdita , non solo della Ventesima, ma ancora de' parentadi; e ben a costoro doveasi darla gratuitamente, perchè sì l'apprezzavano . Volle perciò vostro Padre , che de' beni della madre passati a' figliuoli, de' beni de' figliuoli ,

a *Gentilitate*. Deficientibus consanguineis substituebatur nonnumquam testamento quis ex eadem gente , seu ex eadem nomine familiâ , ut & inter nos pariter usuvenit. Hic ex gentilitate hæres fieri dicebatur .

b *Sacrorum societ. Lypsius*, & *Rayanus* intelligunt de sacris familiarum ; unde proverbium *Hæreditas cum sacris*, *& sine sacris*.

c *Per Latium*. Per jus Latii , seu Latinitatis , per quod externi in Cives Romanos adsciscebantur ; solebatque jus hoc Coloniis concedi.

d *Benef. Principis*. Olim Romana civitas suffragiis populi dabatur. Postea Imperatores ex placito , atque auctoritate contulere..

veniſſet ad matrem, etiamſi cognationum jura non recepiſſent, cùm civitatem adipiſcerentur, ejus Vigeſimam nè darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, (a) ſi modo reductus eſſet in patris poteſtatem; ratus improbè, & inſolenter, ac pœne impiè his nominibus inſeri publicanum; nec ſine piaculo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines, velut intercedente Vigeſimâ, ſcindi; nullum eſſe tanti vectigal, quod liberos, ac parentes faceret extraneos.

li paſſati alla madre, quantunque non ottenute le ragioni della conſanguinità, purchè acquiſtata la cittadinanza, non ſi pagaſſe Venteſima. Concedè lo ſteſſo ne' beni del padre al figliuolo, purchè foſſe in podeſtà del padre; giudicando ſcelleratezza, arroganza, e quaſi impietà l'ingerirſi il gabelliere fra queſti nomi; non poterſi rompere ſenza una certa colpa il ſacro vincolo delle parentele colla Venteſima; e non eſſere di tanto rimarco una gabella, che debba render padre e figliuoli foreſtieri l'uno all'altro.

CAP. XXXVIII. *Hactenus ille, parciùs fortaſſe, quàm decuit Optimum Principem, ſed non parciùs, quàm optimum patrem; qui optimum adoptaturus, hoc quoque parentis indulgentiſſimi fecit, quòd delibaſſe quædam, ſeu potiùs demonſtraſſe contentus largam, ac prope intactam benefaciendi materiam filio reſervavit. Statim ergo muneri ejus liberalitas tua adſtruxit, ut, quemadmodum in patris filius, ſic in hæreditate filii pater eſſet immunis, nec eodem momento, quo pater eſſe deſiſſet, hoc quoque amitteret, quod fuiſſet. Egregiè, Cæſar, quòd lacrymas parentum vectigales eſſe non pateris. Bona filii pater ſine diminutione poſſideat; nec ſocium hæreditatis accipiat, quem non habet luctus. Nemo recentem, & (b) attonitam*

CAP. XXXVIII. Deſſo fin quì, più riſtretto forſe di ciò, che ad un Ottimo Principe conveniva, non di ciò, che ad un'ottimo padre; il quale, dovendo adottare un'ottimo, fece da benigniſſimo padre anche queſto, di riſervare al figliuolo un'ampia, e quaſi non tocca materia di beneficare, pago di averne aſſaggiati, od anzi additati i principi. Aggiunſe dunque ſubito alla di lui grazia la voſtra beneficenza, che, come nella eredità del padre il figliuolo, così in quella del figliuolo il padre ne andaſſe eſente; e che nello ſteſſo momento di finir di eſſer padre non perdeſſe ancora l'eſſerlo ſtato. Nobilmente, ò Ceſare, non volete gabella dalle lagrime de' genitori. Poſſegga il padre ſenza diminuzione i beni del figliuolo; e non abbia compagno nella eredità chi non lo è anche nel

a *Si modò*. Filius enim emancipatus vocatur hæres extraneus. *Inſtit. l. 2. Tit. 19. §. Ceteri qui teſtatoris.*

b *Attonitam orbitatem*. Patrem orbatum filio, idcoque attonitum.

Cur

nitam orbitatem ad computationem vocet, cogatque patrem quid reliquerit filius scire. Augeo, Patres Conscripti, Principis munus, cum ostendo liberalitati ejus inesse rationem; ambitio enim, & jactantia, & effusio, & quidvis potiùs, quàm liberalitas existimanda est, cui ratio non constat. Dignum ergo, Imperator, mansuetudine tuâ minuere orbitatis injurias, nec pati quemquam, filio amisso, insuper affici alio dolore. Sic quoque abundè misera res est pater filio solus hæres; quid si coheredem non a filio accipiat? Adde quòd, cùm Divus Nerva sanxisset, ut in paternis bonis liberi necessitate Vigesimæ solverentur, congruens erat, eandem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. Cur enim posteris amplior honor, quàm majoribus haberetur? Curve non retro quoque recurreret æquitas eadem? Tu quidem, Cæsar, illam exceptionem removisti, si modò filius in potestate patris fuisset, *intuitus (opinor) vim, legemque naturæ, quæ semper in ditione parentum esse liberos jussit; nec, uti inter pecudes, sic inter homines potestatem, & imperium valentioribus dedit.*

colligo ? Quasi verò , aut oratione complecti , aut memoriâ consequi possim , quæ vos , P. C. , nè quæ interciperet oblivio , & in publica acta mittenda , & incidenda in æra censuisti . Ante orationes Principum tantùm ejusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant ; acclamationes quidem nostræ parietibus Curiæ claudebantur ; erant enim , quibus (a) nec Senatus gloriari , nec Princeps possent . Has verò , & in vulgus exire , & posteris prodi , cum ex utilitate , tum ex dignitate publicâ fuit : Primùm , ut orbis terrarum pietatis nostræ adhiberetur testis & conscius ; deinde , ut manifestum esset , audere nos de bonis malisque Principibus , non tantùm post ipsos judicare ; postremò , ut experimento cognosceretur , & ante nos gratos , sed miseros fuisse , quibus esse nos gratos probare antea non licuit . At quâ contentione , quo nisu , quibus clamoribus expostulatum est , nè affectus nostros , nè tua merita supprimeres ; denique ut in posterum exemplo provideres ? Discant & Principes acclamationes veras falsasque discernere ; habeantque muneris tui , quòd jam decipi non poterunt . Non instruendum illis iter ad bonam famam , sed non deserendum ; non submovenda adulatio , sed non reducenda est ; certum est , & quæ facere , & quæ debeant audire , si faciant . Quid nunc ego super eâ , quæ sum

punto ? Come se in una orazione si potesse racchiuder', e ridurre a memoria ciò, che Voi, P.C., voleste, che, per sottrarlo all'obblio, negli atti pubblici si scrivesse, o si scolpisse ne' bronzi. Soleansi già le dicerie sole de' Principi registrare in tali memorie alla eternità, e gli applausi nostri si rimaneano dentro le sole pareti del Senato ; applausi, di cui, nè il Senato, nè il Principe poteano vantarsene. Ma che ora pur' anche si divulgassero, si tramandassero a' successori, egli fu e pro e decoro del pubblico : Prima per avere il mondo tutto in testimonio della nostra pietà ; poi perchè fosse chiaro, che abbiam cuore di dar giudicio de' Principi buoni, e de' malvagi, non più sol dopo la loro morte ; perchè infine a pruova si conoscesse, che anche prima fummo grati sì, ma infelici, perchè a noi dimostrarci tali non fu permesso. E con che gara, con quali sforzi, con quali grida si chiedè, che non reprimeste gli affetti nostri, ed i vostri meriti ; che pensaste per fine all'esempio de' successori? Imparino i Principi a distinguere gli applausi veri da' falsi ; e da Voi riconoscano il non poter'essere più ingannati. Non hanno ad aprirsi una nuova strada per arrivare alla gloria, basta che non traviino ; non isbandiscano le adulazioni, ma non le richiamino ; sanno quanto debbono fare, e sentirsi dir quando il facciano. Che preghiere formerò a pro del Senato oltre alle già col Sena-

to

a *Nec Senatus*, &c. Non Senatus, quia erant adulatoria, ideoque viris ingenuis turpia, & indigna : Non Princeps, quia falsa erant, & mendacia, & præ timore prolata, non ex voto, nec ex rei veritate.

Tri-

jum cum toto Senatu precatus, pro Senatu precer? Nisi ut hæreat animo tuo gaudium, quod nunc oculis protulisti; ames illum diem, & tamen vincas; nova merearis, nova audias; eadem enim dici, nisi ob eadem facta non possunt.

to formate? Che nell'animo vostro resti quell'allegrezza, che mostraste allora negli occhi; che amiate quel giorno, e facciate anche di più; che vi acquistiate nuovi meriti per sentir nuove lodi, non potendosi per l'opra medesima se non ridire lo stesso.

CAP. LXXVI. *JAm quàm antiquum, quàm Consulare, quod* (a) *triduum totum Senatus sub exemplo tui sedit, cum interea* (b) *nihil præter Consulem ageres! Interrogavit quisque, quod placuit; dissentire, discedere, & copiam judicii sui Reipublicæ facere tutum fuit. Consulti omnes, atque etiam dinumerati sumus; vicitque sententia,* (c) *non prima, sed melior. At quis antea loqui, quis hiscere audebat, præter miseros illos, qui primi interrogabantur? Cæteri quidem defixi & attoniti ipsam illam mutam, ac sedentariam assentiendi necessitatem quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur?* (d) *Unus solusque censebat, quod sequerentur omnes, & omnes improbarent, inprimis ipse, qui censuerat. Adeo nulla magis omni-*

CAP. LXXVI. COme poi ebbe dell'antico, e del Consolare l'essersi tenuto Senato per tre giorni interi sotto il vostro esempio, non diportandovi intanto Voi, che da Consolo! Proposè ognuno ciò che gli piacque; con sicurezza si potè disapprovare, approvare, e dire in pubblico il suo parere. Fummo ricercati, e noverati; e vinse il parer de' migliori, non di chi aveva parlato primo. E chi già osava parlar, chi fiatare, tranne quegl'infelici, che primi n'erano interrogati? Gli altri fissi ed attoniti con qual crepacuore, con quale spasimo pazientavano quella mutola, e sedentaria necessità di dar l'assenso? Consigliava un solo ciò, che tutti dovean', o riprovare, o seguire, primo di tutti quegli stesso, che consigliava. Tanto è vero, che nulla più spiace del fatto sì, come se ad ognuno pia-

a *Triduum totum.* Assiduâ frequentiâ, quemadmodum fieri solebat bonis Reipublicæ temporibus. Quare noster *Epist. 9. l. 2. Pulchrum, & antiquum Senatum nocte dimitti, triduo vocari, triduo contineri.*

b *Nihil præter Cons.* Non Principis liberâ auctoritate, sed Consulari moderatione, Senatorum sententias expectando.

c *Non prima.* Imperatoris, vel ejus, cui ex ejusdem jussu primus loquendi locus contigisset.

d *Unus.* A Principe jussus loqui, ideoque etiam sententiam suam pronunciare coactus ad ejusdem mentem, quam inde omnes sequi tenebantur, seu pedibus, seu voto; cum tamen interne eandem improbarent, utpote iniquam, ac legibus dissonam.

Con-

nibus displicent, quàm quæ sic fiunt, tanquam omnibus placeant. Fortasse Imperator in Senatu ad reverentiam ejus componebatur; cæterum egressus statim se recipiebat in Principem, omniaque Consularia officia abigere, negligere, contemnere solebat. Ille verò ita Consul, ut si tantùm Consul foret, nihil infra se putabat, nisi quod infra Consulem esset. At primùm ita domo progrediebatur, ut illum nullus apparatus arrogantiæ Principalis, nullus præcursorum tumultus detineret. Una erat in limine mora, (a) consultare aves, reverentique Numinum monitus. Nemo perturbabatur, nemo submovebatur: Tanta Viatoribus quies, tantus pudor (b) Fascibus, ut plerumque aliena turba subsistere & Consulem & Principem cogeret: Ipsius quidem officium tam modicum, tam temperatum, ut antiquus aliquisque magnus Consul sub bono Principe incedere videretur.

piacesse. L'Imperadore forse in Senato stavasi con rispetto verso il medesimo, ma, uscitone, ritornava in sè stesso; e solea rigettar da se, trascurar', e spregiare gli offici tutti di Consolo. Trajano per lo contrario diportossi quivi da Consolo, come se puro Consolo fosse stato, niente sotto di se essere giudicando, se non quanto era sotto del Consolo. E prima se ne usciva di casa senza che lo tratteneste verun borioso apparecchio da Principe, veruno strepito di gente innanzi. Si fermava solo alla soglia per osservare gli auguri, e per riverire gli avvisi de' Numi. Non si facea levare, non ispigneasi veruno. Eran sì cheti i Littori, sì modesti gli Fasci, che per lo più la ciurmaglia facea fermare il Principe Consolo. Compariva egli poscia sì moderato, che parea camminasse alcuno degli antichi gran Consoli sotto un buon Principe.

CAP. LXXVII. *Iter illi sæpius (c) in Forum, frequenter tamen & (d) in Campum; nam Comitia Consulum obibat ipse, & tantum (e) ex renunciatione.*

CAP. LXXVII. Si portava egli spesso al Foro, spesso anche al Campo; interveniva egli stesso a' Comizj de' Consoli, e godea sì nel sentirseli nomina-

a *Consultare*. Ex religione, ad auguria captanda.

b *Fascibus*. Lictoribus Fasces deferentibus. Distabant autem Viatores a Lictoribus, primò quia Lictores ligabant, & securi etiam feriebant, Viatores autem non item; secundò quòd Lictores Consulum ferè, & Prætorum tantùm erant, Viatores autem etiam minorum magistratuum; tertiò quia Lictores magistratum solummodo anteibant, Viatores autem hac illacque cursitabant, etiam extra urbem, ad hos vel illos accersendos.

c *In Forum*. Ad causas audiendas, jusque civibus præstandum.

d *In Campum*. Martium, ubi Comitia habebantur, & Consules, aliique magistratus renunciabantur.

e *Ex renunciatione*. Ex eorumdem electione per suffragia civium, quæ iisdem liberum in quem voluissent conferre.

Ut

nunciatione eorum voluptatis, quantum priùs ex deſtinatione capiebat. Stabant candidati ante curulem Principis, (a) ut ipſe ante Conſulis ſteterat, adigebanturque in verba, in quæ paulo ante ipſe juraverat Princeps, qui tantùm putat eſſe in jurejurando, ut illud & ab aliis exigat. Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi verò quanta religio æquitatis! Quanta legum reverentia! Adibat aliquis ut Principem? Reſpondebat, ſe Conſulem eſſe. Nullius ab eo Magiſtratus jus, nullius auctoritas imminuta eſt; aucta etiam: Siquidem pleraque ad (b) Prætores remittebat, atque ità, ut collegas vocaret; non quia populare gratumque audientibus, ſed quia (c) ità ſentiebat. Tantum dignationis in ipſo honore ponebat, ut non amplius eſſe cenſeret, quòd aliquis collega appellaretur a Principe, quàm quòd Prætor eſſet. Ad hæc tam aſſiduus in tribunali, ut labore refici, ac reparari videretur. Quis noſtrum idem curæ, idem ſudoris ſumit? Quis adeo expetitis honoribus, aut deſervit, aut ſufficit? Et ſanè æquum eſt, tantùm cæteris præſtare Conſulibus ipſum, qui Conſules facit: Quippe etiam fortunæ videbatur indignum, ſi poſ-

minare, come prima nel deſtinarli. Stavanſi i dimandanti dinanzi alla ſedia del Principe, com'era ſtato già deſſo a quella del Conſolo; ed eran'obbligati a giurar le parole teſtè giurate dal Principe, il quale ſtima sì il giuramento, che lo eſigge ancora dagli altri. Il reſto del giorno davaſi al tribunale. Quivi che riguardo all' equità! Che riſpetto alle leggi! Faceaſigli avanti alcun come a Principe? Riſpondea di eſſere Conſolo. Non iſminuì l'autoritade, il diritto de'maeſtrati, lo accrebbe ſi bene, delegando il più degli affari a'Pretori, che chiamava colleghi, non per compiacere al popolo, ed a chi aſcoltava, ma perchè sì la ſentiva. Poneva in sì alto pregio gli onori, che volea, che foſſe di maggiore ſtima l'eſſere alcun chiamato Pretore, che collega del Principe. Sul tribunale in oltre durava sì a lungo, che parea ſi riſtoraſſe, e riprendeſſe lena nella fatica. Chi di noi ſi prende tanto penſiero, e ſuda cotanto? Chi s'impegna così nelle cariche deſiderate, e le ſoſtiene? E ben ſi ſtà, che di tanto ſuperi gli altri Conſoli chi gli fa; parendo anche coſa non degna del grado, che poteſſe dare gli onori chi non ſapeſſe eſercitarli. Chi ha da eleg-

gere

a *Ut ipſe*. Cum eſſet candidatus Conſulatus.

b *Prætores*. Magiſtratus ſummæ auctoritatis in urbe, qui jus aſſiduè dicebant, omnibuſque, tum urbanis, tum provincialibus rebus præerant, ſingulis vel iſtis vel illis; unde & Prætores Urbani, & Peregrini a prima inſtitutione vocati. Primò quidem unus tantùm Prætor fuit, qui Urbanus; mox additus Peregrinus. Rebus inde cum Imperii magnitudine creſcentibus, uſque ad decem & octo creatos legimus. De ipſorum dignitate *Lucan. Lib.* 3.; *Non proxima* (Conſuli) *lege poteſtas Prætor adeſt*.

c *Ita ſentiebat*. Et quidem Prætores Conſulum collegæ dicebantur, ut eſt apud *Gellium l.* 3. *cap.* 15.

Pri-

si posset honores dare, qui gerere non posset. Facturus Consules doceat; acceptursque amplissimum honorem persuadeat, scire se quid sit, quod daturus sit. Sic fit, ut illiquoque sciant, quod acceperint.

gere i Consoli gli ammaestri; ed a quegli, che sono per ricevere la maggior delle cariche, facia credere di saper ciò, che è per dar loro: Quindi essi pur sanno quanto han ricevuto.

CAP. LXXVIII. *QUo justiùs Senatus, ut susciperes quartum Consulatum, & rogavit, & jussit. Imperii hoc verbum, non adulationis esse obsequio tuo crede, quod non aliàs in re magis, aut Senatus exigere a te, aut tu præstare Senatui debes. Ut enim cæterorum hominum, ita Principum illorum etiam, qui Dii sibi videntur, ævum omne & breve & fragile est: Itaque optimum quemque niti, & contendere decet, ut post se quoque Reipublicæ prosit, moderationis scilicet justitiæque monumentis, quæ prima statuere Consul potest. Hac nempe intentio tua, ut libertatem revoces, ac reducas. Quem ergo honorem magis amare, quod nomen usurpare sapius debes, quàm quod* (a) *primum invenit recuperata libertas? Non est minùs civile & Principem esse pariter & Consulem, quàm tantùm Consulem. Habe etiam rationem verecundiæ collegarum tuorum, collegarum inquam, ita enim & ipse loqueris, & nos loqui vis. Onerosa erit modestiæ illorum tertii Consulatus sui recordatio, donec te Consulem videant; neque*

CAP. LXXVIII. PErciò con tutta la giustizia il Senato, e vi pregò, e vi comandò a ricevere il quarto Consolato: E che ciò sia un termine, non di adulazione, ma di comando, credetelo al vostro ossequio, cui non più in altre occasioni, che in questa, nè il Senato de' ricever da Voi, nè Voi dovete prestargli. Imperciochè, se mai è lievole e brieve l'età degli altri uomini, tal si è quella di que' Principi specialmente, che si credono Iddj. Convien però ad ogni buono lo studiarsi di giovare al pubblico ancor dopo morte, cioè con memorie di moderatezza, e di giustizia, che possono stabilirsi in primo luogo dal Consolo. E già vostra intenzione si è di richiamar', e di ricondurre la libertà. Qual' onor dunque bramar più dovete, o qual nome prendere più sovente, che il primo trovato dappoichè racquistossi la libertà? Non è men da cittadino l'esser Principe e Consolo, che puro Consolo. Abbiate pur mira anche al rossor de' vostri colleghi; dissi colleghi, perchè Voi, e parlate così, e volete che così noi parliamo. Sarà di peso alla loro modestia la memoria di essere stati tre volte Con-

a *Primùm invenit*, Statim post Reges expulsos summum magistratum appellare Consules placuit, *ut consulere se civibus suis debere meminissent*. *Flor. lib. 1, cap. 9.*

Ini-

que enim poteſt non nimium eſſe privatis, quod Principi ſatis eſt. Annuas, Cæſar, optantibus, quibuſque apud Deos eſſe conſueſti, quorum potes ipſe votorum compotes facias.

Conſoli finchè veggano Voi Conſolo un' altra volta; non potendo eſſere che ſoverchio ad un privato ciò, che baſta ad un Principe. Compiacete, ò Ceſare, alle lor brame; e ſoddisfate, giacchè il potete, a' voti di quelli, a pro de' quali ſolete pregare gl' Iddj.

CAP. LXXIX. *Fortaſſe ſufficiat tertius Conſulatus; ſed nobis tantò minùs ſufficit: Ille nos inſtituit, & induxit, ut te iterùm iterumque Conſulem habere cupiamus. Remiſſiùs iſtud contenderemus, ſi adhuc non ſciremus, qualis eſſes futurus. Tolerabilius fuit experimentum tui nobis, quàm uſum negari. Dabiturne rurſus videre Conſulem illum? Audiet, reddet, quas proximè voces; præſtabitque gaudium, quantum ipſe percipiet? Præſidebit lætitiæ publicæ auctor ejus & cauſa; tentabitque affectus noſtros, ut ſolet, cohibere, nec poterit? Pietati Senatus cum modeſtiâ Principis felix, ſpecioſumque certamen, ſeu fuerit victa, ſeu vicerit! Equidem incognitam quandam, proximàque majorem præſumo lætitiam; quis enim eſt tam imbecilli ingenio, qui non tantò meliorem Conſulem ſperet, quantò ſapiùs fuerit? Alius labores, ſi non continuò deſidiæ, ac voluptati dediſſet, otio tamen, & quiete recreaſſet: Hic Conſularibus curis exſolutus Principales reſumpſit, tam diligens temperamenti, ut nec Conſulis officium Princeps, nec Principis Conſul appeteret. Videmus ut provinciarum deſideriis, ut ſin-*

CAP. LXXIX. Baſterebbe forſe il terzo Conſolato, ma non per noi; poichè queſto ci diſpoſe a volervi Conſolo molte altre volte. Men caldamente il voremmo, ſe ora non ſapeſſimo qual Voi ſareſte. Fu men penoſo il non avervi potuto dare la pruova, che il non aver potuto godervi dopo la ſteſſa. Toccheracci di nuovo vederlo Conſolo? Sentirà, ridirà le teſtè dette parole? Ci farà più godere tanta allegrezza, quanta egli ſteſſo già ne pruovò? Preſiederà al pubblico giubilo, autor' e cagion del medeſimo? Tenterà di raffrenar, come ſuole, gli affetti noſtri, nè lo potrà? O felice, e nobil duello della pietà del Senato colla modeſtia del Principe, vinca deſſa o ſia vinta! Io in vero concepiſco certa non conoſciuta, e della già paſſata maggiore allegrezza. E chi avvi mai d'intendimento sì debole, che non iſperi Ceſare tanto miglior Conſolo, quanto lo ſarà più ſovente? Altri, benchè non datoſi toſto a ſciopperatezza, ed a piaceri, avrebbe però coll' ozio, e col ripoſo riſtorate le ſue fatiche. Queſti, ſciolto dagli affari del Conſolato, quei della Monarchia ripigliò, con moderatezza sì eſatta, che, nè quando era Principe affettava l'officio di Conſolo, nè quando Conſolo quello di

singularum etiam civitatum precibus occurrat. Nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora. Adeunt statim, dimittuntur statim; laudenque Principis fores exclusa legationum turba non obsidet.

l'Principe. Veggiamo com' egli incontra i desideri delle provincie, e le suppliche ancora di ogni città, non difficile a dar' udienza, non tardo a risspondere. Tosto s' introducono, tosto licenziansi; nè stanno accerchiate da una turba di ambasciadori escluse le porte del Principe.

CAP. LXXX. *Quid? In omnibus cognitionibus quàm mitis severitas, quàm non dissoluta clementia! Non locupletando Fisco sedes; nec aliud tibi sententia tua pretium, quàm bene judicasse. Stant ante te litigatores, non de fortunis suis, sed de tuâ existimatione solliciti; nec tam verentur quid de causâ suâ, quàm quid de moribus sentias. O verè Principis, atque etiam Consulis reconciliare æmulas civitates, tumentesque populos non imperio magis, quàm ratione compescere! Intercedere (a) iniquitatibus magistratuum, vitiumque reddere quidquid fieri non oportuerit; postremò, velocissimi sideris more, omnia invisere, omnia audire, & undecunque invocatum statim, veluti Numen, adesse, & assistere!* (b) *Talia esse crediderim, quæ ipse mundi parens temperat nutu, si quando oculos demisit in terras, & facta mortalium inter divina opera numerare dignatus*

CAP. LXXX. IN tutti poscia i giudizj che rigor soave, che sostenuta clemenza! Non sedete in tribunale per arricchire il Fisco; e le vostre sentenze non hanno altro prezzo, che l'aver ben giudicato. Si stanno dinanzi a Vo'i litiganti in ispasimo, non delle loro sostanze, ma del concetto, che di essi da Voi si farà; nè tanto temono il vostro parere intorno alla causa, quanto intorno a' loro costumi. O azione veramente da Principe, e ben' anche da Consolo! Rappacificare città nimiche; imbrigliare sfrenati popoli anzi colla ragione, che col comando; impedir le ingiustizie de' maestrati, e disfare ciò, che doveva non farsi; per finirla, a guisa di velocissima stella, tutto sentir' e vedere, ed ovunque siate chiamato comparir' ed assistere, come un' Idio. Tale credo appunto che sieno l'operare di Giove, che regge il mondo co' cenni, se abbassa talora in terra gli occhi, e degna di contare fra le divine le operazioni de'

a *Iniquitatibus mag.* Sententiis iniquis magistratuum, seu sceleribus Præsidum; quemadmodum, non modò Marium Priscum Africæ, & Julium Bassum Bithyniæ Proconsules viventes, sed & Cæcilium Classicum Beticæ jam defunctum accusari passus est. Noster *lib. 2. Ep. 11. l. 3. E. 4. & 9. l. 4. E. 9.*

b *Talia*, &c. Fœda, & impia adulatio; quare bene *Lipsius*; *Prudentiam, eloquentiam, & omnia alia a vobis haurimus, quàm pietatem.*

Nu-

tus est ; quibus nunc per te liber, solutusque Cœlo tantùm vacat, postquam te dedit, qui erga omne hominum genus vice suâ fungereris. Fungeris enim, sufficisque mandanti, cum tibi dies omnis summâ cum utilitate nostrâ, summâ cum tuâ laude condatur.

de' mortali; dal qual pensiero egli ora sciolto e sgravato attende al Ciel solo, posto Vo'in suo cambio fra gli uomini: E ben pienamente il rappresentate, mentre non v'ha giorno, che non passi con grande nostro vantaggio, e vostra lode.

CAP. LXXXI. *Quòd si quando cum influentibus negotiis paria feciſti, instar refectionis existimas mutationem laboris. Quæ enim remissio tibi, nisi lustrare saltus, excutere cubilibus feras, superare immensa montium juga, & horrentibus scopulis gradum inferre, nullius manu, nullius vestigio adiutum, atque inter hæc pia mente adire lucos, & occurſare (a) Numinibus? (b) Olim hæc experientia juventutis, hæc voluptas erat; his artibus futuri Duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu; nec mediocre pacis decus habebatur submota campis irruptio ferarum, & obsidione quadam liberatus agrestium labor. Usurpabant gloriam istam illi quoque Principes, qui obire non poterant; usurpabant autem, ut (c) domitas fractasque claustris feras, ac de-*

CAP. LXXXI. Che se talora compensar volete le vostre molte occupazioni, stimate quasi ristoro il cambiar fatica. E che altro si è il vostro ricreamento, se non girar boschi, far isbucar fiere, sormontare smisurati gioghi di monti, e porre il piede su orridi sassi, non appoggiato ad altri, nè dietro all'orme di alcuno, e con mente divota visitare le sacre selve, ed incontrarne i lor Numi? Queste si erano già le pruove, questi i piaceri de' giovani; di queste arti imbeveasi chi dovea essere condottiero di eserciti, garreggiar di corso colle fiere suggiasche, di robustezza colle più ardite, di astuzia colle più accorte; e stimavasi non mezzan' onore in tempo di pace il divertire dalle campagne le scorrerie delle fiere, ed il liberare da un quasi assedio le fatiche degli agricoltori. Usurpavansi questa gloria quegli stessi Principi, che non potean meritarla; e se la usurpa-

in- va-

a *Numinibus*. Lucorum, Fontium, Fluminum, quibus singulis sua adesse Numina Veteres opinabantur.

b *Olim*, &c. Abundant exemplis Historicorum, & Poetarum libri. Videri potest præ cæteris *Xenophon. Lib. de Venat.*

c *Domitas*, &c. Allusum fortasse ad Domitianum, quem, teste Suet. c. 19. *centenas variis generis feras sæpe in Albano secessu confecientem spectavere plerique*. Hujusmodi autem feræ, utpote claustris eductæ, multum feritatis, ac virium amiserant. Trajanus verò non fractas, non domitas, sed sui juris belluas, apertoque campo aggredi gestiebat.

inde in ipſorum quidem ludibrium emiſſas (a) *mentità ſagacitate colligerent. Huic par capiendi*, (b) *quærendique ſudor, ſummuſque, & idem gratiſſimus labor invenire. Enimvero ſi quando placuit idem corporis robur in maria proferre, non illæ fluitantia vela, aut oculis ſequitur, aut manibus; ſed nunc gubernaculis aſſidet, nunc cum valentiſſimo quoque ſodalium certat frangere fluctus, domitare ventos reluctantes, remiſque* (c) *tranſire obſtantia freta.*

vano con bugiardo artifizio investendo fiere dome, e già fiaccate ne'parchi, di là poi ſprigionate per loro ſcherno. Trajano, e nel cercarle, e nel prenderle ſuda egualmente, riputando maggior' e più grata fatica il ritrovarſele. Che ſe talora s'invoglia di far pruova anche in mare della ſua robuſtezza, non ſiegue già egli cogli occhi, o col dito le vele gonfie, ma ora ſiede al timone, ora co'più nerboruti compagni gareggia a ſpezzar l'onde, a domare gli oppoſti venti, e co' remi paſſare innanzi contr' acqua.

CAP. LXXXII. QUantùm diſſimilis (d) *illi, qui non* (e) *Albani lacus otium, (f) Bajanique torporem & ſilentium ferre, non pulſum ſaltem fragoremque remorum perpeti poterat, quin ad ſingulos ictus turpi formidine horreſceret. Itaque procul ab omni ſono, inconcuſſus ipſe, & im-*

CAP. LXXXII. QUanto diſſimile egli ſi è in ciò da colui, che non potea tollerare la quiete del lago Albano, la pigrezza e il ſilenzio di quel di Baja, non una percoſſa, non uno ſtrepito di remo, ſicchè vergognoſamente non ſi raccapricciaſſe a ogni colpo. Strafcinavaſi perciò lungi da ogni romore, nien-

a *Mentità*. Videbantur enim multum laboris, induſtriæque multum impendere in iis conficiendis, ſed re verà non item.

b *Quærendique*. Illi autem non quærebant, ſed interficiebant feras ab aliis productas.

c *Tranſire*. Ita repoſui ex editionibus Antuerpienſi A. 1610. cum notis *Lipſii*, & Pariſienſi *P. de la Baune*. In aliis legitur *tranſetare*, in aliis *tranſferre*, puto a illo corruptum.

d *Illi*. Domitiano.

e *Albani lacus*. Hic erat in Albano monte, teſte *Strabone l.* 5. Uterque nomen retulit ab Alba oppido, ab Urbe procul milliariis circiter 12., juxta *Eutropium*. Domitianus ibi ſeceſsum, *tanquam arcem aliquam elegerat*, quo maximè delectabatur, teſte *Dione*, & *Sueton. cap.* 4. & 19. Ibi quinquatria Minervæ celebravit, ſeque ſagittandi ſtudio exercebat. Teſtes iidem, & *Martialis l.* 5. *Epigr.* 1.

f *Bajanique*. Bajanus lacus, ſeu Lucrinus in interiori angulo Bajani ſinus, qui nunc *Golfo di Pozzuolo*, Baiis contiguus erat, teſte *Strabone lib.* 5. Delicatis piſcibus abundabat: Nunc nonniſi palus eſt, deperditis aquis, ibi oborto monte, qui *Cinereus* dicitur, ex Terræmotu Anni 1538.

Re-

immotus (a) , *religato revinctoque navigio , non secus ac* (b) *piaculum aliquod trahebatur . Fada facies , cum Populi Romani Imperator alienum cursum , alienumque rectorem , (c) velut captà nave , sequeretur ! Nec deformitate istà saltem flumina carebant , atque amnes . Danubius , ac Rhenus tantum illud nostri dedecoris (d) vehere gaudebant , non minore cum pudore Imperii , quòd hæc Romanæ Aquilæ , Romana signa , Romana denique ripa , quàm quòd hostium prospectarent ; hostium , quibus moris est eadem illa , nunc rigentia gelu flumina , aut campis superfluа , nunc liquida ac deferentia lustrare navigiis , nandoque superare . Nec verò laudaverim per se magnopere duritiam corporis , ac lacertorum ; sed si his validior toto corpore animus imperitet , quem non fortunæ indulgentia molliant , non copiæ Principales ad segnitiem luxumque detorqueant , tunc ego , seu montibus , seu mari exerceatur , & latum opere corpus , & crescentia laboribus membra mirabor . Video enim jam inde antiquitus (e) maritos Dearum ,*

niente mosso , niente sbattuto , non altrimenti che una vittima , sovra un ben' assicurato rimburchio . Infame comparsa di un' Imperadore di Roma , che , quale schiavo su di una nave , seguia l' altrui cammino , l'altrui piloto ! Nè mancava questo scorno agli stessi siumi . Il Danubio , ed il Reno godeano di portare sul dorso quel nostro sì gran disonore , con non men rossore del nostro Imperio , che ciò vedessero anche le Aquile di Roma , le bandiere di Roma , le rive infine conquistate da Roma , non che i nimici : I nimici , dissi , soliti scorseggiar colle navi , e passare a nuoto quegli stessi siumi , ora indurati dal ghiaccio , o traboccanti sulle campagne , ora sciolti , e naturalmente correnti . Nè per vero dire loderei molto la robustezza delle braccia , e del corpo ; ma se loro presiede un'animo più vigoroso , non effeminato dalle parzialità della fortuna , non indotto al lusso , e alla codardia dagli agi del Principato , allora sì io stupirò di un corpo , che goda della fatica (si pruovi egli , o su' monti , od in mare) e di quelle membra , che nello stento rinvi-

ac

go-

a *Religato*. Alteri navi , seu triremi , quæ illam , in qua ipse voluptuabatur , traheret , immotis interim navis Imperatoriæ remis , nè illorum fragor , & pulsus delicato Principi gravior esset .

b *Piaculum*. Victima expiationi destinata , quæ , *Lipsio* auctore , trahebatur , *nè quis devotam , & malis publicis onustam tangeret* .

c *Velut c.n.* Cum navis Imperatoria videretur navis quæpiam hostilis bello capta , quæ a victoribus trahi solebat , ut videre est apud *Livium l.* 22.

d *Vehere g.* In expeditionibus Domitiani , de quibus mentionem fecimus non longè ab initio .

e *Maritos Dearum*. Ut Cephalus , & Orion ab Aurorà rapti , de quorum primo *Pausanias in Lacon.* de altero *Homer. Odyss. l.* 5. mentionem faciunt : Item Peleus , quem Thethys sibi jugavit , juxta *Apollodor. l.* 3. qui omnes hosce a venandi studio laudat. His addi potest Hippolytus , propter venationem Dianæ carissimus .

ne (a) *Deorum liberos nec dignitate nuptiarum magis , quàm his artibus inclaruisse . Simul cogito , cum sint ista ludus & avocamentum hujus , quæ quantæque sint illæ seriæ , & intentæ , & a quibus se in tale otium recipit , voluptates .* (b) *Sunt enim voluptates , quibus optimè de cujusque gravitate , sanctitate , temperantiâ creditur . Nam* (c) *quis adeò dissolutus , cujus non occupationibus aliqua speciem severitatis incidat? Otio prodimur . An non plerique Principes hoc idem tempus in aleam , stupra , luxum conferebant , cùm seriarum laxamenta curarum vitiorum contentione supplerent ?*

goriſcano . Poichè veggo,che anticamente ancora i mariti delle Dee, e degl'Iddj li figliuoli non s' illuſtraron cotanto cogli ſteſſi gran maritaggi , quanto con queſti eſercizj. Ripenſo ancora , ſendo queſte un giuoco , una ricreazione del noſtro Principe, quali e quanti ſienſi que'ſerioſi e poſati piaceri, da' quali egli poſcia ad un cotal'ozio ſe ne ripaſſa . Poichè da'trattenimenti puoſſi giudicare la gravità, la bontà, la temperanza di ognuno. E chi v'ha mai sì sbrigliato , che nelle ſue occupazioni qualche apparenza di ſeverità non dimoſtri?Il tempo dell'ozio è quello,che ci paleſa.E queſto il più de' Principi non lo ſpendea forſe in giuochi , in iſtupri , in luſſo , ſollevandoſi dalle applicazioni gravi con uno ſforzo di vizj?

CAP.LXXXIII. *Habet hoc primum magna fortuna , quòd* (d) *nihil tectum , nihil occultum esse patitur ; Principum verò , non modò domus , sed cubicula ipsa , intimosque secessus recludit , omniaque arcana noscenda fama proponit , atque explicat . Sed tibi , Cæsar , nihil accommodatius fuerit ad gloriam , quàm penitus inspici . Sunt quidem præclara , quæ in publicum pro-*

CAP. LXXXIII. HA queſto di ſingolare una grande fortuna, che non laſcia coſa coperta ed occulta , e de'Principi apre, non ſolo i palazzi , ma i gabinetti ſteſſi , ed i più ripoſti ritiri, preſentando e ſvelando alla cognizione della fama tutti i ſegreti. Ma per la voſtra gloria, ò Ceſare, nulla v'ha di più acconcio, che l'eſſere pienamente oſſervato. Sono benſì nobili le azioni,che fate in pubblico,non inferio-

a *Deorum liber*. Ut Caſtor , & Pollux Jovis filii, de quibus citatus *Apollod. ibid*. Sic Dryas Marte genitus juxta *eundem, lib*. 1. Hercules, & alii.

b *Sunt enim*. Longè ab illecebris occaſionum facile eſt virtutes ſervare; ſed intra voluptates, inque aquis eſſe, nec mergi , illud difficile.

c *Quis adeo*. Etiam Domitianus perditiſſimus Princeps Jus dixit, & Caſus literaria exercitia, ac certamina inſtituit.

d *Nihil tectum*. Conſonant verba *Claudia. Paneg. Non. Nam lux altiſſima fati Occultum nihil eſt ſinit*: Et illa Cæſaris apud *Salluſt. Bell. Catil. Qui magno imperio præditi in excelſo vitam agunt , eorum facta cuncti mortales norere .*

Cum

profers, ſed non minora ea, quæ limine tenes. Eſt magnificum quòd te ab omni contagione vitiorum reprimis, ac revocas; ſed magnificentius quòd tuos. Quantò enim magis arduum eſt alios præſtare, quàm ſe, tantò laudabilius quòd, (a) cùm ipſe ſis optimus, omnes circà te ſimiles tui feceriſti. Multis (b) illuſtribus dedecori fuit, aut inconſultiùs uxor aſſumpta, aut tetenta patientiùs; ita foris claros domeſtica deſtruebat infamia; & nè maximi cives haberentur, hoc efficiebat quòd mariti minores erant. Tibi (c) Uxor in decus, & gloriam cedit: Quid enim illa ſanctius, quid antiquius? Nonne, ſi Pontifici Maximo eligenda ſit conjux, aut hanc, aut ſimilem (ubi eſt autem ſimilis?) elegerit? Quàm illa nihil ſibi ex fortunâ tuâ, niſi gaudium vindicat! Quàm conſtanter non potentiam tuam, ſed ipſum te reveretur! Idem eſtis invicem, quod fuiſtis; probatis ex æquo; nihilque vobis felicitas addidit, niſi quòd ſcire capiſtis, (d) quàm bene ſuæque veſtrum felicitatem ferat. Eadem quàm modica cultu, quàm parca comitatu, quàm civilis inceſſu! Mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita inſtituit; nam uxori ſuffitit

feriori però ſon quelle, che fate, in privato. Grande ſi è quella di contenervi, e ſtarè lontano dalla pratica di ogni vizio; maggiore il tenerne lontani anche i voſtri. Imperciocchè quanto è più difficile rendere buono altrui, che ſe ſteſſo, tanto egli è più lodevole, che, ſendo Voi ottimo, faceſte ſimili a Voi tutti i voſtri. A molti per altro chiari fu di vergogna, o l'avere con poco ſenno preſa moglie, o l'averla ritenuta con tolleranza ſoverchia: Così il concetto da eſſi acquiſtato fuori diſtruggeaſi dalla infamia domeſtica; e l'eſſer deſſi poco buoni mariti faceali non eſſere gran cittadini. A Voi la Moglie non è, che di onor', e di gloria. Qual più di eſſa innocente, e più ſimile a quelle antiche? Se un Pontefice Maſſimo ſceglierſi voleſſe una moglie, non ſceglierebbeſi e' coteſta, o una ſimile? Ma dov' ella ſi troverebbe? Come deſſa altro della voſtra fortuna per ſe non vuole, che l'allegrezza! Come con tutta coſtanza riſpetta, non il voſtro potere, ma Voi medeſimo! Siete gli ſteſſi, quali già foſte; volete lo ſteſſo; e la felicità a Voi niente aggiunſe, ſe non che incominciaſte a ſapere come bene tutti e due vi ſervite della fortuna. Quanto moderata negli abbigliamenti ella ſi è!

Co-

a *Cum ipſe ſis*, &c. Quare *Seneca Thyeſt. A. 2. S. 1. Rex velit honeſta, nemo non eadem volet.*

b *Illuſtribus.* Non modò privatis, ut Ciceroni, cui Terentia, L. Syllæ, cui Metella, Cn. Pompejo, cui Mutia, impuditititiæ fama pariter laborantes, conjuges fuere, ſed & Principibus, ut Tiberio, & Claudio, ommiſſis aliis, quorum illi Julia, huic Meſſalina, & Agrippina dedecori magno legimus fuiſſe.

c *Uxor.* Plotina, de qua vide *Dionem.*

d *Quàm bene.* Non ſuperbiendo, quæ maxima magni animi probatio eſt, cum ſit valde difficile in felicitatibus non extolli.

cit obſequii gloria. An cum videat quàm te nullus terror, nulla comitetur ambitio, non & ipſa cum ſilentio incedat, ingredientemque pedibus maritum, inquantum patitur (a) ſexus, imitetur? Decuerit hoc illam, etiam ſi diverſa tu facias: ſub hac verò modeſtiâ viri quantam debet verecundiam uxor marito, fœmina ſibi?

Come ſcarſa di corteggio; come dimeſſa nel camminare! Opra queſto ſi è del Marito, che la imbevè, e diſciplinò a queſta guiſa: Alla moglie baſta la gloria della ubbidienza. E non ſi porterà ella pur con ſilenzio, vedendo Voi non corteggiato d'armi per atterrire, nè in veruna comparſa di ambizione; e andando a piedi il Marito, non lo imiterà, quanto però il ſeſſo debole lo permette? Dovrebbe praticare lo ſteſſo quando pur Voi faceſte altrimenti: Ma poſta la voſtra moderatezza, quanto riguardo deve al marito una moglie, una donna a sè ſteſſa?

CAP. LXXXIV. (b) *Soror autem tua, ut ſe ſororem eſſe meminit! Ut in illâ tua ſimplicitas, tua veritas, tuus candor agnoſcitur! Ut ſi quis eam Uxori tuæ conferat, dubitare cogatur, utrum ſit efficacius ad rectè vivendum benè inſtitui, aut feliciter naſci. Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quàm æmulatio, in fœminis præſertim: Ea porrò maximè naſcitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exardeſcit invidiâ, cujus finis eſt odium. Quo quidem admirabilius exiſtimandum eſt, quòd mulieribus duabus in unâ domo, (c) parique fortunâ nullum certamen, nulla contentio eſt, Suſpiciunt invicem,*

CAP. LXXXIV. LA Sorella voſtra poi come di eſſervi Sorella ricordaſi! Come in eſſa vedeſi la ſemplicità voſtra, la ingenuità, la ſchiettezza! Sicchè, ſe alcuno alla Moglie voſtra la paragona, dubiterà ſe per vivere vaglia più l'eſſere, o bene ammaeſtrato, o nato felicemente. Non v'ha coſa sì diſpoſta a' rancori, come la emulazione, nelle femmine ſpecialmente; e queſta dalla compagnia per lo più naſce, dall'eguaglianza ſi nutrica, ſcoppia in aſtio, che poſcia in odio finiſce. Deeſi ſtimar dunque miracolo, che fra due femmine, in una caſa medeſima, ed in eguale fortuna non naſca verun litigio, veruna riſſa. Si riveriſcono; cede l'una

a *Sexus*. Infirmior, *& ideo in ſellam, ſeu lecticam ſæpe transferendus*. Lipſius.

b *Soror*. Marciana ſpectatæ moderationis Matrona, cujus nomen colligitur ex Arcu triumphali Anconitano, ubi legitur *DIVÆ MARCIANÆ AUG. SORORI AUG.* Hujus filia fuit Matidia Sabinæ Hadriani Imperatoris conjugis mater. Utriuſque Numinum, unà cum Plotinæ, vide in Tab. Paneg. præfixâ.

c *Parique fort*. Ambæ enim Auguſtæ dictæ.

Non

cem , invicem cedunt ; cùmque te utraque effusissimè diligat , nihil suà putant interesse , utram tu magis ames . Idem utrique propositum , idem tenor vitæ ; nihilque , ex quo sentias duas esse . Te enim imitari , te subsequi student ; ideoque utraque mores eosdem , quia utraque tuos , habet . Inde moderatio , inde etiam perpetua securitas ; neque enim unquam periclitabuntur esse privatæ , quæ (a) *non desierunt . Obtulerat illis Senatus cognomen* (b) *Augustarum , quod certatim deprecatæ sunt , quàmdiu appellationem Patris Patriæ tu recusasses ; seu quòd plus esse in eo judicabant , si Uxor , & Soror tua , quàm si Augustæ dicerentur . Sed quæcunque illis ratio tantam modestiam suasit , hoc magis dignæ sunt quæ in animis nostris & sint & habeantur Augustæ , quia non vocantur . Quid enim laudabilius fœminis, quàm si verum honorem non in splendore titulorum , sed in judiciis hominum reponant ; magnisque nominibus pares se faciant , etiam dum recusant ?*

l'una all'altra;ed amandovi a tutte viscere amendue, non monta loro, che Voi amiate più l'una che l'altra. Hanno entrambe lo stesso fine, la stessa norma di vivere;e nulla fanno onde si creda, che sieno due.Si studiano d'imitarvi,e di seguirvi; onde ognuna porta i costumi medesimi,perchè ognuna porta li voltri. Quinci la moderatezza,quinci pure ne nasce una sicurezza perpetua;poichè non correran mai pericolo di divenire private quelle,che non mai finirono di essere tali. Avea lor'offerito il Senato il cognome di Auguste, che ricusarono a gara , finattanto che aveste Voi ricusato quello di Padre della Patria; o sia che pregiassero più il chiamarsi, l'una Sorella,l'altra Moglie vostra, che Auguste. Ma siasene qual si vuol la cagione, che persuase loro una moderatezza sì grande, meritan più di essere Auguste ne' nostri cuori ,e di essere appunto credute tali, perchè non ne portano il nome. E che avvi di più lodevole in una femmina,che il riporre l'onor vero, non nella sfolgoratezza de' titoli, ma ne'giudicj degli uomini, ed il farsi meritevole de'più alti nomi anche nel ricusarli ?

CAP. LXXXV. *Jam etiam & in privatorum animis exoleverat priscum mortalium* (c) *bonum amicitia , cujus*

CAP.LXXXV. ERasi nel cuore degli stessi privati spenta già l'amicizia, antico ben de'mortali, entratene in sua

a *Non desierunt*. Licet ad Imperii participationem evectæ, privati tamen status moderationem servare maluerunt.

b *Augustarum*. Docent earundem Nummi.

c *Bonum*. Et maximum quidem ; est enim , teste *Cicer. in Lælio* ; *Nihil aliud , nisi divinarum omnium , humanarumque rerum cum benevolentiâ , & caritate summâ consensio.*

Amo-

jus in locum migraverant assentationes, blanditiæ, & pejor odio (a) amoris simulatio. Etenim in Principum domo nomen tantùm amicitiæ, inane scilicet irrisumque manebat; nam quæ poterat esse inter eos amicitia, quorum sibi alii domini, alii servi videbantur? Tu hanc pulsam, & errantem reduxisti. Habes amicos, quia amicus ipse es: Neque enim, ut alia subjectis, ita amor imperatur; neque est ullus affectus tam erectus, & liber, & dominationis impatiens, nec qui magis (b) vices exigat. Potest fortasse Princeps iniquè, potest tamen odio esse nonnullis, etiamsi ipse non oderit; amari, nisi ipse amet, non potest. Diligis ergo cum diligaris; & in eo, quod utrique honestissimum est, tota gloria tua est, qui superior factus (c) descendis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex Imperatore submitteris; immo tunc maximè Imperator, cum amicum ex Imperatore agis: Etenim cùm plurimis amicitiis fortuna Principum indigeat, præcipuum est Principis opus amicos parare. Placeat tibi semper hæc secta, & cum alias virtutes tuas, tum hanc constantissimè teneas; nec unquam persuadeatur humile esse Principi, nisi odisse. Jucun-

sua vece adulazioni, lusinghe, finzione di amore peggior dell'odio. Nelle case poscia de' Principi stavasi di amicizia il sol nome, e ben' anche come da nulla, e spregevole. E chè amicizia pallar mai potea fra coloro, conoscenti se stessi, chi per tiranni, chi per vassalli? Voi riconduceste la stessa, già cacciata, e raminga; avete degl'amici, perchè amico lor siete, non potendosi già a' sudditi comandare, come altre cose, l'amore; e non essendoci affetto sì altiero, e sì libero, e che non voglia tollerare chi gli comandi; nè che più voglia essere corrisposto. Può forse il Principe da alcun' essere odiato, e benchè a torto, pur lo può essere, quantunque non odj; essere amato non può, se non ama. Amando dunque Voi siete amato; e di ciò, che a Voi, ed agli altri si è il più onorevole pregio, tutta la gloria n'è vostra, mentre, benchè siate sul trono, ne scendete però a tutti gli officj della dimestichezza, e d'Imperadore vi abbassate ad essere amico; allor'anzi più Imperadore, che d'Imperadore amico ne divenite. Imperciocchè abbisognando la condizione de' Principi di molte aderenze, il primo pensier loro si è il provvedersi di amici. Piacciavi sempre, ò Cesare, questa regola; ritenete a tutta costanza sì cotesta, come ogni altra vostra virtù; e credete, non potervi esse-

a *Amoris simul.* In amicitià, inquit *Cic. loc. cit. Nulla maior est pestis, quàm adulatio, blanditiæ,* &c. Et *Tacit. in Agric. Pessimum inimicorum genus laudantes.* Quare Phocion cuidam a se quærenti rem parum honestam respondit; *Non vales Phocionem amicum, & adulatorem simul habere. Plut. Præf. in Agid.*

b *Vices exit.* Quare *Seneca* ex Hecatone post alia; *Si vis amari ama*: Et *Martial. Marce ut ameris ama.*

c *Descendis.* Testantur *Dio, & Eutrop. l. 8.*

Ami-

cundissimum est in rebus humanis amari, sed non minùs amare; quorum utroque ita frueris, ut cùm ipse ardentissimè diligas, adhuc tamen ardentiùs diligaris: Primùm quia facilius est unum amare, quàm multos, deinde quia tibi amicos tuos obligandi adest facultas tanta, ut nemo possit te, nisi ingratus, non magis amare.

essere parte sì bassa in un Principe, come l'odiare. Nel conversare degli uomini la più gioconda cosa è l'essere amato; ma niente meno l'amare. L'una e l'altra di queste cose godete Voi; sicchè, quantunque amiate con tutto l'ardore, con più però siete amato. Prima perchè egli è più facile l'amare un solo, che molti; poi perchè avete forza sì grande per obbligarvi gli amici, che non può non amarvi più, che un'ingrato.

CAP. LXXXVI. *O Pera pretium est referre quod tormentum tibi injunxeris, nè quid (a) amico negares. Dimisisti optimum virum, tibique carissimum invitus, & tristis, & quasi retinere non posses. Quantùm amares eum desiderio expertus es, distractus separatusque, dum cedis, & vinceris. Ita, quod fando inauditum, cùm Princeps, & Principis amicus diversa velletis, id potiùs factum est, quod amicus volebat. O rem memoria, literisque mandandam! Prafectum Pratorii non (b) ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere, eundemque otio, quem pertinaciter ametis, reddere; cùmque sis ipse distentus Imperii curis, non quietis gloriam cuiquam invidere! Intelligimus, Cæsar, quantum tibi pro laboriosà istà statione, & exercità debeamus, cùm otium a te, tanquam res optima,*

CAP. LXXXVI. Assai monta il riferire l'affanno, che vi prendeste per non dir di nò ad un'amico. Licenziaste contra voler', e con doglia, e come se trattenerlo non aveste potuto, un soggetto ottimo a Voi carissimo. Quanto folle grande il vostro amore lo provaste colla passione per la di lui lontananza, restando Voi squarciato, e diviso dopo di avere ceduto, e lasciatovi vincere. Così, volendo il Principe a questa guisa, l'amico altrimenti, si fece (ciò che più non s'intese) anzi il voler dell'amico. O fatto da scriversi, e da tramandarsi ad una eterna memoria! Crear Prefetto del Pretorio, non un dimandante, ma chi ricusava, e ridonargli poi l'ozio, che tanto amava; e stando Voi fisso in occupazioni per l'Imperio, non invidiare a veruno la gloria del suo riposo. Intendiam', o Cesare, quanto dobbiamvi per cotesto vo-

a *Amico*. Miror cum *Lipsio*, audacter a *Catanæo*, *Rayano*, & aliis hìc intelligi Licinium Suram; quo enim auctore, aut qua conjecturà hoc contendunt?
b *Ex inger*. Intrudentibus se se inquit *Rayanus*.

Exem-

ma & petatur & detur. Quam ego audio confusionem tuam fuisse, cum digredientem prosequereris! Prosecutus enim nec temperasti tibi, quò minùs (a) *exeunti in littore amplexus, osculum ferres. Stetit Cæsar in illâ amicitiæ speculâ, precatusque maria, celeremque (si tamen ipse voluisset) recursum; nec sustinuit recedentem non etiam atque etiam votis, lacrymis sequi. Nam de liberalitate taceo; quibus enim muneribus æquari hæc cura Principis, hæc patientia potest? Quàm meruisti, ut ille sibi nimiùm fortis, ac propè durus videretur! Nec dubito, quin agitaverit secum, an gubernacula retorqueret: Et fecisset; nisi quòd penè ipso contubernio Principis felicius jucundiusque est desiderare Principem* (b) *desiderantem. Et ille quidem, ut maximâ fructus suscepti, ita majore deposîti officii gloriâ fruitur; tu autem facilitate istâ consecutus es, nè quem retinere videaris invitum.*

vostro travaglioso esercizio; poichè da Voi si chiede, come cosa ottima, l'ozio, e si ottiene. Che confusione, intendo, si fu la vostra in accompagnare l'amico, che si partiva! Poichè accompagnatolo fin sulla spiaggia, non sapeste tenervi dall'abbracciarlo, e baciarlo. Fermossi Cesare sul più alto del lido per vedere anche da lungi l'amico; pregò, e per la calma del mare, e per un presto ritorno (purchè quegli volesse sì); nè potè non seguirlo col pianto, non che colla brama. Nè parlo della vostra generosità; imperciocchè a quali doni agguagliarsi può mai cotesto pensiero, cotesta tolleranza di un Principe? Quanto meritaste, che colui per troppo forte, e quasi duro riconoscesse se stesso! Nè dubito, che non ripensasse di rivolger la proda: E fatto anche lo avrebbe, se non fosse felicità quasi maggiore, e più grata dello star sempre col Principe il desiderarlo quando egli ancor ti desidera. A lui certo, come una gloria grande risulta dall'aver' intrapresa la carica, così una maggiore ne nasce dall'averla deposta; e Voi con cotesta facilità conseguiste il crederși da noi, che non volete ritenere a forza veruno.

CAP. LXXXVII. *Civile hoc erat, & parenti publico convenientissimum ni-*

CAP. LXXXVII. Era egli da cittadino, e da pubblico padre il non isforzare,

a *Exeunti*. Discedentes amicos ad littus usque prosequi moris olim fuisse discimus ex hoc loco, & ex *Stat.*, *Sylv. L.*3., *Carm.*2., ubi plura invenies prosecutionis officia, cum iis, quæ hic a nostro afferuntur, admodum congruentia.

b *Desiderantem*. Sic retinui, ut est in Edit. Paris. A. 1655. In aliis verbum illud deest.

Vos.

nihil cogere , ſemperque meminiſſe , nullam tantam poteſtatem cuiquam dari poſſe , ut non ſit gratior poteſtate libertas . Dignus es , Cæſar , qui officia mandes deponere optantibus ; qui petentibus vacationem , invitus quidem , ſed tamen tribuas ; qui ab amicis orantibus requiem non te relinqui putes ; qui ſemper invenias , & quos ex otio revoces , & quos otio reddas . (a) Vos quoque , quos parens noſter familiariter inſpicere dignatur , fovete ſanctè judicium ejus , quod de vobis habet : Hic veſter labor eſt . Princeps enim , cum in uno probavit amare ſe ſcire , vacat culpâ ſi alios minùs amat . Ipſum quidem quis mediocriter diligat , cùm leges amandi non det , ſed accipiat ? Hic præſens , ille mavult abſens amari ? Uterque ametur , ut mavult . Nemo in tædium præſentiâ , nemo in oblivionem abſentiâ veniat . Tenet quiſque locum , quem ſemper meruit ; faciliuſque eſt , ut oculis ejus vultus abſentis , quàm ut animo caritas excidat.

zare, ed il ricordarſi, che non ſi può dare ad alcuno una dignità così alta, che della ſteſſa non gli ſia più cara la libertà. Meritate, ò Ceſare, di dar cariche a chi voglia diporle ; di darle, benchè mal grado, a chi ricerchi di eſſerne diſpenſato ; di credere, che non vi abbandonino quegli amici, che dimandan ripoſo; di truovar ſempre chi poſſiate richiamare dall' ozio, e chi all'ozio ſteſſo reſtituire. Voi pure, che ſiete guardati con benigna intrinſichezza dal noſtro Padre, coltivate rettamente il giudicio, che di Voi egli forma; ſieſi queſto tutto il voſtro penſiero: Imperciocchè quando in un ſolo il Principe ha dato ſaggio di ſaper'amare, non ha egli colpa ſe ad altri porta meno di affetto. E chi lui mezzanamente amerà, ſe di amar'e'non preſcrive norma , ma la riceve ? Vuol queſti eſſere amato lontano , quegli vicino ; ſi ami l'uno e l'altro come più vuole. Niun venga a noja per eſſer preſente, niuno per eſſer lontano cada in dimenticanza. Tiene ognuno quel poſto, che ſempre ſi meritò ; e dagli occhi del Principe ſvanirà anzi la ſembianza dell'amico lontano, che dall'animo di lui l'amore.

CAP. LXXXVIII.

Plerique Principes , cum eſſent civium domini , (b) libertorum erant ſervi ; ho-

CAP. LXXXVIII.

IL più de' Principi , ch'eran ſignori de'cittadini , viveano ſchiavi de'lor liberti ; reggean-

a *Vos*. Amici Principis, viri boni.

b *Libertorum*, &c. Talis Claudius, de quo *Suet.c.28.& Juvenal. Sat.14.* Narciſsum innuens ; *Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, cujus Paruit imperiis uxorem occidere juſſus*. Talis Galba, qui, teſte *Suet.c.14. regebatur primùm arbitrio, inter quos erat libertus Icelus*. Vide & *cap.15*.

Sum-

lo furore ſopito , cùm omnes (a) Barbaræ nationes excidium univerſæ Galliæ minarentur , neque ſolùm (b) *Burgundiones* (c) *& Alamani , ſed etiam* (d) *Chaibones , Erulique ,* (e) *viribus primi Barbarorum , locis ultimi , præcipiti impetu in has provincias irruiſſent , quis Deus tam inſperatam ſalutem nobis attuliſſet , niſi tu adfuiſſes? Tu enim , divina providentia Imperator , conſilio priùs quàm vi bellum gerendum ratus cæteros quidem perduelles , quibus ipſa peſtifera multitudo , ire paſſus es in profundam famem , & ex fame in peſtilentiam , mox ad triumphi ornamenta capienda militum manibus uſurus . Chaibones tamen , Eruloſque non dignatus pari æſtu perdere , atque , ut interim divina virtus tua exercitatione ſolità non careret , aperto Marte atque uno impetu perculiſti , non univerſo ad id prælium uſus exercitu , ſed paucis cohortibus : Quid enim opus erat multitudine , cùm ipſe pugnares , ipſe omnibus locis , totaque acie dimicares , ipſe hoſti undique , & quà reſiſteret , & quà ce-*

to quell'infelice furore, minacciavano unitamente i Barbari lo ſterminio di tutta la Gallia; e non i ſoli Borgognoni, e Alemanni, ma gli Eruli ancora, e i Caiboni, primi di forze, ultimi di ſito fra' Barbari con empito ſtrabocchevole aveano inondate queſte provincie, qual'Idio recata ci avrebbe una sì improvviſa ſalvezza, ſe non Voi ſolo? Allora Voi giudicando colla prudenza voſtra divina doverſi guerreggiar col conſiglio, anzi che colla forza, faceſte, che gli altri felloni, a' quali è mortale lo ſteſſo lor numero, cadeſſero in un' altiſſima careſtia, e dalla careſtia nella peſte, per poſcia farne col mezzo de' voſtri ſoldati pompa in trionfo. Non degnaſte però di ſterminar così gli Eruli, ed i Caiboni; e perchè intanto non mancaſſe al divin voſtro valore l'uſato eſercizio, li diſfaceſte in campo aperto con una ſola battaglia, data loro con poche turppe, non già con tutto l'eſercito. Nè, combattendo Voi, eravi uopo di molto numero. Vo' in ogni ſito per tutto il campo, Voi da ogni parte incontravate il nimico, o reſiſteſſe, o ce-

de-

a *Barbaræ nat.* Quæ terreſtribus copiis Galliam infeſtabant, dum intereà Franci etiam, & Saxones maria proxima turbabant. Teſtis *Eutrop. l. 9.*

b *Burgundiones.* Pars Vindilorum fuere, juxta *Plinium l. 4. c. 14.* in Scandià. In Germaniam primùm delapſi regiones juxta Viſtulam tenuere; mox poſt diſcurſus varios Galliam ingreſſi Burgundiæ nomen indidere provinciæ, quæ fuit olim Æduorum, & Sequanorum.

c *Alamani.* Germaniæ olim populi, ubi nunc Suevia.

d *Chaibones, Erulique.* De Chaibonibus quid afferam non habeo, niſi fortè legendum ſit Cavionibus. Fuere autem Caviones Germaniæ populi ad Albim fluvium, ubi nunc ferè Ducatus Luneburgenſis. *Paneg. ſeq. c. 7.* etiam dicitur, *Gens Cavionum, Erulorumque.* Erulorum mentio fit apud *Agath. l. 1. & Jornand. l. de reb. Get.* Hi quoque ex iis Daniæ, Sveciæque populis, qui cum Gothis, aliiſque, non modò Germaniam, ac Gallias, ſed ipſam Italiam vaſtavere.

e *Viribus primi.* De Erulis *Jornand. cit. qui inter omnes Scanziæ nationes nomen ſibi ob nimiam proceritatem affectant.*

Con-

deret, & quà fugeret, occurreres, erroremque adversariis pariter, ac tuis faceres, cùm neque te Barbari unum putarent, neque milites, non dico stipatione atque comitatu, sed saltem oculis sequi possent. Toto quippe prælio ferebare, non aliter quàm magnus amnis solet hibernis imbribus auctus, & nivibus passim fluere quà campus est. Ita cuncti Chaibones, Erulique cuncti tantà internecione capti, interfectique sunt, ut extinctos eos relictis domi conjugibus, ac matribus non profugus aliquis e prælio; sed victoria tua gloria nunciaret.

o cedesse, o fugisse, ingannando così, ed i nimici, ed i voltri; poichè, nè credeano i Barbari, che Voi foste un solo, nèi soldati poteanˆo pareggiarvi, o seguirvi, ma neppure tenervi dietro cogli occhi. Vi portavate per ogni sito della battaglia, non altrimenti che un vasto fiume, gonfio di piogge, e di nevi del verno quà è là và scorrendo per la pianura. Così degli Eruli, e de' Caiboni seguì una strage sì fiera; che alle mogli, ed alle madri restate alle case non portò l'avviso della lor morte alcun fuggito, ma il grido della voltra vittoria.

CAP. VI. *Transeo innumerabiles tuas totà Galliâ pugnas, atque victorias; quæ enim tot tantisque rebus sufficiat oratio? Illum tamen primum* (a) *Consulatus tui auspicalem diem tacitus præterire nullo modo possum, quo tu solus omnium consecutus es, ut quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum videbatur, tunc primùm potueris sufficere peragendis; unoque sol curriculo suo, eoque brevissimo, & officia te Consulis inchoantem videret, & Imperatoris implentem. Vidimus te, Cæsar, eodem die pro Republicâ, & vota suscipere, & conjuncta debere: Quod enim optaveras in futurum, feciſti continuò transactum; ut mihi ipsa Deorum auxilia, quæ*

CAP. VI. Lascio le infinite voſtre battaglie e vittorie nella Gallia; imperciocchè qual discorso basterebbe a cose sì numerose e sì grandi? Non posso però in modo alcuno passare in silenzio quel primo giorno del voſtro Consolato, nel quale otteneste Voi solo, che il tempo, già creduto bastevole a incominciare solamente gli affari, potesse allora bastare per ultimargli; e che il Sole in una cortissima sua carriera vedesse Voi dar principio agli offici di Consolo, e compier quegli di Generale. Vedemmo Voi, ò Cesare, lo stesso giorno far voti per la Repubblica, e sciorli, facendo avvenir tostamente quanto bramavate che succedesse: Onde parmi, che abbiate prevenuti gli ajuti medesimi degl' Iddj, che invo-

a *Consulatus*. Multos gessit Maximianus; at hìc de primo verba fieri puto, quod cum Diocletiano exercuit Anno C. 287. aut de secundo ad summum, quem cum Januario, anno sequenti: Videtur enim, si quis advertat, habita hæc Oratio primis statim ejusdem Imperii temporibus.

(a) *quæ precatus eras, præveniſſe videaris, & quidquid illi promiſerant, anteſeciſſe. Vidimus te, Cæſar, eodem die, & in clariſſimo* (b) *pacis habitu, & in pulcherrimo* (c) *virtutis ornatu. Bonâ veniâ Deum dixerim, ne Juppiter quidem ipſe tantâ celeritate faciem Cœli ſui variat, quàm facilè tu, Imperator, togam prætextam ſumpto thorace mutaſti, haſtam poſito ſcipione rapuiſti, a tribunali temet in campum, a curuli in equum tranſtuliſti, & rurſus ex acie cum triumpho rediſti; totamque hanc urbem repentinâ tuâ in hoſtes eruptione ſolicitam lætitiâ, & exultatione, & aris flagrantibus, & ſacrificiis, & odoribus accenſis Numini tuo impleſti. Ita utroque illius diei ſupremo tempore bis divina res pari religione celebrata eſt; Jovi dum pro futuris vovetur, tibi dum pro victoriâ ſolvitur.*

vocaſte, e fatto Vo' innanzi ciò, che avean deſſi promeſſo. Veddemmo Voi, ò Ceſare, il giorno ſteſſo nella veſta sfolgorata di pace, e nell' ammanto nobile del valore. Dirò con buona pace de' Numi, che lo ſteſſo Giove non varia ſi preſtamente l' aſpetto al ſuo Cielo, come facilmente Vo', Imperadore, cambiaſte la toga in corazza, lo ſcettro in lancia, dal tribunale ſcendeſte al campo, paſſaſte dalla curule al cavallo, e di nuovo ritornaſte dal campo in trionfo, riempiendo di allegrezza, di giubilo, di altari, di ſacrifizi, di profumi conſecrati alla voſtra divinità tutta queſta città ſpaſimante alla improvviſa voſtra ſortita contra i nimici. Coſi ne' momenti primi, e negli ultimi di quel giorno ſacrificoſſi due volte con eguale venerazione; a Giove nel far voti per l'avvenire, a Voi nello ſciorgli per la vittoria.

CAP. VII. *Tale igitur auſpicium illius anni quid ſequebatur, niſi novum aliquod & ingens miraculum? Quod autem majus evenire potuit illâ tuâ in Germaniam tranſgreſſione, qua tu* (d) *primus omnium Imperatorum probaſti, Romani Imperii nullum eſſe termi-*

CAP. VII. CHe dovea dunque ſeguire a sì felice principio di quell'anno, ſenon un qualche nuovo e ſopraggrande miracolo? E che potè avvenirne di più del voſtro paſſaggio nella Germania, con cui moſtraſte primo di tutti, non aver altro confine l'Imperio di Roma, che

a *Quæ precat. &c.* De more Conſulibus, ac Ducibus incepturis aliquid, & acturis.

b *Pacis habitu.* Togâ pacificâ, quæ domi geſtabatur.

c *Virtutis orn.* Paludamento Imperatorio, de quo jam diximus ad *Plinii cap.* 56. ſeu intelligit de armaturâ ferreâ, ſeu thorace. Noſter infra.

d *Primus omnium.* Encomiaſticè, ac adulatoriè, quot enim ex Romanis Imperatoribus ante Maximianum in Germaniam, ſuperioreſque provincias arma intulerunt?

Rhe-

minum , nisi qui tuorum esset laborum ? Atqui (a) *Rhenum antea videbatur ipsa sic natura duxisse , ut eo limite* (b) *Romanæ provinciæ ab immanitate* (c) *Barbariæ vindicarentur . Et quis unquam ante vos Principes non gratulatus est , Gallias illo amne muniri ? Quando non cum summo metu nostro Rheni alveum minuit* (d) *diu serena tempestas ? Quando non cum securitate nostrâ illius diluvia creverunt ? Credo itidem , optimam illam , fertilemque Syriam , velut amplexu suo tegebat Euphrates , antequam Diocletiano sponte se dederent regna Persarum . Verùm hoc ,* (e) *Jovis sui more , nutu illo patrio , quo omnia contremiscunt , & majestate vestri nominis consecutus est . Tu autem , Imperator invicte , feras illas indomitasque gentes vastatione , præliis , cædibus , ferro , ignique domuisti . Herculei generis hoc fatum est , virtuti debere quod vindicat . Exinde igitur soluto animo , ac libero sumus . Licet Rhenus arescat , tenuique lapsu vix leves calculos perspicuo vado pellat , nullus inde metus est : Quidquid ultra Rhenum prospicio Romanum est .*

che quel delle vostre fatiche ? Pareva dianzi, che avesse la natura situato il Reno in guisa, che si assicurassero per quella parte dalla fierezza de' Barbari le provincie di Roma. Ed innanzi a Voi chi non si rallegrò , che quel fiume formasse frontiera alle Gallie ? Quando mai senza nostro spasimo scemò le acque del Reno una stagion lunga di arsura? Quando colle sue fiumane la nostra sicurezza non crebbe? Così, anzi che si rendesse a Diocleziano la Persia , difendeasi , credo , dall' Eufrate quella doviziosa Soria ; il che egli ottenne, come il suo Giove, con quel cenno particolare , a cui trema ogni cosa, e colla maestà del vostro nome. Ma Vo', Imperadore invitto, domaste a forza di battaglie, di stragi, di disfertamenti, di ferro, di fuoco que' popoli fieri, e mai non domi . Questo si è il destino di chi discende da Ercole ; riconoscere ogni vendetta dal valore. Quinci ne viene, che siamo liberi , e senza cure . Secchisi pure il Reno , e con debil corrente muova appena i piccoli sassi in basso letto, più non si spasima: Quanto veggo di là dal Reno egli è tutto di Roma.

Sic

Così

a *Rhenum*. Rhenus Germaniæ fluvius, ipsam a Galliis dividens. Oritur ex Alpibus Rhæticis, defluitque uno amne a meridie in Boream ad Gueldriam usque, ubi in duo cornua scinditur, per quæ in Oceanum se se exonerat. De hisce dicemus alibi.

b *Romanæ prov.* Galliæ, quæ Romanis serviebant, & pace quidem plerumque firmiori ; plus enim motuum semper in Germaniâ .

c *Barbariæ*. Germaniæ, in quam Barbaræ nationes identidem ex ultimâ Europâ confluebant.

d *Diu serena*. Ex qua ariditas, aquarumque defectus in fluviis.

e *Jovis sui*. Adulatorie, Jovium enim se appellari volebat. Diximus, & supra. *cap.* 3.

CAP. VIII. *Sic* (a) *illa, quondam Romanæ potentiæ diu æmula, & inimica Carthago a Publio Scipione devicta est, cùm is, trajecto in Africam exercitu, Hannibalem ab Italiæ vastatione revocavit. Audieras hoc, Imperator, an ipse per te divinâ tuâ mente prospexeras, ita demum hostes funditus posse subverti, si in propriis sedibus vincerentur; nec prædam modò, quàm cepissent, amitterent, sed ipsi conjuges, ac liberos, & parentes suos, & carissima omnia capta mærerent? Hoc tu, sive cognitum secutus es, seu te auctore fecisti, utrumque pulcherrimum est; neque enim minorem laudem magnarum rerum æmuli, quàm ipsi merentur auctores: Quinimmo, quamvis optimum intentatæ rei consilium fortunæ committitur, iteratum idem atque repetitum ad certam judicii gloriam pertinet. Ideoque hoc nunc ambo, Sacri Imperatores, ipsa estis Scipione potiores, quòd & tu Africanum, & te Diocletianus imitatus est.*

CAP. VIII. COsì quella Cartagine, lungo tempo già rival', e nimica della potenza di Roma da P. Scipione fù vinta, quando, tragittata l'armata nell' Africa, levò egli Annibale dal disertare la Italia. Ripensaste Voi forse a questo, o colla vostra mente divina osservaste, potersi disfare alfine i nimici, vincendogli nelle proprie lor case; onde non solo perdessero le prede già fatte, ma dovessero piagner prigioni le mogli, i genitori, i figliuoli, e quanto avean di più caro? O abbiate voluto imitare un simil fatto, ò ciò sia stato vostro ritrovamento, l' una e l'altra guisa si è nobile; poichè non merita men di lode chi imita le grandi azioni di chi le ritrova: Anzi un partito non più tentato, sebben ottimo, si mette in mano alla sorte, che se più fiate si replica, egli è gloria sicurissima di prudenza. Siete dunque Voi ora, Sacri Imperadori, di Scipione più prudenti, perchè, ed imitaste Voi l'Africano, e Diocleziano imitò Voi.

CAP. IX. *Ingressus* (b) *es nuper illam, quæ Rhætis est objecta, Germaniam; similique virtute Romanum limitem victoria protulit. Adeo Numini illius simpliciter amanterque quidquid* (c) *pro his cæteris feceras retulisti, cum ex diversâ orbis parte coeun-*

CAP. IX. ENtraste poco anzi nella Germania per quella parte, che guarda la Rezia; e con egual valore si stesero con una vittoria sola i confini di Roma. E Voi con affetto sincero e amoroso riconosceste dalla divinità di lui tutto l'operato allora che, incontrandovi da parti opposte

a *Illa.* Vide Historiam apud Livium, Dec. 3. l. 10. & *Florum* l. 2. c. 15.
b *Es.* De Diocletiano dici hæc adnotat *Acidalius*, legendumque *est*; Contra tamen censeo, & nihil immuto.
c *Pro his cæt.* Obscura lectio. Ex conjecturâ *Puteanus* legit *hisce terris.*

Coeun-

(a) *coeuntes invictas dexteras contuliſtis : Adeo fidum fraternumque fuit illud eloquium , in quo vobis mutua prabuiſtis omnium exempla virtutum , atque invicem vos , quod fieri jam poſſe non videbatur , auxiſtis ; ille tibi oſtendendo dona Perſica , tu illi ſpolia Germanica . Sed neque illum virtutes tuæ bellicæ a liberalitate, neque illius opes a bellicâ virtute te revocarunt . Ambo nunc eſtis largiſſimi , ambo fortiſſimi , ab hac ipsâ veſtri ſimilitudine magis magiſque concordes ; & , quod omni conſanguinitate certius eſt , virtutibus fratres . Sic fit , ut vobis tantum Imperium ſine ullâ amulatione commune ſit , neque ullum inter vos diſcrimen eſſe patiamini ; ſed planè , ut* (b) *gemini illi Reges Lacedæmones Heraclidæ , Rempublicam pari ſorte teneatis . Quamquam hoc vos meliores , & juſtiores , quòd illos mater æſtu coegit , cum nemini fa-*

poſte del mondo, ſtrigneſte ſcambievolmente le invitte deſtre. Sì puro e cordiale fù quell'incontro, in cui deſte amendue eſempli di ogni virtù, e vi aggrandiſte, ciò che parea non poteſſe farſi, l'un l'altro, ſpiegando a Voi deſſo i doni della Perſia, Voi a lui le ſpoglie della Germania. Nè ſtornarono lui dall'eſſere liberale le voſtre impreſe, o Voi le ricchezze di lui dal valore. Siete tutti e due ora generoſi, e valoroſi a maraviglia, renduti da coteſta voſtra ſomiglianza vie più concordi, e, ciò ch'è pruova più ſicura di ogni parentado, fratelli nelle virtù. Ond'è, che un'Imperio sì grande è fra di Voi comune ſenza rivalità; nè laſciate correr divario nel voſtro vivere, ma, come appunto que' due Re di Sparta, diſcendenti da Ercole, godete il comando egualmente. Voi però ſiete migliori, e più giuſti; poichè deſſi volle ad arte la madre, che del pari per cagione dell'

età

c *Coeuntes*. Mediolani inquit *Livineius*, ut colligitur ex *Genethliaco Maximiani*. Ego tamen ſi locum hunc cum Eutropio confero varie diſtrahor: Conſtat enim ex ipſo, Maximianum primo, & ſecundo prælio victum a Perſis, tertio demum in Armeniâ commiſſo ingentem de illis victoriam retuliſſe, ipsâ Narſei Regis gazâ, ac familiâ captâ, inde ovantium more ad Diocletianum reverſum fuiſſe in Meſopotamiam, a quò honorificè ſuſceptus eſt. Quomodo igitur Mediolani convenerunt; aut quomodo Diocletianus Maximiano dona Perſica oſtendit, quæ hic quinimmo ad illum detulerat? Dicam igitur alterum a noſtro intelligi Imperatorum occurſum, & poſteriora innui Perſarum ſpolia, quæ victi hoſtes ad Diocletianum miſerint. Victoriæ huic Perſicæ, quæ maxima fuit, credo ſignatum fuiſſe Nummum, quem vide *Tab. 2. num.* 10. & 11. ubi etiam cernere eſt imagines ipſorum Imperatorum ſe reſpicientium, ex quo quæ hìc a noſtro dicuntur lucem accipiunt.

d *Gemini*. Euriſthenes, & Patrocles, ſeu Procles Ariſtodemi Spartæ Regis, & Argiæ filii, teſte *Pauſan. in Laon.* At *Ælian. Hiſt. Anim. l. 2. c. 31.* Ariſtomachi filios dicit, *cui pater fuit Cleodæus, Hyllus avus, proavus Hercules*; ad quod ſi *Livineius* advertiſſet, non exprobraſſet auctori, quod Heraclidas illos appellarit. Horum mentionem faciunt etiam *Apollodor. l. 2. Strabo l. 8.* ac 10. *Herod. l. 6. Cic. l. 2. de Divinat.*

fateretur quem priùs edidisset in lucem , pari ætatis auctoritate regnare , vos hoc sponte faciatis , quos in (a) *summis rebus æquavit non vultuum similitudo , sed morum .*

età comandassero , non volendo confessar'essa ad alcuno qual' avesse dato primo alla luce ; e Voi ciò fate spontaneamente , renduti eguali in una sì alta autorità dalla somiglianza, non del volto , ma de'costumi .

CAP. X. *ATtamen illos , etiamsi discrimen sui scire potuissent , minùs mirum fuisset exiguam sibi communicasse regionem , quam sæpe* (b) *uno die impiger viator emensus est . Vos verò , qui Imperium non terra , sed Cœli regionibus terminatis , tantam vim , tantam potestatem mutuò vobis impartire divina profectò immortalisque fiducia est , quam cupiditas nulla perturbet . Et tamen vides , Imperator , non invenire me ex omni antiquitate quod comparem vobis , nisi Herculis gentis* (c) *exemplum . Nam ille quidem Magnus Alexander jam mihi humilis videtur* (d) *Indo Regi sua regna reddendo , cùm tam multi Reges , Imperatores , vestri clientes sint ; cùm per te Regnum receperit* (e) *Genobon , Esarech verò munus acceperit . Quid enim ille aliud expetivit , ad conspectum cum omni suâ gente veniendo , nisi ut tunc*

CAP. X. ESebben'avessero quegli anche potuto conoscersi per nō eguali, sarebbe men però da stupirsi , che si fossero fatta comune una ristretta provincia, la qual fu in un sol giorno misurata sovente da un camminante velocе ; ma che Voi, aventi per confin dell'Imperio il Ciel, non la terra, vi concediate l'uno all'altro parte di sì grande autorità e signoria , egli è ben proprio di una sicuranza divina e immortale, non turbata da veruna ambizione. Pur vedete, Imperadore, che in tutta l'antichità non ritrovo chi paragonarvi, se non un'esempio della famiglia di Ercole: Poichè quel Grande Alessandro , che restituì al Re dell'India i suoi Regni , parmi egli un basso confronto ; avendo Vo' , Imperadore , cotanti Re per clientoli, mentre racquistaste a Genobone il suo Regno, e lo donaste ad Esareco. E che più vi dimandò , ò Massimiano , colui quando comparivvi dinanzi con

a *Summis rebus*. Tam suprema Imperii auctoritate.

b *Uno die*. Dictum hoc exaggerationis gratiâ. Cæterùm Laconica regio non adeo brevis; a sinu enim Argolico Boream versùs usque ad Mediterraneum ad Austrum protendebatur, continebatque centum oppida. Vide, præter veteres Auctores, *Ubb. Emmium, de Græc. Vet. l.* 2.

c *Exemplum*. Euristhenem, & Proclem modò dictos.

d *Indo Regi*. Porro, quem magnâ clade superatum Alexander in Regni sui possessionem restituit.

e *Genobon*, &c. Regum hæc nomina ab Historicis non referuntur, ex hacque unâ noscimus Oratione.

Rex

tunc demum integrà auctoritate regnaret, cùm te, Maximiane, placassetˀ Ostendit ille te identidem, ut audio, popularibus suis, & interieri diù jussit, & obsequia discere, cùm tibi ipse serviret. Hoc eodem modo (a) Rex ille Persarum, nunquam se ante dignatus hominem confiteri, Fratri tuo supplicat, totumque, si ingredi ille dignetur, regnum suum pandit. Offert interim varia miracula, eximiæ pulchritudinis feras mittit; amicitiæ nomen impetrare contentus, promeretur obsequio.

con tutti i suoi, se non di allora infine intieramente regnare, quando vi aveste placato? Additovvi, come intendo, a' suoi cortigiani sovente; volle che in Voi si fissassero; e mentre a Voi egli serviva, imparassero a rispettare. Così quel Re della Persia, che mai non degnò per addietro di confessarsi uomo, or'al vostro Collega s'inchina; gli apre tutto il suo regno, ove non isdegni d' entrarci; presenta in tanto varie cose maravigliose; manda fiere di sopraggrande bellezza; e pago di ottenere il nome di amico, se lo merita col rispetto.

CAP. XI. *VEstra hoc concordia facit, invictissimi Principes, ut vobis in tantâ æqualitate successuum etiam fortuna respondeat; Rempublicam enim unâ mente regitis, neque vobis tanta locorum diversitas obest, quominus etiam, velut junctis dexteris, gubernetis. Ita, quamvis majestatem regiam geminato Numine augeatis, utilitatem imperii singularis consentiendo retinetis. Quare, si non frustra Græci Poetæ hominibus justitiam colentibus repromittunt binos gregum fœtus, & duplices arborum fructus, nunc omnia gentibus universis gemina debentur, quarum vos domini tam sanctè justitiam, & concordiam colitis. Tu quidem certè, Imperator, tantum esse in concordiâ bonum statuis, ut etiam*

CAP. XI. LA vostra concordia, invittissimi Principi, si è la cagione, che in eguaglianza sì grande di avvenimenti la fortuna pur'anche vi corrisponda, mentre con una mente sola la Repubblica Voi reggete; nè la diversità sì grande de luoghi può mai fare, che quasi colle destre unite non la reggiate. Così, sebben rendete più alta la regia maestà col raddoppiare la divina vostra persona, avete, mercè del vostro accordarvi, il vantaggio di un solo comando. Perciò, se i Poeti Greci non vanamente promettono a' giusti doppj delle gregge i parti, doppie le frutta degli alberi, devesi adesso a tutto il mondo doppia ogni cosa, mentre Voi, che ne siete i padroni, coltivate sì esattamente la giustizia, e la unione, considerata da Voi per

a *Rex ille*. Narseus, seu Ormisdas ejusdem nepos.

Exem-

(a) *etiam eos, qui circà te potissimo funguntur officio, necessitudine tibi, & affinitate devinxeris, id pulcherrimum arbitratus, adhærere lateri tuo, non timoris obsequia, sed vota pietatis, quorum ductu proximè, cùm felicissimis vestris auspiciis uterentur, lubrica illa fallaxque gens Barbarorum, ut merebatur,* (b) *affecta est. Vestra hæc, Imperator, vestra laus est: A vobis profecisci tur etiam, quod per alios administratur. Ut enim omnia commoda Cœlo terràque parta, licèt diversorum Numinum ope nobis provenire videantur, a summis tamen auctoribus manant, Jove rectore Cœli, & Hercule pacatore terrarum, sic omnibus pulcherrimis rebus, etiam quæ aliorum ductu geruntur, Diocletianus facit, tu tribuis effectum. Vestra inquam fortuna, vestra felicitatis est, Imperator, quòd jam milites vestri ad Oceanum pervenere victoriâ, jam casorum in illo littore hostium sanguinem reciproci fluctus sorbuerunt.*

per un bene sì grande, che vi legasse in intrinsichezza, e in parentela ancor quegli, che tengono il principal posto appo Voi; stimando più ragguardevole, che stienvi affianco, non gli ossequj dello spasimo, ma i voti della pietà, colla condotta de' quali, uniti a' felicissimi vostri auspicj, gastigaronsi meritamente testè que' Barbari incostanti, e bugiardi. Lode vostra ella sì è, ò Imperadore, che da Voi provenga ancora quanto altri fà. Poichè, come tutti i beni del Cielo e della terra, sebben par' egli che vengano dalla destra di varj Iddj, sgorgan però da que' primi autori, Giove signore del Cielo, ed Ercole acquetator della terra, così tutte le imprese più nobili, che fannosi anche sotto l'altrui condotta, Diocleziano le promove, Voi le ultimate. Vostra fortuna, Imperadore, vostra felicità dissi ella sì è l'essere arrivati colle vittorie i vostri soldati all'Oceano, e l'essersi beuto dalle onde incostanti il sangue de' nimici morti sopra quel lido.

CAP. XII. Quid nunc animi habet (c) *ille pirata*,

CAP. XII. Che coraggio avrà quel corsale orachè ve-

a *Etiam eos*. Capio, inquit *Livinejus* de Constantio Chloro, cui Theodoram privignam Maximianus in matrimonium collocavit. Constantius utique hic, Constantini Magni pater, a Maximiano Cæsar factus est, fuitque mox etiam, illo in privatum secedente, Imperator A. 304. Simili modo Diocletianus Gal. Maximianum Armentarium cognomento Cæsarem creavit, atque eidem Constantio collegam dedit, ipsi etiam in uxorem datâ filiâ Galeriâ Valeriâ. Horum omnium Nummos vide in Tabellâ Orationi præfixâ.

b *Affecta est*. Clade maximâ. Ingentem Barbarorum vim a Constantio fusam testantur *Eutrop. l. 9. & Aur. Vict.*

c *Ille pirata*. Carausius, de quo jam diximus ad *cap.* 2. Ipse postea ab Allecto familiari suo sublatus est; ipseque Allectus, qui tyrannidem arripuerat, ab Asclepiodoro Constantii præfecto est oppressus. Vide Carausii, & Allecti Nummos in eâdem Tabellâ.

Fre-

ta , cùm (a) *fretum illud , quo ſolo mortem ſuam hucuſque remoratus eſt , penè veſtros exercitus videat ingreſſos , oblitoſque navium refugum mare ſecutos eſſe quà cederet ? Quam nunc inſulam remotiorem , quem alium ſibi optet Oceanum ? Quo denique pacto effugere pœnas Reipublicæ poteſt , niſi ſi hauſtu terra devoretur , aut turbine aliquo in devia ſaxa rapiatur ? Ædificatæ ſunt , ornataque pulcherrimæ claſſes , cunctis ſimul amnibus Oceanum petituræ ; neque ſolùm ad perficiendas eas certatim homines laborarunt , ſed etiam ad excipiendas fluminа repente creverunt . Toto ferè anno , Imperator , quo tibi opus erat ſerenitate , ut navalia texerentur , ut trabes caderentur , ut artificum animi vigerent , nè manus torpeſcerent , nullus ferè dies imbre fadatus eſt ; hiems ipſa temperiem veris imitata eſt . Jam non Septentrioni nos putavimus ſubjacere , ſed , quaſi translatis ſideribus aut terris , meridiani cœli clementiam ſenſimus .* (b) *Fluvius hic noſter , diu pluviarum pabulo carens , impatiens erat navium , ſolam navalibus tuis materiam devehebat : Ecce autem ſubitò , cùm jam deduci* (c) *liburnas oporteret , tibi uberes fontes terra ſubmiſit , tibi largos imbres Jupiter fudit , tibi totis fluminum alveis*

Ocea-

vede il voſtro eſercito quaſi entrarſene in quello ſtretto , con cui ſolo ritardò finor la ſua morte , e ſcordato delle navi ſeguire il mare dove ſi abbaſſa? Ora qual'iſola più rimota, qual'altro Oceano ſi può egli bramare? Come può ſfuggire infine il gaſtigo della Repubblica, ſe, o non lo ingoja la terra, o non lo ſtraſcina una burraſca ſopra un dirupo? Sono già fabbricate, e ben corredate le belle navi, che per tutti i fiumi caleran nell' Oceano. Nè ſol ſudarono a gara gli operaj per alleſtirle, ma gli ſteſſi fiumi per meglio riceverle ſi gonfiarono d'improvviſo. Per tutto quaſi un'anno, in cui v'era uopo, Imperador , di ſereno per provvedere agli arſenali , per tagliare le travi , per rincorare gli artefici , onde non impigriſiero , non andò quaſi mai giorno bruttato di pioggia ; il verno ſteſſo imitò la tepidezza della primavera. Già credemmo di più non iſtarſene ſotto la Tramontana ; e , come foſſerſi traportate, o le ſtelle, o la terra , provammo la dolcezza del mezzo giorno . Queſto noſtro fiume , cui da lungo tempo mancava il nutrimento delle piogge , non potea portare le navi , e tragittava ſol la materia per fabbricarle . Ma , toſtochè biſognò condurre in giù i legni , tramandovi la terra fonti abbondevoli, Giove.

a *Fretum*. Inter Britanniam, & Picardiam Galliæ provinciam , nunc *Pas de Calais*, ab oppido ejus regionis.

b *Fluvius* , Si Oratio hæc dicta Treviris, ut conjectat *Sigonius*, fluvius erit Moſella.

c *Liburnas*. Erat Liburna navis minor , maritimæ militiæ inſerviens, valde expedita, & ſummæ velocitatis. Nomen ſumpſit a Liburnis Illyrici populis, qui eo navium genere ad percurſandum mare utebantur.

Non-

Oceanus redundavit. Ita in aquas ſponte ſubeuntes impetum navigia fecerunt, levi modò commota nixu ducentium, quorum ad feliciſſimum illud exordium magis opus erat (a) *nautico carmine, quàm labore. Facilè itaque quivis intelligit, Imperator, quàm proſperi te ſucceſſus in re maritimà ſecuturi ſint, cùm jam ſic tempeſtatum opportunitas obſequatur.*

ve diluviò; e per empiere i letti de' fiumi ſi alzò l'Oceano. Gittaronſi all'acqua dunque felicemente le navi, ſpinte con poco ſtento ſol da coloro, che conduceanle, e che a quel principio fortunatiſſimo avean più uopo di marinareſche canzoni, che di fatica. Toſtamente ognun dunque intende quanto felici avventure in mare ſeguirvi debbano, ò Imperadore, ſe le ſtagioni così vi ſecondano.

CAP. XIII. *FElix igitur talibus Roma Principibus (fas eſt enim, ut hoc dicendi munus pium unde capimus terminemus), felix, inquam, & nunc multò felicior, quàm ſub Remo, & Romulo tuis. Illi enim, fratres quamvis geminique eſſent,* (b) *certaverunt tamen, uter ſuum tibi nomen imponeret,* (c) *diverſoſque montes, & auſpicia ceperunt; hi verò conſervatores tui, ſit licèt nunc tuum tantò majus Imperium, quantò latius eſt vetere pomerio quidquid homines colunt, nullo circa te livore contendunt. Hi, cùm primùm redeant ad te triumphantes, uno cupiunt invehi curru, ſimul adire Capitolium, ſimul habitare Palatium. Utere quæſo tuo-*

CAP. XIII. ODunque felice Roma ſotto a tali Principi (ben convien ch'io finiſca il pio impegno del mio diſcorrere dove incominciò) felice diſſi, e vie più ora, che ſotto a' tuoi Romolo e Remo. Imperciocchè deſſi, ſebben fratelli e gemelli, quiſtionaron però qual di loro ti deſſe il ſuo nome, ſalirono diverſi monti, preſero diverſi auguri; ma queſti tuoi conſervatori, benchè ora ſieſi il tuo Imperio tanto più grande, quãto dell'antico tuo pomerio ſi è più vaſta la terra tutta, non ſi contendono con attio l'uno all'altro il poſſederti. Deſſi quando ſe ne ritornino a te in trionfo, vogliono in uno ſteſſo cocchio eſſer condotti, gir'inſieme ſul Campidoglio, ed abitare inſieme il Pa-

a *Nautico carm.* Reſpicit Auctor, puto, ad celeuſma, ſeu celeuma nauticum, quæ vox ſignificat propriè quidem juſſionem illam, quæ remigantibus, ſeu voce, ſeu tibiâ dabatur, ut ad illius ſonum remigationem moderarentur, at transferri etiam conſuevit ad ſignificandum clamorem eorundem, cum, portu procul viſo, finem navigationis feſtis vocibus conclamant. *D. Paulin. de red. Nicetæ. Navitæ lati ſolitum celeuſma Concinant, verſis modulis in hymnos.* Et *D. Hieron. Epiſt. ad Heliod. Latantium more nautarum epilogi celeuma cantandum eſt.* Celeuſma a noſtro innui adnotavit & *Cl. Cellarius.*

b *Certaverunt.* Ennius Annal. l. 1. *Certabant urbem Romamne Romamque vocarent; Omnis cura viteis, uter eſſet Induperator.*

c *Diverſoſque.* Ille *Aventinum, hic Palatinum occupat.* Flor. l. 1. c. 1.

Ad-

xuorum Principum utroque cognomine , cum non cogaris eligere . Licet nunc ſimul , & Herculia dicaris , & Jovia . O quantò nunc , Imperatores , illa civitas eſſet auguſtior , quantò magis hunc natalem ſuum diem coleret , ſi vos ſtipatos veſtro Senatu in illà Capitolini Jovis arce conſpiceret ! Quæ nunc ſine dubio præſentiam veſtri ſibi fingit , ædes veſtrorum Numinum frequentando , & identidem , ſicut a majoribus inſtitutum eſt , invocando Statorem Jovem , Herculemque Victorem ; hoc enim quondam illi Deo cognomen (a) adſcripſit is , qui , cum piratas onerariâ nave viciſſet , ab ipſo audivit Hercule per quietem , illius ope victoriam contigiſſe . Adeo , Sacratiſſime Imperator , multis jam ſæculis inter officia eſt Numinis tui ſuperare piratas.

Palazzo. Prendi , te ne priego , il cognome di amendue li tuoi Principi, giacchè a farne ſcelta non ſei ſforzata. Puoi ora chiamarti Erculea, e Giovia. Oh quanto, Imperadori, più auguſta Roma or ſarebbe, quanto apprezzerebbe più queſto giorno della ſua fondazione, ſe vi vedeſſe in quella rocca di Giove ſul Campidoglio, dal Senato voſtro accerchiati! Roma, diſſi, che or vi figura preſenti con frequentare ſovente, come ſi comandò da' maggiori, i templi de' voſtri Iddj, e con implorar Giove Statore, ed Ercole Vincitore; cognome, che già gli ſi poſe da chi, dopo vinti con una nave da carico i corſali, ſentì dirſi dallo ſteſſo Ercole in ſogno, ch' era ſeguita mercè ſua la vittoria. Così, o Imperadore, da molti ſecoli fra gl'impegni del voſtro Idio ſi ſtà il debellare i corſali.

CAP. XIV. *SEd profectò maturè ille illuceſcet dies , cum vos videat Roma victores , & alacrem ſub dextrà (b) filium , quem ad honeſtiſſimas artes omnibus ingenii bonis natum felix aliquis præceptor expectat , cui nullo labore conſtabit divinam immortalemque progeniem ad ſtudium laudis hortari . Non neceſſe erit (c) Camillos , & Maximos , & Curios , & Carones pro-*

CAP. XIV. MA ſpunterà ben preſto quel giorno, in cui Roma vegga Voi vincitori, e ſotto alla voſtra deſtra lo ſpiritoſo figliuolo, che nato con tutt'i vantaggi dell' indole per le arti buone è atteſo da un fortunato maeſtro , cui non coſterà ſtento alcuno l'eſortarlo ad applicazioni di lode, ſendo egli di un ſangue divino, e immortale: Non avrà uopo di porgli avanti i Ca-

a *Adſcripſit is*. M. Octavius Herrenius, qui, cum mercaturam inſtituiſſet, & a prædonibus quondam circumventus fuiſſet, fortiſſimè pugnavit, piratasque vicit. *Hunc in ſomniis Hercules docuit ſuâ operâ ſervatum*, &c. Vide *Macrob. Satur. l.* 3.

b *Filium*. Maxentium puto. De hoc alibi.

c *Camillos*, &c. Viros Romanæ Reipublicæ virtute clariſſimos, & notiores, quàm ut eorum hiſtoria ſit referenda. Similis ſententia apud *Stat.*, *Sylv. L.* 5., *Carm.* 2., *Aliis Decii, reduceſque Camilli moſtrentur; tu diſce Patrem*, &c.

Gen-

proponere ad imitandum ; quin potius vestra illi facta demonstret ; vos identidem , & semper ostendat præsentes , & optimos Imperatoriæ institutionis auctores . Interim tamen te , gentium (a) *Domina , quoniam hunc optatissimum Principem in Galliis suis retinet ratio Reipublicæ , quæsumus (si fieri potest) nè huic invideas civitati , cui nunc ille similitudinem majestatis tuæ confert , natalem tuum diem celebrando in eâ consuetudine magnificentiæ tibi debitæ : Teque ipsum , Imperator , oramus , ut , etiam cùm vos , totius orbis securitate compositâ , illa Imperii vestri mater acceperit , amplexus ejus arctissimos interdum piis manibus resolvatis ; tuque potissimùm (credo enim hoc idem Diocletianum Oriens rogat) has provincias tuas frequenter illustres , & , profundissimâ licèt pace florentes , adventu Numinis tui reddas feliciores . Vides , Imperator , quanta vis sit tuorum in nos cælestium beneficiorum ? Adhuc præsentiâ tuâ fruimur , & reditum desideramus .*

Camilli, i Massimi, i Curj, i Catoni perchè li imiti; dovrà spiegargli anzi le vostre imprese, e dimostrargli Voi stessi, veri ed ottimi maestri di educazione da Imperadori. In tanto, giacchè i pubblici affari impegnano quest' ottimo Principe nelle sue Gallie, ti preghiam', ò Signora delle genti, di non invidiare (se far lo puoi) questa città, che rende oggi egli simile alla tua maestà, solennizandovi giusta l'uso colla dovuta magnificenza il giorno tuo natalizio. Voi pure, ò Imperadore, preghiamo, quando, dappoichè avrete assicurato il mondo, accoglieravvi amendue quella madre del vostro Imperio, a sciorvi talora con isforzi di pietà dagli di lei strettissimi abbracciamenti; a spesso rasserenare, Voi specialmente, (e dimanda, credo, lo stesso a Diocleziano il Levante) queste provincie; e a renderle, benchè fioriscano di una pienissima pace, colla comparsa della vostra divinità più felici. Vedete, ò Imperadore, quanto sia grande la forza de' vostri sovrani benefizj? Vi godiamo ancora presenti, e sospiriamo il vostro ritorno.

a *Gentium Domina*. Roma, quam & Gentium Deam dixit *Martialis l.* 12. *Epig.* 8. Deam Romam, & Invictam Romam repræsentant Nummi, quos vides *Tab.* 3. *n.* 1. *&* 2.

EJUS-

*EJUSDEM CLAUDII MAMERTINI GENETHLIACUS

* Maximiani Augusti.

III.

CAP. I. *OMnes quidem homines, Sacratissime Imperator, qui majestati vestræ laudes canunt, & gratias agunt, debitum vobis conantur exolvere, (quis enim est qui possit implere?) sentio tamen, a me, hoc præcipuè tempore, hoc pio vocis officium jure quodam sacrosancti fœnoris postulari, ut expectationem sermonis ejus, quem tuis Quinquennalibus præparaveram, hac (a) gemini natalis prædicatione compensem; & dicendi munus, quod tunc voti pro-

ORAZIONE DELLO STESSO CL. MAMERTINO

Per l'Anniversario della nascita.

Di Massimiano Augusto.

III.

CAP. I. TUtti quegli, che lodano, e ringraziano la vostra maestà, Sacratissimo Imperadore, tentano per verità di pagare i loro doveri (e chi potrebbe soddisfarli a pieno?) ora però specialmente sentomi obbligato per certo titolo di sacra usura a questo pio discorso, per compensarvi col panegirico di un doppio nascimento l'aspettazione del già da me preparato al vostro Cinquennio; e per tributarvi in osservanza di dovere la orazione a Voi promessa per voto.

to.

* *Ejusdem*. Sic legunt omnes ferè. In aliis habetur *P. ejusdem Genethliacus Maximiani*, quod idem est; nam *P.* interpretor *Panegyricus*. Ejusdem autem Auctoris esse geminas hasce Orationes suadet, præter alia, styli ratio, & caracteris similitudo, quod opinati sunt etiam *Sigonius*, *Puteanus*, & nuperrimè *Cellarius*.

* *Maximiani*. Herculii; ejus nempe, cui & proxima Oratio dicta.

a *Gemini*. Complectitur etiam natalem diem Diocletiani Imp. Collegæ.

promissione susceperam, nunc religione debiti (a) *repræsentem. Voveram autem, Sacratissime Imperator, longè infra spem honoris ejus, quem in me contulisti, (unde enim vel tantam fiduciam mei gererem, vel tam improbè concupiscerem, ut optare mihi quantum judicio vestro sum consecutus auderem?) Voveram, inquam, potissimùm, ut me dignatione, qua* (b) *pridem audieras, rursus audires; siquidem apud tanti præsentiam Numinis hoc ipsum mihi maximum dicendi præmium videbatur, ut dicerem. Gaudeo igitur, si fas est confiteri, dilatam esse illam cupiditatem meam; neque enim orationis ejus, quam composueram, facio jacturam, sed eam reservo, ut, Quinquennio rursus exacto, Decennalibus tuis dicam; quoniam quidem lustris omnibus prædicandis communis oratio est.*

to. Nè altro io mi augurava, Sacratissimo Imperadore, lontano dallo sperar l' onore, che mi faceste (e come poteva, o tanto confidar di me stesso, o formar brame così sfacciate, che osassi desiderarmi mai quanto hò ottenuto?) non altro, dissi, se non che colla medesima bontà di prima mi sentiste di nuovo; parendomi il maggior premio del mio parlare dinanzi ad un' Idio così grande lo stesso parlare. Dunque ne godo, s'è lecito il confessarlo, che differito sieasi quel mio desiderio; nè lascio smarrirsi già la orazione da me formata, ma la riservo a dire in capo a' dieci anni, finiti che ne sieno altri cinque; mentre di tutti gli lustri il panegirico si è lo stesso.

CAP. II. *ET profectò, si non sensus meos dicatorum vobis dierum proxima quæque veneratio sui majestate perstringit, hic mihi dies videtur illustrior, magisque celebrandus, qui te primus protulit in lucem. Etenim illi ipsi dies, quibus Imperii auspicia sumpsistis, ob hoc sancti sunt & religiosi, quòd tales declaraverunt Imperatores; at certè virtutes, quibus ipsum ornatis Imperium, gemini vestri procreavere natales. Quos quidem, Sacratissime Imperator, quoties annis volventibus revertuntur, vestri pariter,*

CAP. II. E In vero, se la veneraazione de'vicini giorni a Voi consecrati non abbaglia colla sua maestà i miei sentimenti, più sfolgorato, e più da celebrarsi a me egli par questo giorno, per essere il primo, che vi diede alla luce. Imperciocchè i giorni stessi, ne'quali prendeste l'Imperio, sono sacri bensì e venerabili, perchè dichiararono sì grandi Imperadori; ma le virtù, onde fregiate l'Imperio stesso, nacquero al vostro nascere. E questo giorno, Sacratissimo Imperadore, qualunque volta nel giro degli anni ritorna, da noi si adora con ossequio eguale verso di

(b) *Repræsentem*. Persolvam; hoc sensu verbum hoc etiam a *Plinio* l. 25. usurpatum: Adnotavimus ibi cum *Lipsio*.

(a) *Pridem*. Oratione antecedenti.

Ve-

ter, ac (a) *vestrorum Numinum reverentia colimus: Siquidem vos Diis genitos & nominibus quidem vestris, sed multò magis virtutibus approbatis, quarum infatigabiles motus & impetus ipsa vis divinitatis exercet, qua vos tantis discursibus toto, quem regitis orbe, deducit; ut nos semper* (b) *auxilii vestri caritate nuper ad libertatem pia conquestionis impuderit, cum itinera vestra ipsis hibernis diebus per vicina illa Cœlo Alpium juga, quibus Italiam natura vallavit, perque illa saxa, & duriorem saxis nivium densitatem desiderio vestri, & amore sequeremur; &* (c) *virtus vestra non sentiret, pati vos putaremus injuriam.*

di Voi, e de' voſtri Numi; mentre, che da Iddj Voi naſciate lo provano bensì i voſtri nomi, ma vie più le voſtre virtudi, il cui ſpirito, e movimento infaticabile vien' eſercitato da quella forza divina, che vi guidò in tanti viaggi pel voſtro mondo, che ci obbligò affannoſi di amore, teſtè ſpecialmente, ad un libero e pio rammarico, quando colla brama e coll'affetto ſeguivamo le voſtre carriere ne' giorni ſteſſi del verno per quelle balze delle Alpi vicine al Cielo, onde fu trincierata la Italia dalla natura, per que' dirupi, e per le nevi degli ſteſſi dirupi più dure, credendo che ne provaſſe Voi detrimento, e pure il voſtro valore non riſentivaſi punto.

CAP. III. *REddidimus tamen rationem ſolicitudinis* (d) *vestra, & inspectà penitus veritate cognovimus, quæ causa faciat, ut nunquam otio acquiescere velitis; profectò enim non patitur hoc cœlestis ille vestri generis conditor. Nam primùm omnium quidquid immortale est stare nescit, sempiternoque motu se servat æternitas; deinde præcipuè vestri illi parentes, qui vobis & nomina & imperia tribuerunt, perpetuis maximorum operum actionibus occupantur. Ille siquidem Diocletiani auctor Deus, pra-*

CAP. III. REndemmo però la ragione della voſtra ſollecitudine, e ſcoperta del tutto la verità, conoſcemmo donde naſca il non volere Voi ſtar'in ozio, cioè perchè nol permette l'autore del voſtro celeſte caſato. Poichè in primo luogo ciò ch'è immortale non ſa fermarſi, e con un movimento che non finiſce dura la eternità; poſcia que' voſtri genitori, che vi diedero e nome ed imperio, ſtanſi occupati di continuo in opere grandi. Così quell'Idio autore di Diocleziano, oltre all'aver cacciati già dal Cielo i

i Ti-

a *Vestrorum*. Jovis, & Herculis.

b *Auxilii*. Legendum *anxios* conjectat *Livinejus*, & quidem appositè; nec enim aliter sententia reddi potest.

c *Et virtus vestra*. Sic legunt omnes, sed corruptus hic sanè locus. Inserenda, puto, vox *licèt*; seu postea legendum *dum pati vos*, &c.

d *Vestræ*. Sic retinui, cum plerisque; ab aliis malè, meo judicio, emendatur *nostræ*.

præter depulsos quondam Cœli possessione (a) *Titanas, & mox* (b) *biformium bella monstrorum, perpeti curâ, quamvis compositum, gubernat imperium, atque hanc tantam molem infatigabili manu volvit, omnium quoque rerum ordines ac vices pervigil servat. Neque enim tunc tantummodò commovetur cùm tonitrua incutit, & fulmina jacit; sed, etiamsi tumultuantia elementorum officia pacavit, nihilominus tamen & ipsas, quæ tacitè labuntur, auras placido sinu fundit, & in adversa Cœli* (c) *nitentem impetu rapit Solem. Itidem quoque, Maximiane, Hercules tuus, mitto quòd, cùm inter homines erat,* (d) *terras omnes, & nemora pacavit, urbes* (e) *dominis crudelibus liberavit, etiam Cœlo* (f) *dirarum alitum volucria tela detraxit, etiam terrores Inferum abducto* (g) *custode compescuit, exinde certè nihilo-*

i Titani, ed oltre alle guerre poi fatte con orridi mostri, regge con attenzione continua il suo imperio, sebben tranquillo; raggira con destra non mai stanca sì vasta macchina, e veglia al conservamento del buon'ordine, e delle vicende di tutte le cose. Nè si muove già solo egli allora che scuote i tuoni, o scaglia le folgori; ma, benchè abbia quietati gli offici de' tumultuanti elementi, pur'ispargedal seno placido le stesse aure, che di là cadono con silenzio, e ritira con forza il Sole, che tenta di giugnere alle parti opposte del Cielo. Così il vostro Ercole, ò Massimiano, (lascio che, quando era fra gli uomini, acquetò tutte le terre, ed i boschi, liberò le città da' crudeli tiranni, levò dall'aria gli uccelli fierissimi saettatori, fiaccò le minacce dell'Inferno con istrascinarne di là il custode) poichè adottato fu dagl'Iddj, e che sposò la Giovanezza, egli è un continuo di-

a *Titanas*. Cœli, ac Terræ filios, Saturni fratres. Hi adversùs Jovem bellum movere, qui fulminibus Cyclopum manu constructis eosdem fecit. Vide fabulam notissimam apud *Apollod. l.* 1, & *Natal. Com. l.* 2. *c.* 20.

b *Biformium b. m.* Gigantum, qui Jovem pariter lacessiverunt; at eosdem ipse Hercule adjutus vicit, ac sustulit. Dicuntur isti fuisse pedibus anguis; quare *Ovid. Fast. l.* 5. *Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues*; ideo biformes a nostro dicuntur. Vide *Macrob. Saturn. l.* 1.

c *Nitentem*. Cum ad Tropicos pervenit, solem retrovertere jubet versùs Æquatorem; bis in anno, solstitio nempe Hyemali, mense Decembri, & Æstivo, mense Junio.

d *Terras omnes*. Sublatis monstris omnibus, & belluis ferocissimis, quæ agros infestabant, quales erant Leo Nemeus, Hydra Lernæa, Aper Erimanthius, Equæ Diomedis, &c.

e *Dominis crud.* Sublatis, Diomede Bistonum, Geryone Hispaniæ Regibus.

f *Harpyarum*. Fuere Harpyæ animalia volatilia, rapacissima, & fœdissimi odoris. De ipsis *Virgil. Æneid. l.* 3. *Virginei volucrum vultus fœdissima ventris Proluvies, uncæque manus, & pallida semper Ora fame*. Mirum quòd *Natal. Com. Mythol. l.* 7. *c.* 6. Harpyas cum Stymphalidis volucribus commisceat, quod & *Claudiano* priùs factum *Epigr.* 5. cui titulus *Histrix*; contra verò *Apollodor.* aliter has, aliter illas describat. Videatur ipse *l.* 1. & 2.

g *Custode*. Cane janitore, Cerberotricipiti.

Ado-

minus post (a) adoptionem Cœlitum, (b) Juventaque connubium perpetuus est virtutis assertor; omnibusque fortium virorum laboribus favet, in omni certamine conatus adjuvat justiores. His quidem certè diebus, quibus (c) immortalitatis origo celebratur, instigat, ut videmus, illos (d) a sacris certaminibus arcitos, ut pertinaci animositate certandi multa faciant ipsius similia victoris. Adeò, Sacratissime Imperator, utraque vestra Numina semper aliquid agunt, agendumve curant, ut jam nobis illa, quam pro vobis susceperamus, cura ponenda sit, cùm non laborare vos, sed parentes Deos videamus imitari; cùmque præterea ingenitum illum vobis divinæ mentis ardorem etiam earum, quæ prima vos susceperè, regionum alacritas excitarit. Non enim in otiosâ aliquâ, deliciisque corruptâ parte terrarum nati institutique estis, sed (e) in his provinciis, quas ad infatigabilem consuetudinem laboris atque patientiæ, fracto licet oppositus hostis, armis tamen semper instructus limes exercet; in quibus omnis vita militia est; quarum etiam fœminæ cæterarum gentium viris fortiores sunt.

difenditor del valore; favora le fatiche de' forti, e in ogni battaglia sostenta il partito più giusto. Ed eccolo in questi giorni, ne' quali si celebra della vostra divinità il nascimento, rincorare, come veggiamo, que' rappresentatori de' sacri spettacoli, perchè con ostinato coraggio di duellare dien pruove, come desso già, quando riportava le sue vittorie. Così amendue i vostr' Iddj, Sacratissimo Imperadore, operan sempre, o procurano che si operi: Dobbiam perciò lasciare ormai quel pensiero, che di Voi si prendevamo, conoscendo, che non faticate già, ma imitate gl' Iddj vostri padri; accesosi in Voi poscia quel fuoco della mente vostra divina dalla stessa vivacità delle provincie, che furon le prime a ricevervi. Poichè non nasceste, nè foste allevati già in una parte del mondo scioperata, e guasta di morbidezza, ma in paesi appunto tenuti in esercizio, e renduti instancabili alla fatica dalle armate, che vi stan sempre sulle frontiere, sebben già disfatti i nimici, che lor confinano; dove tutta la vita è una guerra; dove le stesse femmine sono più forti degli uomini delle altre nazioni.

Ex

Per

a *Adopt. cæl.* Postquam in cœlum, nube cum tonitru sublatâ, remissus est, ut ait *Apollodor. l. 2.* & inter Deos adscitus.

b *Juventaque conn.* Auctor citatus de Hercule; *Immortalitatem adeptus, & revocatus in gratiam cum Junone Hebem illius filiam uxorem duxit.* Hebes autem, cum pulchertima esset, Jovique placuisset, ab eodem juventæ præfecta fuit. Videsis fabulam apud *Natal. Com. l. 2. c. 5.*

c *Immortal. origo.* Dies natalis Imperatorum immortalium.

d *A sacris.* Libenter expungerem *a*, quod in mentem venerat etiam *Acidalio*. Intelligo autem de quolibet certandi genere, quod in ludis publicis exhibebatur.

e *In his provinc.* Diocletianus nempe in Dalmatiâ, Maximinianus in Pannoniâ, *de quibus alibi dictum.*

CAP. IV. *EX illis ergo causis stirpis vestræ, patriorumque institutorum illa veniunt, quæ sæpe miramur (interdum etiam pro amoris impatientiâ timebamus) quòd expeditiones vestras numerare non possumus; quòd diutius in iisdem manere vestigiis dedignamini; quòd vos a continuo rerum cursu gerendarum, non modò amœnitas locorum, aut nobilitas urbium, sed ne ipsa quidem victoriarum vestrarum lætitia remoratur. Illum modò Syria viderat, jam Pannonia susceperat: Tu modò Gallia oppida illustraveras, jam summas arces (a) Monaci Herculis frateribas. Ambo, cùm ad Orientem Occidentemque occupati putaremini, repente in medio Italiæ gremio apparuistis. Hos fructus capitis operum maximorum; sic interim meritorum conscientiâ triumphatis, dum triumphos ipsos semper vincendo differtis, quòd quæcunque pulcherrima facitis continuò transitis, & ad majora properatis; ut dum vestigia vestra miramur, dumque vos adhuc esse in conspectu putamus, jam de vobis audiamus longinqua miracula. Ita omnes provincias vestras, quas divinâ celeritate peragrastis, ubi sitis vicissim nesciunt; sciunt tamen vos ubique vicisse.*

CAP. IV. PEr cagion dunque del voſtro legnaggio, e della voſtra educazione domeſtica naſce con iſtupor noſtro, e ſovente ancor con iſpaſimo per la impazienza del noſtro amore, che non poſſiam numerare le voſtre ſpedizioni; che ſdegnate di lungamente fermarvi in un luogo; che, non ſolo l'amenità de' paeſi, e la ſfolgoratezza delle città, ma lo ſteſſo giubilo delle voſtre vittorie non vi ritarda dalla continuata carriera delle voſtre intraprese. Quegli appena ſi era veduto in Soria, che ſtavaſi in mezzo della Pannonia: Voi, appena illuminate le città della Gallia, già oltrepaſſavate la rocca di Ercole a Monaco. Amendue, quando credeaſi, che foſſe impegnati, o nel Levante, o nel Ponente, compariſte d'improvviſo nel cuor della Italia. Queſto ſi è il frutto, che cogliete dalle grandi opere; ed intanto trionfate col merito, differendo col ſempre vincere la funzion del trionfo, e oltrepaſſando toſtamente le imprese anche più nobili, per affrettarvi ad altre maggiori: Sicchè mentre ancora veggianvi fermi, mentre crediamo, che ci ſiate ancora preſenti, ne udiam di Voi da lontano i miracoli. Così tutte le provincie, che giraſte con preſtezza da Iddj, non ſanno mai dove ſiate; ſanno benſì, che in ogni luogo vinceſte.

CAP. V. *SED rebus bellicis, victoriisque vestris, Sacra-*

CAP. V. MA le voſtre azioni di guerra, e le voſtre

Sa-

a *Monaci Her.* Nunc *Monace*, quod oppidum cum arce, & portu in Liguriæ finibus, Nicæam versùs, quæ modò Nizza.

tratiſſime Imperator, & multi ſummâ eloquentiâ præditi ſæpe dixerunt, & ego pridem, cùm mihi auditionis tuæ divina dignatio eam copiam tribuit, quantùm potui prædicavi. Hodie verò ſi de duabus rebus, quas ad hoc tempus aptiſſimas, niſi fallor, elegi, dicere mihi veſtrâ favente majeſtate contigerit, de cæteris veniam ſilentii petam. Non commemoro igitur virtute veſtrâ Rempublicam (a) ſaviſſimo dominatu liberatam; non dico exacerbatas ſæculi prioris injuriis per clementiam veſtram ad obſequium rediiſſe provincias; mitto etiam dies feſtos victoriis, triumphiſque celebratos; taceo trophæa Germanica, in mediâ defixa Barbariâ; tranſeo limitem Rhetiæ, repentinâ hoſtium cladè promotum; omitto Sarmatiæ vaſtationem, oppreſſumque captivitatis vinculis Saracenum: Etiam illa, quæ armorum veſtrorum terrore facta ſunt, velut armis geſta, tratereo; Francos ad petendam pacem cum Rege venientes, Parthumque vobis munerum miraculis blandientem. Notam mihi propono dicendi legem; ut cùm omnia videar ſilere, quæ ſumma ſunt, oſtendam tamen, ineſſe laudibus veſtris alia majora.

CAP. VI. *QUæ igitur illa ſunt? Pietas, Sacratiſſime*

ſtre vittorie, Sacratiſſimo Imperadore, e da più facondi ſoggetti li rammentarono ſpeſſe fiate, ed io teſtè, quando la bontà voſtra in udirmi me lo permiſe, ne formai le lodi poſſibili. Che ſe avverrammi oggi di ſporre, mercè voſtra, due punti, ſcelti da mè come i più convenevoli a queſto tempo, ſe ben mi appongo, chiederò perdono di aver taciuto il reſtante. Non rammento dunque l'aver Voi liberata con valore la Repubblica da una barbara tirannia; non ridico l'aver Voi ridotte a divozione colla clemenza tante provincie, guaſte dagli oltraggi del ſecol paſſato; laſcio i giorni, ne' quali ſolennizzaronſi le voſtre vittorie, i voſtri trionfi; tacio i troſei nella Germania, piantati in mezzo al paeſe de' Barbari; trapaſſo i confini della Rezia, che dilataſte con improvviſo ſcempio de' nimici; abbandono il guaſto della Sarmazia, e la ſchiavitudine, con cui opprimeſte i Saracini. Tralaſcio ancor ciò, che fece il terrore delle voſtre armi, come ſe fatto lo aveſſero le armi ſteſſe; che vennero i Franchi col proprio Re a chiedervi pace, e che vi placarono i Parti con doni maravigliosi. Nuova legge di favellar mi propongo, per dimoſtrarvi, dappoichè ſembrino da me taciute le voſtre lodi più alte, eſſerne in Voi nonpertanto delle maggiori.

CAP. VI. QUali dunque mai ſono? La pietà, e la feli-

a *Saviſſ. dom.* Carini Imperatoris, ut puto, cum quo Diocletianus ſæpe conflixit, quo etiam ſublato Imperium obtinuit.

ſime Imperator, atque felicitas. Nam primùm omnium quanta veſtra erga Deos pietas, quos aris, ſimulacris, templis, donariis, veſtris denique nominibus adſcriptis, adjunctis imaginibus ornaſtis, ſanctioreſque feciſtis exemplo veſtræ venerationis? Nunc enim verè homines intelligunt quænam poteſtas Deorum, cum tam impensè colantur a vobis. Deinde, id quod maximè Deorum immortalium cum religione conjunctum eſt, quantâ vosmet invicem pietate colitis? Quæ ulla unquam vidêre ſæcula talem in ſummâ poteſtate concordiam? Qui germani, geminive fratres indiviſo patrimonio tam æqualiter utuntur, quàm vos Orbe Romano? Ex quo profectò manifeſtum eſt, cæterorum hominum animas eſſe (a) humiles & caducas, veſtras verò cœleſtes & ſempiternas. (b) Obtrectant ſibi invicem artifices operum ſordidorum; eſt inter aliquos etiam canoræ vocis invidia; nihil denique tam vile, tamque vulgare eſt, cujus participes malignis æmulationis ſtimulis vacent. Vester verò immortalis animus omnibus (c) operibus, omnique fortunâ, atque ipſo eſt major Imperio. Vobis Rhenus, & Iſter, & Nilus, & cum (d) gemino Tigris Eu-

felicità voſtra, Sacratiſſimo Imperadore. E in primo luogo quanto ſi è grande la pietà voſtra verſo gl'Iddj, che arricchiſte di altari, di ſtatue, di templi, di doni, e col ſoprapporvi i voſtri nomi, coll'aggiugnervi le voſtre immagini, coll'eſempio della voſtra venerazione rendeſte più riveriti? Ora infine intendono gli uomini qual ſia il poter degl' Iddj, ſe da Voi sì vivamente ſi adorano. Poſcia, ciò che coll'adorazione degl' Iddj immortali più ſi conviene, con quanta pietà vi riſpettate l'un l'altro? Qual ſecolo vide mai tal concordia in un sì alto comando? Quali fratelli, o gemelli godono di pari un patrimonio non diviſo, come Vo'il Mondo di Roma? Ond'è chiaro, che le anime degli altri uomini ſono baſſe e mortali, ma le voſtre celeſti ed eterne. Malignanſi i fabbricatori di opere vili; paſſa infra certi invidia di bella voce; ne v'ha coſa infine sì baſſa e plebea, che vada eſente da'pungoli maligni della emulazione chi la poſſede; ma l'animo voſtro immortale ſi è ſuperiore ad ogni ricchezza, ad ogni fortuna, ed all'Imperio medeſimo. Il Reno, il Danubio, il Nilo, il Tigri col doppio Eufrate, l'uno e l'altr'Oceano do-

ve

a *Humiles*, &c. Impia aſſentatio.

b *Obtrectant*. Notum proverbium *Figulus Figulo*, deductum ab Heſiodo, cujus verba; *Et Figulus Figulo, & Fabro Faber invidet alter*, &c.

c *Operibus*. In multis legitur *opibus*.

d *Cum gemino*. Geminum, puto, vocat Euphratem, quòd cum Tigri ſe commiſceat, prope Cteſiphontem, inde cum eodem in Perſicum ſinum elabatur; ſeu quòd ex duobus fluviis concurrentibus coaleſcat.

Quà

Euphrate, & uterque, (a) quà lucem accipit, & reddit Oceanus, & quidquid est inter ista terrarum, & fluminum, & littorum tam facili sunt æquanimitate communia, quantùm sibi gaudent esse communem oculi diem. Ita duplices vobis divinæ potentiæ fructus pietas vestra largitur; & suo uterque fruitur, & consortis Imperio.

ve nasce e tramonta la luce, e quanto avvi di terra, di fiumi, di lidi fra dessi sono a Voi sì comuni con tutto il consentimento, come godono gli occhi di avere il giorno comune. Così la vostra pietà rendevi doppio il frutto del divin vostro potere, godendo ciascheduno di Voi, e l' Imperio suo proprio, e quel del Collega.

CAP. VII. *Laurea illa devictis accolentibus Syriam nationibus, & illa Rhætica, & illa Sarmatica te, Maximiane, fecerunt pio gaudio triumphare. Itidem hic gens (b) Cavionum, Erulorumque deleta (c) transrhenanâ victoriâ, & domitis oppressa Francis bella piratica Diocletianum votorum compotem reddiderunt. Dividere inter vos Dii immortales sua beneficia non possunt; quidquid alterutri præstatur, amborum est. Obstupescerent certè omnes homines admiratione vestri, etiamsi vos idem parens, eademque mater ad istam concordiam naturæ legibus imbuissent. Atenim quanto hoc admirabilius, vel pulchrius, quòd vos castra, quòd prælia, quòd pares victoriæ fecere fratres? Dum virtutibus vestris favetis, dum pulcherrima invicem facta laudatis, dum ad summum fortunæ fastigium pari gradu tenditis, diversum sangui-*

CAP. VII. GLi allori per le vittorie sopra la Siria, sopra i Reti, ed i Sarmati fecervi, ò Massimiano, trionfare di un'allegrezza ben pia. Si appagò così Diocleziano collo sterminio fatto quì de' Cavioni, e degli Eruli, colla vittoria di là dal Reno, e colla oppressione delle scorrerie de' Franchi corsali. Non possono fra Voi dividere i lor benefizj gl' Iddj immortali; tocca ad entrambi ciò, che ad un solo si fà. Stupirebbero a questo miracolo tutti gli uomini, anche se per cagion di natura foste imbeuti di quella concordia dallo stesso padre, e dalla stessa madre. Quanto dunque più maraviglioso, e più nobil' egli si è l'esser Voi divenuti fratelli ne' campi, ne' cimenti, nelle vittorie! Nell'onorare le vostre virtù, nel lodare scambievolmente le vostre nobili azioni, nel dirizzarvi con passi eguali alla cima più alta della fortuna, mischia-

a *Quà lucem accipit*, &c. Debetur loci hujus olim depravati emendatio *Cl. Grutero*, qua bono animo utor, cùm ipsa utatur & *Cellarius*. Minus feliciter, quamvis jactanter, locum hunc restituere conatus est *Livineius*; *quam late cedit & redit Oceanus*.

b *Cavionum*. De hisce, & Erulis dictum jam *Paneg. antec. c. 5.*

c *Transrhen. vict.* In Bagaudas, & Gallos.

quinem affectibus miſcuiſtis. Non fortuita in vobis eſt germanitas, ſed electa. Notum eſt, ſæpe eiſdem parentibus natos eſſe diſſimiles; certiſſima fraternitatis eſt uſque ad imperium ſimilitudo, (a) *quæ ne etiam intervallum veſtræ vincit ætatis, & ſeniorem junioremque caritate mutuâ reddit æquales; ut jam illud falsò dictum ſit, non delectare ſocietatem rerum, niſi inter pares annos. Intelligimus enim, Sacratiſſimi Principes, geminum vobis, quamvis diſpares ſitis ætatibus, ineſſe conſenſum; neque tu illi videris promptior, neque tibi ille cunctatior; ſed invicem voſmet imitamini, invicem veſtros affectatis annos. Sic ambo eſtis juniores, ambo ſeniores; neuter plùs ſuis moribus favet; uterque ſe vult hoc eſſe, quod Frater eſt.*

chiaſte cogli affetti il ſangue diverſo. La fratellanza in Voi non è di accidente, ma di elezione. Si ſa, che i figliuoli di uno ſteſſo padre ſono ſpeſſo fra loro diſſimili; l' eſſere ſomiglianti perfin nel comando egli è ſegno della fratellanza più vera, che vince la diſtanza della età voſtra, ed agguaglia con pietà vicendevole un vecchio ad un giovane; onde falſamente fu detto, che la compagnia non diletti ſe non gli eguali di anni. Sappiamo, Sacratiſſimi Principi, che, ſebben diſeguali di età, però vi accordate come gemelli; nè Voi ſembrate a lui più ſpedito, nè a Voi deſſo più tardo; ma v'imitate l'un l'altro, e vi bramate gli anni l'uno dell'altro. Così amendue ſiete giovani, amendue vecchi; niuno più ama gli ſuoi coſtumi; ed ognuno vuol' eſſere, qual'è il Collega.

CAP. VIII. *INdè igitur proximè illa impatientia veſtræ pietatis irrupit, quòd vos nullæ regionum longinquitas, nulla iniquitas locorum, nulla tempeſtatis aſperitas retinere, aut morari potuit, quominus ad conſpectum veſtri pervolaretis. Neque enim illud progreſſio fuit, nec itineris confectio, nec ſolitis adminiculis uſa properatio.* (b) *Quis ſimili concitu eques, aut veliuola navis? Divinus quidam impetus fuit, quo repente in eundem locum*

CAP. VIII. QUindi nacquero dunque teſtè le ſmanie della voſtra pietà, onde nè lontananza di provincie, nè aſprezza di paeſi, nè orridezza di ſtagioni vi potè trattenere, o ritardare, ſicchè amendue non volaſte ad incontrarvi. Nè fu già quello un cammino, un viaggio, un affrettamento, conforme il ſolito. Qual deſtriero, qual nave a gonfie vele corre sì preſto? Egli ſi fu un certo empito divino quello, con cui giugneſte d'improvviſo nel luogo ſteſſo

a *Quæne.* Variè caſtigatur ab aliis hic locus; ego unà variatà literà contentus legerem *næ.*

b *Quis.* Ita repoſitum a P. *de la Baune*, juxta *Langii* emendationem. Ab aliis legebatur *quid*, ab aliis *quod.*

Ab

cum (a) *ab utroque Solis adverſo fine veniſtis ; ipſos ſiquidem , quos præmiſeratis , nuncios reliquiſtis ; ipſam , quæ vos conata eſt prævenire , famam prævertiſtis ; ut abſque pauciſſimis , qui vobis comites hærere potuerunt , cæteri homines fortaſſe crediderint* (*quod ità dignum & majeſtate veſtrâ*) *diurna vobis , & nocturna curricula* (b) *utraque mundi lumina commodaſſe . Sed removeamus iſtinc fabulas imperitorum ; verum loquamur . Veſtra vobis pietas , Sacratiſſime Imperator , volucres dedit curſus ; etenim cum nihil ſit animo velociùs , vos , quorum ignea immortaleſque mentes minimè ſentiunt corporis moras , pervecti eſtis ad nos mutui deſiderii celeritate .*

ſteſſo dagli due oppoſti confini del ſole , laſciativi addietro i corrieri ſpediti innanzi , ed avanzata la ſteſſa fama , che pure sforzoſſi di prevenirvi : Sicchè , tranne pochi , che poterono ſtarvi affianco , crederanno forſe gli altri uomini (ed è ben degno della voſtra maeſtà) che vi preſtaſſero giorno e notte i lor cocchi i due luminari del mondo . Ma tralaſciamo le fole degl'ignoranti , e parliam vero . La voſtra pietà , Sacratiſſimo Imperadore , vi diede l'ali ; poichè , non avendovi coſa più veloce dell'animo , Voi , che ſiete di mente immortal' e di fuoco , che non pruova i ritardi del corpo , arrivaſte quì colla preſtezza del voſtro ſcambievole deſiderio .

CAP. IX. *SEd qua tandem vice temporum , quo tempeſtatis habitu ? Nempe hieme ſaviſſimâ , & (c) in his quoque regionibus inuſitatâ ; cùm agros glacies , glaciem nives premerent , cælo pariter , ac terris uniformibus ; cùmque ipſi anhelitus hominum circa ſua ora concreti rigore caneſcerent ; adeo , ut res eſt , adverſùs inclementiam locorum , ac ſiderum veſtra vos majeſtatis potentia* (d) *tuebatur ; & cæteris hominibus , atque regio-*

CAP. IX. MA in che tempo , ed in quale ſtagione ? In un verno aſpriſſimo , nè più ſentito ; in cui , rigido egualmente il Ciel che la terra , premeanſi i campi dal ghiaccio , il ghiaccio dalle nevi , vedutoſi biancheggiare indurato d'intorno alle labbra lo ſteſſo fiato degli uomini . Tanto dall'aſprezza de' luoghi , e delle coſtellazioni vi difendea il vigore della voſtra maeſtà ; e , mentre ſi ſtavano intirizzati , ed oppreſſi dalla forza del fred-

a *Ab utroque* . Maximianus e Galliis , Occidentali regione , Diocletianus ex Aſiâ , provinciâ Orientali .

b *Utraque* , &c. Solem , & Lunam , quorum illum quadrigâ , hanc bigâ vehi fabulati Poetæ .

c *In his* . Alpinis nempe .

d *Tuebatur* . Cuncta fœdis adulationibus plena . Minùs aſſentationis in Nummo æreo Diocletiani , qui Imperatoris tutelam Jovi refert . Vide *Tab. 3. n. 3.* ubi adnota quòd *Tutoris nomen* , ut inquit *Patinus* , *in Nummis* , *hoc excepto* , *non occurrit* .

Inde

gionibus vi frigorum adſtrictis & oppreſſis, vos ſolos aura lenes, vernique flatus, & deductis nubibus ad itinera veſtra directi Solis radii ſequebantur. Tantâ facilitate illa, quæ tunc aliis forent inacceſſibilia, ſuperaſtis; atque inde (a) *Julias, hinc Cottias Alpes, quaſi relictas æſtu arenas patentium littorum, tranſcurriſtis. Eant nunc rerum veterum prædicatores; &* (b) *Hannibalem illum multis laboribus, magnâque exercitus ſui diminutione Alpes penetraſſe mirentur: Vos, invictiſſimi Imperatores, prope ſoli Alpium vias, hibernis nivibus obſtructas, divinis veſtigiis aperuiſtis; ut quondam* (c) *Hercules per eadem illa culmina Iberiæ ſpolia incomitatus abduxit.*

freddo gli altri uomini, e gli altri paeſi, Voi ſoli accompagnavano aure ſoavi, venticelli di primavera, raggi di Sole, che, diſſerrate le nuvole, accompagnava il voſtro cammino. Con sì grande facilità paſſaſte ſtrade allora inarrivabili ad altri; e volaſte, di là oltre alle Alpi Giulie, di quà oltre alle Cozie, come ſtate foſſero ſecche arene di aperti lidi. Vadanſi ora i lodatori delle antiche azioni, e ſtupiſcano, che a grande ſtento, e con non poca perdita dell'eſercito penetraſſe Annibale l'Alpi. Vo', invittiſſimi Imperadori, ſoli quaſi ne apriſte colle piante divine le ſtrade ingombrate dalle nevi, come già Ercole ſtraſcinò ſenza chi lo ajutaſſe le ſpoglie riportate nella Spagna per quelle medeſime alture.

CAP. X. *Tum ſi fortuna cauſaque Hannibalis, ac veſtrorum itinerum comparentur, quantò hæc veſtra Diis, hominibuſque acceptiora ſunt? Quantò laude, ac ſempiternâ memoriâ digniora? Tunc, Pœno ex ſummis Alpibus viſo, Italia contremuit: ſtatim* (d) *paſcua,*

CAP. X. CHe ſe confrontanſi gli avvenimenti, e le cagioni de' viaggi di Annibale, e de' voſtri, queſti agli uomini, ed agl'Iddj quanto ſono più cari? Quanto di lode, e di eterna memoria più meritevoli? Spaſimò allora la Italia, veduti dalla cima delle

a *Inde Julias*, &c. Diocletianus nempe Julias, quæ Italiam ab Illyrico ſejungunt, Maximianus Cottias, quæ Gallias ab Italiâ, cum uterque Mediolanum tenderet. Vide adnotata ad *Pac. Pan. c.* 30.

b *Hannibalem*. Nota Hiſtoria ex *Livio lib.* 21. Deo eodem *Silius l.* 3. *Rumpit inacceſſos aditus, atque ardua primus Exſuperat*, &c.

c *Hercules*. Conſonant illa *Pomponii Læti*; *Maximianus laborum Herculis æmulus niveas Alpes majori conatu tutior calcavit*. Quantùm Imperator hic Herculis, a quo ſe genitum dicebat, imitator credi geſtiret, teſtantur & Nummi ejuſdem, in quorum nonnullis Hercules cum Leone concurrens viſitur, & quidem non uno typo. Unum hic appono æreum magni moduli, apud me exiſtentem. *Tab.* 3. *num.* 4.

d *Paſcua*. Retinui quod erat in editione Pariſienſi *A.* 1655. In aliis eſt *Pecua* non malè; ſcimus enim Veteres *quod modò pecus pecudis dicimus, hoc pecus, hæc pecua plurale* dixiſſe. Vide plura apud *Priſcianum l.* 6. Hinc *Papinio, Sylv. l.* 3. *Carm.* 3. dictum; *Pecuaria culta Galeſi*.

Qua-

cua, agrique deserta; omnes familiæ rusticanæ silvas, & ferarum cubilia petivere: Quo nuncio accepto omnibus oppidis matres Italæ pensa e manibus abiecerunt, parvos liberos abreptos ad templa traxerunt. Ibi ædes sacras passo capillo suo (a) quaque verrebat; planctu ploratuque futuris cladibus omnia dabant; (b) Thrasymenum, & Cannas dolore præsago præcanebant. Nunc autem, ut primùm ex (c) utrisque Alpium jugis vestrum numen effulsit, totâ Italiâ clarior lux diffusa; omnibus, qui suspexerant, æqua admiratio, atque dubitatio invecta, & quinam de illis montium verticibus orirentur, an his gradibus in terras Cœlo descenderent. Ut verò propiùs propiùsque capti estis agnosci, omnes agri oppleti, non hominibus modò ad visendum procurrentibus, sed etiam pecudum gregibus remota pascua, & nemora linquentibus. Concursare inter se agricolæ, nunciare totis visa; aræ incendi, thura poni, vina libari, victima cædi; cuncta gaudio calere, cuncta plausibus tripudiare; Diis immortalibus laudes grateſque cantari; (d) non opi-

delle Alpi i Cartaginesi; si abbandonarono tosto armenti, e campagne; ogni famiglia fuggì dalle Ville ne' covili delle fiere alle selve. In tutte le castella gittarono a quell'avviso le donne i pennecchi; e presi in fretta i figliuolini, gli trassero al tempio. Scopava quivi ognuna colle chiome sparse i sacri pavimenti, piagnendo, ed abbandonando ogni cosa alle stragi, che doveano seguire; e presagia con dolore indovino gli scempi del Trasimeno, e di Canne. Adesso comparì appena da amendue le cime dell'Alpi la vostra divinità, che si sparse per tutta la Italia una chiarissima luce, con eguale stupore che dubbio in chi dal piano vi riguardava, e chi mai spuntasse da que' monti sì alti, e se quelle fossero scale per cui si discendesse dal Cielo. Ma tostochè più da vicino s'incominciò a riconoscervi, affollaronsi nelle campagne, correndo a vedervi, non solo uomini, ma stuoli di bestie, che da pascoli, e da boschi lontani partivansi. Correansi incontro i villani, ragguagliando il veduto; accendeansi altari, abbruciavansi incensi, offerivansi vini, sgozzavansi vittime; ardea ogni cosa di giubilo, tutto tripudiava di applausi; cantavansi lo-

a *Quæque verrebat.* Mos hic olim fœminis, quin & matronis ipsis, in calamitatibus fuit. Unde *Livius, Lib. 3., strataque passim matres, crinibus templa verrentes,* &c. Item *Statius, Theb. l. 9., telidas verrentem crinibus aras linquit.*

b *Trasym. & Cann.* Illum Hetruriæ lacum, nunc *Lago di Trassignano*, ubi Romani clade ingenti, duce Flaminio, ab annibale fusi sunt; hasce Apuliæ urbem, seu vicum ignobilem, ut mavult *Florus l. 2. c. 6.* cujus nunc ruinæ tantùm supersunt, ubi ab Hannibale pariter Romani, ducibus Æmilio Paulo, & Terentio Varrone, profligati, ac pene deleti, quadraginta millium cæde.

c *Utrisque.* Cottiis, & Juliis.

d *Non opin. traditus,* &c. Non Jupiter ille, qui Deorum Rex esse traditur; sed Diocletianus Imperator Jovius.

Non

opinione traditus, ſed conſpicuus, & præſens Jupiter cominus invocari ; (a) non advena , ſed Imperator Hercules adorari .

ſi lodi, e ringraziamenti agl'Iddj immortali ; chiamavaſi il nome di Giove, non del creduto per fede, ma del preſente, che ſi vedea ; adoravaſi Ercole, non il foreſtiero, ma l'Imperadore .

CAP. XI. *Quid ? Illud (Dii boni !) quale pietas veſtra ſpectaculum dedit, cùm in Mediolanenſi palatio , admiſſis qui ſacros vultus adoraturi erant , conſpecti eſtis ambo, & (b) conſuetudinem ſimplicis venerationis geminato Numine repentè turbaſtis . Nemo ordinem Numinum ſolitâ ſecutus eſt diſciplinâ ; omnes adorandi morâ reſtiterunt , duplicato pietatis officio contumaces . Atque hæc quidem , velut interioribus ſacrariis operta veneratio , eorum modò animos obſtupefecerat , (c) quibus aditum veſtri dabant ordines dignitatis ; ut verò limine egreſſi per mediam urbem ſimul vehebamini , tecta ipſa ſe , ut audio , pene commoverunt ; omnibus viris , fœminis , parvulis , ſenibus , aut per fores in publicum prorumpentibus , aut per ſuperiora adium limina imminentibus . Clamare omnes præ gaudio , jam ſine metu veſtri , & palam manu demonſtrare : Vides Diocletianum? Maximianum vides? Ambo ſunt ; pari-*

CAP. XI. E Che ſpettacolo (buon Idio!) preſentò la voſtra pietà , quando da chi entrò nel palazzo in Milano per adorare le ſacre ſolle veduti amendue ; e raddoppiando le divinità, alteraſte d'improvviſo l'uſanza di venerarne una ſola! Non badò alla preminenza de' Numi nelle ſolite cirimonie veruno ; tutti fermaronſi ritardando le adorazioni , oſtinati in quel doppio uſizio di pietade. La detta venerazione , in certa guiſa coperta da que'ſacrarj del palazzo, avea ſorpreſi gli animi ſolamente di coloro, a'quali permetteva la entrata il grado de'lor'onori ; ma quando di là uſciti vi portavate inſieme per mezzo la città, ſi ſcoſſero quaſi , come ſento dire, le ſteſſe caſe , sboccando gli uomini tutti , le donne , i fanciulletti , i vecchi dalle porte in pubblica ſtrada , o ſtandoſi a guardarvi dall'alto . Gridavan tutti di giubilo ſenza alcun riguardo di Voi ; ed apertamente a dito moſtravanvi : *Vedi Diocleziano , e Maſſimiano?*

c *Non advenæ*. Non Hercules ille, advena quondam in Italiâ ex Hiſpania, ſed Maximianus Imperator Herculius.

a *Conſuet. ſimpl. vener.* Priùs enim unicum tantùm, &, ſi etiam plures eſſent Imperatores, ſingillatim tamen illos videre populi conſueverant; quare ipſorum veneratio ſimplex erat, ut quæ in unicum ferebatur.

b *Quibus adit.* Quibus ſcilicet in dignitate, ſive urbanâ, ſive militari conſtitutis permiſſum erat ingredi, & adire Imperatores: non enim in Palatium turbæ ingreſſus.

Au-

pariter ſunt. Quàm junctim ſedent ! Quàm concorditer eloquuntur ! Quàm citò tranſeunt! *Nemo ſtudio ſuo par fuit oculis ad intuendum ; dumque vos alternà cupiditate mirantur , neutrum ſatis videre potuerunt .*

no? *Li vedi? Sono amendue, vanno di pari . Come unitamente ſi ſtanno aſſiſi! Con quanta concordia favellano ! Come trapaſſano preſtamente* ! Non potè alcuno guardarvi quanto voleva ; ed oſſervando con anſietà or l' un' or l'altro di Voi , non potè vederne un ſolo abbaſtanza.

CAP. XII. *IPſa etiam gentium Domina Roma, immodico propinquitatis veſtræ elata gaudio , uſque e ſpeculis ſuorum montium proſpicere conata , quò ſe vultibus veſtris propiùs expleret , ad intuendum cominus quantum potuit acceſſit . (a) Lumina ſiquidem Senatus ſui miſit , beatiſſimæ illi per eos dies Mediolanenſium civitati ſimilitudinem majeſtatis ſuæ libenter impertiens , ut ibi tunc eſſe ſedes Imperii videretur , quò uterque venerat Imperator. Interim tamen , dum mihi ante oculos pono quotidiana veſtra colloquia , conjunctas in omni ſermone dexteras , joca , ſeriaque communicata , obtutu mutuo tranſacta convivia , illa me cogitatio ſubit , quanam animi magnitudine ad reviſendos exercitus veſtros diſceſſeritis , pietatemque veſtram utilitate Reipublicæ viceritis . Qui tunc veſtri ſenſus fuere , qui vultus ? Quàm patientes ad diſſimulandum indicium perturbationis oculi ? Reſpexiſtis profectò ſæpius , neque hæc de vobis vana finguntur ; talia vobis dediſtis omnia ci-*

CAP.XII. LA ſteſſa Roma Signora del mondo , giubilando oltre modo per la voſtra venuta , tentò mirarvi dalle vette perfin de'ſuoi monti , ed accoſtoſſi a vedervi quanto più vicino potè , per ſaziarſi più d'appreſſo de'voſtri volti . Spedì perciò i lumi del ſuo Senato alla città di Milano , feliciſſima in que' giorni , dandole volentieri una certa ſomiglianza della ſua maeſtà , perchè pareſſe quivi eſſere dell'Imperio la ſedia , dov'erano amendue capitati gl'Imperadori . Mentre però dinanzi agli occhi mi pongo i voſtri cotidiani ragionamenti ; il tener ſempre impalmate le deſtre ; i concetti burlevoli , e ſerj ; i pranzi paſſati con iſcambievoli ſguardi , vò ripenſando con qual coraggio ſiate poi ritornati a vedere i voſtri eſerciti , ed abbiate vinta la voſtra pietà col rifleſſo al pubblico bene . Quali ſi furono allora i voſtri ſentimenti? Quai gli ſembianti? Come ſaldi gli occhi a diſſimulare i ſegni dell'interna conturbazione! Ben vi riguardaſte più fiate ; nè ſon già queſte finzioni : Così tutto

a *Lumina* . Senatores e præcipuis ; niſi mavis intelligere Conſules.

So-

citò ad conſpectum mutuum reverſuri.

CAP. XIII. *Facilis eſt mihi tranſitus, Sacratiſſime Imperator, ab hac pietatis veſtræ laude ad prædicationem felicitatis: Hoc enim ipſum felicitatis eſt, quòd ut conſpicere vos invicem complectique poſſitis in manu veſtrâ eſt.* (a) *Solem ipſum, Lunamque cernimus, quia totius mundi funguntur officiis, nonniſi poſt multa ſæcula certâ lege temporum convenire. Veſtra tamen libera eſt, & beata majeſtas, ut in ſummis rebus generis humani nihil vobis neceſſe ſit, niſi veſtra parere pietati. Cæterùm ſi quis ad humana reſpiciat, quantò magis magnitudo veſtræ felicitatis appareat? Homines privatis rebus intenti ita plerumque propriis difficultatibus implicantur,* (b) *ut omnino vacent aditu ſuorum; vos tantæ Reipublicæ adminiſtratione ſuſceptâ, quos huc atque illuc tot urbes, tot caſtra, tot limites, tot circumjecta Romano Imperio flumina, montes, littora vocant, tantum animis, ac fortunâ valetis, ut in unum convenire poſſitis, nihilominus orbe ſecuro; neque enim pars ulla terrarum majeſtatis veſtræ potentiâ caret, etiam cùm ipſi abeſſe videamini.*

tutto faceſte, dovendo ritornar ben preſto a vedervi.

CAP. XIII. DA queſta lode della voſtra pietà, Sacratiſſimo Imperadore, facilmente paſſo a quella della felicità, di cui appunto il gran pregio ſi è l'eſſere in poter voſtro il guardarvi, e l'abbracciarvi l'un l'altro. Veggiamo non congiugnerſi, che dopo più ſecoli con ſtabilita miſura di tempo il Sole, e la Luna, che ſervono a tutto il mondo. Ma sì libera, e ſi felice è la voſtra maeſtà, che negli affari più alti per la ſalvezza degli uomini non avete uopo di ubbidire, ſe non alla voſtra pietade. Che ſe riflettiamo alle coſe del mondo, quanto comparirà più della voſtra felicità la grandezza? Gli uomini applicati a' privati maneggi ſono il più delle volte ne' propri impacci sì avviluppati, che non poſſono ammettere amici: Voi, addoſſatovi di sì alto ſtato il governo, quà e là chiamati da tante città, da tante armate, da tanti confini, da tanti fiumi, che accerchiano l'Imperio di Roma, da tanti monti, da tanti lidi, ſiete di animo, e di fortuna sì vigoroſi, che unir vi potete, ſenza danno però della ſicurezza del mondo; poichè niuna particella di eſſo è priva del vigore della voſtra maeſtà, nemmen'ove ſembri, che da quella ne ſiate lontani.

Ne Per

a *Solem*, &c. Phænomenon hoc Aſtronomicum explicent, qui valent capere.

b *Ut omnino vacent*. Sic retinui, ut in multis impreſſis eſt, & in *M. S.* Divi Marci. In aliis legitur *omnia evocarent* a. f.

Poe-

CAP. XIV. *NE tantulùm quidem Barbara nationes audent animos attollere, quòd vos in interiora Imperii veſtri ſeceſſeritis; quinimmò ipſi magis in vobis fiduciam pertimeſcunt, quòd ſe contemni ſentiunt cùm reliquuntur. Itaque illud, quod de Jove veſtro cecinit (a) Poeta Romanus, plena Iovis omnia eſſe, id ſcilicet animo contemplatus, quamquam ipſe Iupiter ſummum cœli verticem teneat, ſupra nubila, ſupraque ventos ſedens in luce perpetuâ, numen tamen ejus, ac mentem toto infuſam eſſe mundo, id nunc ego de utroque veſtrum audeo pradicare, ubicumque ſitis, in unum licet palatium conceſſeritis, divinitatem veſtram ubique verſari; omnes terras, omniaque maria plena eſſe veſtri. Quid enim mirum, ſi, cùm poſſit hic mundus Iovis eſſe plenus, poſſit & Herculis?*

CAP. XIV. PEr eſſervi ritirati nelle parti più addentro del voſtro Imperio, non oſan già i Barbari alzar mica il coraggio; anzi vie più tremano a coteſta voſtra fidanza, accorgendoſi di eſſere vilipeſi, allorchè da loro vi allontanate. Onde, come del voſtro Giove cantò il Poeta Romano, eſſere ogni coſa piena di Giove, ripenſando che, quantunque egli ſtieſi nel più alto poſto del Cielo ſopra le nuvole, ſopra i venti, in una luce perpetua, pure la di lui forza e ſoprantendenza ſi ſparge per tutto il mondo, io pure al preſente ardiſco dire di Voi, che, ovunque vi ſiate, benchè nello ſteſſo palazzo congiunti, ſtà però la voſtra divinità in ogni luogo; tutte le terre, tutti gli mari di Voi ſon pieni. E qual maraviglia, che, potendo eſſere pieno di Giove queſto mondo, poſſa eſſerlo pure di Ercole?

CAP. XV. *ADmonet me & temporis & loci ratio, & majeſtatis tua reverentia, ut finem dicendi faciam, quamquam de felicitate veſtrâ tam pauca dixerim, & tam multa reſtent. (b) Et ecce ſuggerunt; adhuc potes dicere de ſalubritate temporum, & fertilitate terrarum. Reverà, Sacratiſſime Imperator, ſcimus omnes, antequàm vos ſalutem Reipubli-*

CAP. XV. MI avviſano il tempo, il luogo, ed il riſpetto alla voſtra maeſtà di finire, benchè della voſtra felicità io m' abbia detto sì poco, e tanto ne reſti. Ed ecco ſentomi ſuggerire: Puoi favellar di vantaggio della ſalubrità de' tempi, e della fertilità delle terre. Sappiamo tutti a dir vero, Sacratiſſimo Imperadore, quanto ſcarſe foſſerſi le ricolte, e quanto grande la mortalità, prima che Voi rendeſte

a *Poeta*. Virgilius, Eclogâ 3. *Jovis omnia plena*, mutuatus illud forſitan ab *Arato*.

b *Et ecce*. Sic optimè legitur in M. S. *Divi Marci*. In aliis ferè omnibus legitur *Spiritum eſſe ſug.*

Pri-

blica reddideritis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, fame paſſim, morbiſque graſſantibus. Ut verò lucem gentibus extuliſtis, exinde ſalutares ſpiritus jugiter manant; nullus ager fallit agricolam, niſi quòd ſpem ubertate ſuperat; hominum ætates, & numerus augetur: rumpunt horrea condita meſſes, & tamen cultura duplicatur; ubi ſylva fuere, jam ſeges eſt; metendo, & vindemiando defecimus.

deſte alla Repubblica la ſua ſalvezza, imperverſando di tratto in tratto careſtia, e malori. Ma poichè faceſte rinaſcere la luce a' popoli, ne ſpirano aure ſalutevoli di continuo. Non v'ha campo, che inganni gli agricoltori, ſe non in ſuperare colla fertilità la ſperanza; creſce il numero degli uomini, e la età loro ſi allunga; romponſi gli granaj dalle biade, e pure del doppio coltivaſi; dove un tempo fu boſco, già ſi raccoglie; a mietere, e a vendemmiare mancammo.

CAP. XVI. *Illud verò, non ſuggeratur licèt, quoquomodo dicam, antequàm deſinam, tantam eſſe Imperii veſtri felicitatem, ut undique ſe Barbaræ nationes viciſſim lacerent, & excidant; alternis dimicationibus, & inſidiis clades ſuas duplicent, & inſtaurent; Sarmaticas veſtras, & Rhæticas, & Tranſrhenanas expeditiones furore percita in ſemet imitentur. Sancte Iupiter, & Hercules bone! Tandem bella civilia ad gentes illà veſaniâ dignas tranſtuliſtis; omnemque illam rabiem extra terminos hujus Imperii in terras hoſtium diſtuliſtis. Etenim, quod ait ille Romani carminis* (a) *primus Auctor*, A ſole exoriente ad uſque Mæotis paludes, *id nunc longiùs longiùſque protendere licet, ſi quis hoſtilem in mutuâ clade veſaniam toto orbe per-*

CAP. XVI. Dirò bene anzi che finire, benchè non vengami ſuggerito, eſſere la felicità del voſtro Imperio sì grande, che ſi sbranano, e ſi fanno in pezzi l'un l'altro in ogni luogo i Barbari; con battaglie ſcambievoli, e con inſidie raddoppiano, rinuovano i proprj ſcempj; infuriati contra ſe ſteſſi imitano le voſtre intrapreſe contra la Sarmazia, contra la Rezia, e quelle di là del Reno. Santo Giove! Buon'Ercole! Traportaſte perfine in coloro ben degni di così impazzire le guerre civili; e rilegaſte sì fatta rabbia da' confini di queſto Imperio ne' paeſi nimici. Che ben puoſſi egli ora ſtendere molto più ciò, che diſſe quel primo Poeta di Roma, *Dal naſcer del ſole fino alla palude Meotide*, ſe attendiamo alla forſennatezza de' nimici per tutto il mondo nel macello, che fan di ſe

a *Primus Auctor.* Ennius, apud quem legitur *Epigr.* 2. *in Scip. Afric. tumulum: A Sole exoriente ſupra Maeoti paludes, Nemo eſt qui factis meis æquiparare queat.*

Cit-

percenſeat . Etenim ab ipſo Solis ortu , non modò (a) circa (b) Maotin (c) ſub extremâ Septentrionis plagâ , quà fervidum caput Danubius evolvit , quàque horridus ſecat (d) Albis Germaniam , ſed etiam ſub ipſo lucis occaſu , quà (e) Tingitanum litus Calpetano monti obvium latus in mediterraneos ſinus admittit Oceanum , ruunt omnes in ſanguinem ſuum populi , quibus nunquam contigit eſſe Romanis , obſtinataque feritatis pœnas nunc ſponte perſolvunt .

ſe ſteſſi . Imperciocchè dallo ſteſſo naſcer del Sole , non ſolo intorno alla Meotide, e ſotto all' ultimo paeſe del Settentrione , dove alza l'arrabbiata teſta il Danubio, e dove divide la Germania l'orrido Albi, ma perfin nello ſteſſo Ponente , dove il lido Tingitano rincontro a Calpe introduce nel Mediterraneo l'Oceano , corrono contro al lor ſangue tutt' i popoli , a' quali non toccò eſſer vaſſalli di Roma ; e pagan' ora ſpontaneamente la pena della lor caparbia fierezza .

CAP. XVII.

FUrit in viſcera ſua gens effrana (f) Maurorum . (g) Gothi Burgundios penitus exſcindunt . Rurſum pro victis armantur Alamani ; itemque (h) Tervigi , pars alia Gothorum , adjuncta manu Thaifalorum , adverſùm Vanda-

CAP. XVII.

INfuriano contro alle proprie lor viſcere i Mori sfrenati. Da' Goti li Borgognoni ſi ſterminano. Prédono gli Alemanni di nuovo in pro de' vinti le armi ; e i Tervigi, altra porzione de' Goti, congiunti ad un corpo di Taifali ſcorrono aſſieme con-

a *Circa*. Sic repoſui cum *Livinejo* , cùm in pleriſque legeretur *hac citra* .

b *Maotin*. Eſt Mare Sarmatiæ , ſeu Palus, in quam per Cimmerium Boſphorum influit Pontus Euxinus , dividitque Europam ab Aſiâ ; nunc *Mar delle Zabacche* , aut *de la Tana* .

c *Sub extremâ*. Non capio. Nam Danubius oritur in parte quinimmo Meridionali Germaniæ , ex monte ſcilicet Abnobâ , ac Sylvâ Nigrâ in Suevià : Inde quidem, poſtquam Auſtriæ Viennam alluerit , in Septentrionem fertur per Hungariam, ſed & rurſum in meridiem labitur , ac verſùs ortum tandem in Euxinum Pontum ad Beſſarabiam effluit per ſex oſtia. Non igitur ſub extremâ Septentrionis plagâ Danubius eſt ; ſed ita non rigoroſè a noſtro dictum crediderim .

d *Albis*. Nunc *Elbe* , Germaniæ fluvius , in Sileſiâ ortus . Tendit in meridiem primò, mox in occidentem, demum in Septentrionem , & in Germanicum Oceanum influit , inter Bremenſem Ducatum , & Holſatiam .

e *Tingitanum*, &c. Tingitana pars eſt Mauritaniæ, ad fretum Herculeum, ab urbe Tingi, quæ nunc *Tanger*, ſic dicta. Ibi prope urbem Septam, quæ modò *Ceuta*, eſt mons Abyla, *Mont de Singes* Gallis, oppoſitus alteri monti in Hiſpaniæ provinciâ Bæticâ, ubi etiam urbs cum arce ejuſdem nominis, *Gibraltar* modò appellata. Montes illos Columnas Herculis dixere Poetæ ; unde & fretum Herculeum , per quod inter ipſos Oceanus in mare Mediterraneum ingreditur .

f *Maurorum*. Qui in Africâ ; & tum Meridiem , tum Occidentem indicant.

g *Gothi*, &c. In Europâ , ad Septentrionem.

h *Tervigi*. Iſti, & cum his Thaifali, populi pariter Septentrionales. Mentionem facit illorum *Eutrop. l.* 8. horum *Zoſimus l.* 2.

dalos, Gipedesque concurrunt. Ipsos (a) *Persas, ipsumque regem adscitis Saccis, & Ruffis, & Gellis petit frater* (b) *Ormies; nec respicit, vel pro majestate quasi Regem, vel pro pietate quasi fratrem. Burgundiones Alamanorum agros occupavere, sed suâ quoque clade quæsitos. Alamani terras amisere, sed repetunt. O magnam vim Numinis vestri! Non iste modo, aliaque gentes, viribus armisque terribiles, fiduciâ instructæ ad perniciem immanitatis utuntur, sed etiam* (c) *Blemyes illi, ut audio, levibus modò assueti sagittis, adversùs Æthiopas quærunt quæ non habent arma, & penè nudis odiis prælia internecina committunt.*

contro de' Vandali, e de' Gipedi. Contra i Persiani stessi, ed il Re loro il suo fratello Ormisda si muove, chiamati in ajuto i Sacci, i Ruffi, i Gelli; nè lo riguarda alla maestade per Re, o alla pietà per fratello. I Borgognoni presero le campagne degli Alemanni, ma a costo di sangue. Perdettero gli Alemanni que' luoghi, ma tentano di racquistarli. Gran forza della vostra divinità! Non solo i già detti popoli, con altri di forze e di armi terribili, e pieni di coraggio s'impegnano a sterminar la barbarie; ma gli stessi Blemj, avvezzi solo a leggiere saette contro gli Etiopi, cercano quelle armi, che non hanno; e quasi ignudi s'impegnano con l'odio solo in battaglie sanguinosissime.

CAP. XVIII. *Jam de perduellibus ultionem, non armis, non exercitu capitis, sicut hucusque fecistis; jam, inquam, fortunatissimi Imperatores, felicitatem vincitis soli. Et quid unquam Romani Principes de felicitate suâ prædicari latius audierunt, quàm cùm diceretur, hostes quiescere, otiosos esse, pacem colere? Atenim quantò hoc est latabilius ac melius, quòd de prosperitate sæculi vestri certatim omnium hominum ore circumfertur?*

CAP. XVIII. VI vendicate ormai de' felloni, non colle armi, non cogli eserciti, come finora; ormai, dissi, vincete, fortunatissimi Imperadori, la felicitade Voi soli. E che di più avventuroso sentironsi mai dire della loro felicità i Principi di Roma, che quando dicevasi; *Gli nimici posano; stanno in ozio; rispettan la pace?* Di quanto maggior giubilo, e vantaggio si è ciò, che a gara da tutti si và or dicendo della felicità del vostro secolo?

I Bar-

a *Persas.* In Asiâ, ad Orientem. Vides jam singulos mundi cardines a Nostro signatos.

b *Ormies.* Puto legendum *Ormisda*, ut conjectavit & *Livinejus.*

c *Blemyes.* Africæ populi, qui & Blemiæ *Zosimo l.* 1. ab Ægypto versùs Austrum Æthiopibus contermini, ad Nilum. De hisce mentionem faciunt *Strabo l.* 17. *Melal. l.* 1. *c.* 4. *Plin. l.* 5. *c.* 8.

Bar-

tur? (a) Barbari ad arma concurrunt, ſed invicem dimicaturi; vicere Barbari, ſed conſanguineos ſuos. *Tam innumeros vobis, tam novos ex omni hoſtium genere ſucceſſus fortuna ſuppeditat, ut jam mihi neceſſe ſit illa, quæ initio ſeparaveram, rurſus hic communi laude conjungere, dum tantorum eventuum quæro rationem. Felicitatem iſtam, optimi Imperatores, pietate meruiſtis.*

I Barbari pigliano l'armi, ma per combattere contro se ſteſſi: i Barbari vinſero, ma i loro congiunti. Avvenimenti sì innumerabili, e sì nuovi contro di tutti gli nimici preſentavi la fortuna, che mi è quì uopo, mentre ne rintraccio la lor cagione, di riunirea lode comune ciò, che da me fù diviſo a principio. Meritaſte, ottimi Imperadori, queſta felicitade colla pietà.

CAP. XIX. *OPtimè igitur, Sacratiſſime Imperator, quantùm arbitror, hæc potiſſima elegi, quæ gemino natali tuo prædicarem. Etenim cæteræ virtutes, & bona cætera proceſſu ætatis eveniunt; fortitudo annis accedentibus roboratur, continentia diſciplinæ præceptis traditur, juſtitia cognitione juris addiſcitur, ipſa denique illa, quæ videtur omnium rerum domina eſſe, ſapientia, perſpectis hominum moribus, & exploratis rerum docetur eventis: Sola cum naſcentibus pariter oriuntur pietas, atque felicitas; naturalia ſunt enim animorum bona, & præmia Fatorum. Gemini ergo natales piæ vobis mentes, & imperatorias tribuere fortunas; atque inde ſanctitatis veſtræ, omniumque ſucceſſuum manat exordium, quòd naſcentes vos ad opem generis humani bona* (b) *ſi-*

CAP. XIX. DUnque ben con ragione hò ſcelti, per quanto credo, ſpecialmente i punti già detti a lode del doppio voſtro naſcimento. Poichè le voſtre virtù, e gli altri beni naſcono coll'avanzarſi della età; la fortezza col corſo degli anni riſaldaſi; la temperanza da' precetti s'impara; ſi apprende la giuſtizia colla cognizione delle leggi; la ſapienza medeſima infine, che di tutte le coſe ſembra ſovrana, ſi acquiſta con oſſervare i coſtumi di ognuno, e con indagar delle coſe gli avvenimenti: La pietà, e la felicità ſole naſcono inſieme cogli uomini, ſendo beni naturali degli animi, e premi degli Deſtini. La voſtra naſcita dunque diede a Voi menti di pietà, e fortune da Imperadori; e di quà ne deriva la voſtra ſantità, ed ogni avventura: Poichè, nati Voi per ſoccorrere all'uman genere, ſoſte

guar-

a *Barbari*. Locum hunc depravatum olim in editione *Rhenani* ſic emendavit *Divæus*, teſte *Lipſio*, *Epiſt. quæſt. l. 1. Ep. 22.* non verò idem *Lipſius*, ut adnotavit *Puteanus*.

b *Sidera*. Aſtra propitia, juxta inanem Mathematicorum ſententiam, quiſiderum influxus in corpora noſtra, hominumque generationem, & ortum mordicus tuentur.

dera, & amica viderunt, quæ vobis concordiam sempiternam, & vestrorum generum caritatem, & fovendæ Reipublicæ studia conciliant; itemque, præter victorias toto orbe terrarum partas, etiam navalia trophæa promittunt; ut post bella Punica, post Asiæ Syriæque Reges, Romani Rostra Campi novis ornentur exuviis, & oblitos jam Quirites in memoriam reducatis, cur ille solemnis concionibus locus (a) Rostra vocitetur. Dico enim magnâ, certâque fiducià; digna est hac quoque gloriâ vestra pietas, & potest eam præstare felicitas.

guardati da benigne, e favorevoli stelle, che vi conciliano concordia eterna, pietà verso il vostro sangue, e desiderio di mantener la Repubblica; ed oltre alle vittorie per tutta la terra, vi promettono trofei ancora di mare: Onde dopo le guerre nell'Africa, dopo vinti gli Re dell'Asia, e della Siria, si abbellisca no di nuove spoglie i Rostri di Roma, e risovvenga a'Romani già dimentichi onde si chiami col nome di *Rostri* il luogo dell' aringare. Ben degna (lo affermo con grande, e sicuro coraggio) anche di questa gloria si è la vostra pietà; e la felicitade ad essa la può acquistare.

a *Rostra*. Cum Populus R. Antiates navali prælio vicisset, ipsorum naves partim incendit, partim in navalia Romæ subduxit, & earundem rostris Hostiliam Curiam, a Tullo Hostilio olim extructam, adornavit; inde *Rostra id templum appellatum*, teste *Livio Dec.* 1. *l.* 7. Memorat & *Varro l.* 4. *de Lingua Lat. Plin. l.* 16. *c.* 4.

EU-

* EUMENII PRO RESTAURANDIS SCHOLIS ORATIO.

IV.

CAP. I. CErtum habeo, (a) V. P. non quidem te, qui ſemper in omni genere dicendi maximè facultate viguiſti, ſed circumſtantium pleroſque mirari, quòd ego, qui ab ineunte adoleſcentiâ uſque in hunc diem nunquam (b) iſto in loco di-

ORAZIONE DI EUMENIO

Per la riſtaurazione delle Scuole.

IV.

CAP. I. IO credo per verità, P. S. che non già Voi, in tutt' i generi della eloquenza ſempre eccellente, ma sì bene i più de' circoſtanti ſtupiſcan di me, che dalla mia giovanezza perfino in oggi non hò aringato più in queſto luogo, ed ho anzi voluto praticare

* *Eumenii*. De Eumenio quod dicatur vix eſt ſupra quod colligitur ex hac & aliis orationibus, quæ ipſi a pleriſque adjudicantur: fuiſſe nimirum origine Græcum, in Galliis tamen natum; Conſtantii Chlori Imp. gratiâ plurimùm floruiſſe, ab eodemque primò Sacræ Memoriæ Magiſtrum factum, deinde Scholis Auguſtodunenſibus præfectum. Nec vera eſt opinio *Stephani Pighii*, qui initio ſui *Herculis Prodicii* Eumenium noſtrum in Auguſto Clivienſium oppido, quod nunc *Cleves*, in inferiori Germaniâ, inter Moſam, & Rhenum eſt, docuiſſe contendit. Satis abundeque confutat *Lipſius*, *Excurſ. ad Tacit. Annal. l.* 3. a quo etiam diſces, non Eumenii eſſe ſtatuam illam Clivienſem, quam præter *Pighium* citatum affert & *Vverenb. Teſchenmacherus*, *Annal. Cliviæ*, quem lapſum fuiſſe adnotavit & *Benedictus Balduinus*, *de Calceo antiq. c.* 12. Oratio hæc, facili claraque methodo, atque artificio quodam ſcholaſtico conſcripta eſt, ut prorſus pateat, a literarum Didaſcalo prodiiſſe: elegantem tamen, eruditam, ac dignam judices, quam, non legant modò, ſed & imitentur literarum ſtudioſi.

a *V. P.* Interpretantur omnes *Vir Perfectiſſime*. Eſt autem nota dignitas Perfectiſſimatus, de qua plurima mentio apud I. C. Dari hæc verò ſolebat viris honeſtis poſt ſenatores, ut præſidibus minorum provinciarum, puta Arabiæ, Dalmatiæ, Iſauriæ, aliiſque. Vide plura apud *Panciroluum*, *cap.* 3. *Notit. Imp.*

b *Iſto in loco*. Nempe publico.

dixerim, & quantulumcunque illud est, quod labore ac diligentiâ videor consecutus, exercere privatim, quàm in foro jactare maluerim, nunc demum sero quodam tirocinio ad insolitum mihi tribunal aspirem, a quo ego me fateor, quamquam mihi sedes ista justitiæ (a) & ad agendum, & ad dicendum amplissima videretur, diffisum tamen ingenio meo antehac abstinuisse; & hoc ipso in tempore, quamvis diversissimum a contentione litium genus orationis habiturum, conscientiæ trepidatione revocari.

re in privato, che nel foro le poche cose, le quali pare, che io mi abbia collo stento, e colla diligẽza apparate; stupiscan dissi, che ora infine, ponendomi in un certo nuovo troppo tardo esercizio, mi cimẽti dinanzi ad un tribunale a me insolito; da cui, benchè mi paresse questa sedia di giustizia interamente onorevole, e per operare, e per dire, confesso però, che diffidato de' miei talenti ne stetti lontano; ed anche adesso, sebben debbo discorrere diversamente dallo stile contenzioso delle liti, me ne richiamo però lo spasimo della cosciẽza.

CAP. II. *NE quid igitur, aut opinioni hominum dubium relinquam, aut interpretationi ex hac postulatione, quam de restituendis patriæ meæ (b) Manianis*

CAP. II. DUnque per non lasciare nel pensiero degli uomini dubbio alcuno, o per non parer di promettere qualche cosa di più, che io mi sappia di

a *Ad agendum*, &c. Videtur locus iste concinnatus ad imitationem exordii Orationis Ciceronianæ *pro Lege Manilia*.

b *Manianis*. Mæniana, prout ex Auctoribus, apud quos ipsorum mentio fit, colligere licet, fuere in ædificiis projectiones quædam, sive, juxta *Cujacium*, ad *Lib. 8. Cod. Justin. Tit. 10. de Ædif. privat. Tigna projecta juxta ædes, in quibus sol capitur*, qua ratione, eadem & *Solaria* dicta comperimus. Hinc fortasse sancitum olim Imperialibus decretis, prout loco citato videri potest, *ut, nisi spatium inter se per decem pedes liberi aeris habuerint, omnibus modis detruncentur*; ne scilicet ex iisdem alterum ad proximum alterum Solis radios tendentes interciperet. Vocata autem *Maniana* feruntur ab ipsorum inventore Mænio; is etenim, ut docet *S. Pomp. Fest.*, *primus altera columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora*; sive *juxta Isidor. L. 15. Orig., C. 3. ut essent loca, in quibus spectantes insisterent*. Hæc in foro primùm constructa fuisse videntur, inde verò & domibus adjecta. In Circo pariter erant hujusmodi projectiones, seu *Maniana*, *ex quorum uno*, ut tradit *Panuin. de Lud. Cinens. l. 1. committendis Quadrigis Circensium signum dare solebant*. Hæc autem etiam *Pulpita* vocabantur; unde *Juvenalis, Sat. 14.* dictum, *Præteris Pulpita lauti*; quo vocabulo innui profectò *Maniana* existimo, e quibus Prator signum dabat mappâ candidâ, non *Ludos Scenicos, & Mimos, aut Pantomimos*, ut *Ferrario*, ad illum locum visum fuit. Ex hisce constat, *Mænianum, seu Solarium* id Veteribus fuisse, quod Tuscis *Ballatojo*, & nobis vulgatiùs *Pergolo* appellatur. Quare & *Sabellicus* post alia, *Quæ Veneti Podiola dicunt, Romani Mæniana vulgò appellant*. Mænianas autem vocatas Scholas Augustodunenses credere licet, quod non odò dictis projectionibus, seu podiolis instructæ, & ornatæ essent, prout adnotavit etiam *Balduinus* ad hunc locum. Videri possunt *Baldus Lex Vitruv.* & *Pighius* initio *Hercul. Prodic.*

Su-

pis mihi ſumendam potiùs, quàm cuique delegandam putavi, majus de me aliquid, quàm poſſe me ſentio, videar promittere, conteſtatum eſſe initio dicendi apud audientes volo, temporarium me dicendi munus, atque idipſum meis ſtudiis peculiariter commodare, non ad incognitam mihi ſectam forenſium patronorum alienæ laudis cupiditate tranſire. Neque enim tanta me, aut negligentia, aut confidentia tenet, ut neſciam quanta ſit inter hanc aciem fori, & noſtra illa ſecreta ſtudiorum exercitia diverſitas. Ibi armantur ingenia, hic præliatur: Ibi præluſio, hic jugna committitur: Hic plerumque, velut (a) ſudibus, & ſaxis, illic ſemper telis ſplendentibus dimicatur: Hic ſudore, & quaſi pulvere ſordidus, illic inſignis ornatu laudatur orator; ut ſi uterque experiundi cauſa officia commutent, alium quidem tubarum ſonus, & ſtrepitus armorum, alium (b) triumphi ſcena deterreat.

di potere, quando eſſi vogliano interpretar queſta ſupplica, che per la rifabbrica delle Meniane della mia patria hò voluto preſentare anzi io ſteſſo, che ad altri appoggiare, voglio ſubito proteſtare a chi aſcolta, che mi pongo a favellar ſol per ora, e ciò con mira ſpecialmente a' miei ſtudj; e che non paſſo già con deſiderio dell' altrui gloria a quella ſetta da me non conoſciuta de' dicitori del foro. Imperciocchè non ſono già sì traſcurato, o ſi ardito, che non ſappia quanto divario paſſi fra gli eſercizj de' noſtri ſtudj ſegreti, e queſto capo del foro. Ivi ſi armano gli ingegni, qui ſi combatte: Ivi ſi ſcaramuccia, qui ſiegue la miſchia: Ivi maneggianſi ſempre armi di terſo acciajo, qui per lo più aſte, e ſaſſi: Ivi pregiaſi chi è oratore più ornato, qui chi di ſudore ſi gronda, ed è quaſi lordo di polvere: Sicchè, ſe per pruova l'uno e l'altro cambiaſſero ufizio, ſpaſimerebbe quegli allo ſquillar delle trombe, e delle armi, queſti allo ſpettacolo del trionfo.

CAP. III. *SCio hæc, inquam, V. P., neque me ſciens fallo; & idcirco tantum abeſt ut me, relictis docendi præcipiendique rationibus, aptum atque idoneum putem, ut hoc ipſo, quòd vel uno die, atque unà de re in foro dicam, veniam magis poſſim ſperare, quàm glo-*

CAP. III. SO, replico P. S. il già detto, ne vò errato ſapendolo; ed è perciò tanto lontano, che fuori di quelle formole di ammaeſtrare io mi ſtimi abile a coſa alcuna, che di queſto mio favellare, anche per un ſol giorno, e di una ſola materia nel foro, giovami ſperare anzi per-

a *Sudibus, & ſaxis.* Reponere ſtudebat *rudibus, & haſtis Lipſius, Saturn. Serm. l. 2. c. 19;* at neſcio qua auctoritate ductus.

b *Triumphi ſcena.* Sic in pleriſque legitur. *Sirmondus ad Epiſt. 1. l. 7. Apollin. Sidon.* legit *quædam triumphi ſcena*, quam lectionem probat & *P. de la Baune. Cellarius* legit, *quidem triumphi ſcena.* Mihi lectio prior plus arridet.

gloriam. Quamquam in hac oratione, V. P., loci tantummodo insolentiâ, non dicendi novitate perturber; siquidem id postulo, quod, non modò nemo audeat contradicendo impedire, sed omnes potiùs, quibus divina Principum liberalitas, quibus urbis istius restitutio, quibus optimarum artium celebratio grata atque jucunda est, summo gaudio & favore suscipiant, ut Maniana illa Schola, quondam pulcherrimo opere, & studiorum frequentiâ celebres & illustres, juxta cetera, quæ instaurantur, opera, ac templa reparentur. Ita quantum mihi trepidationis affert locus, tantum relevat causa dicendi: Quam quidem ego, V. P., duas in partes arbitror dividendam, ut priùs differam, quàm sit ex usu & officio opus illud ad pristinam magnificentiam reformari, deinde qua ratione id possit sine sumptu publico, ex largitione quidem Principum maximorum, sed tamen cum aliquo meo erga patriam studio, & amore procedere.

perdonò, che gloria. Egli è però vero, che in questa diceria mi sgomenta la novità sola del luogo, non già il motivo del mio discorrere, sendo tale la mia dimanda, che, non solo non le si puote opporre veruno, ma favorarla a pieni voti anzi de' chi aggradisce la generosità divina de' Principi, il ristabilimento di questa città, l'onor delle buone arti; ed è, che si ristorino quelle scuole Meniane, rinomate e nobili già per la fabbrita sfolgorata, e per la frequenza degli studj, come or'appunto, e templi ed altre fabbriche si rinovano. Così quanto spavento a me reca il luogo, di tanto mi solleva la cagione del mio discorso, il quale giudico di dover dividere in due, per in primo luogo provare quanto corrisponda alla pratica, e di quanta convenienza egli sieno il ridurre alla magnificenza di prima quell'opera, ed avanzarmi poi a mostrare, con però alquanto di parzialità verso della mia patria, come ciò farsi possa senza pubblico aggravio, con quello, che i grandi Principi van donando.

CAP. IV. *Ante omnia igitur, V. P. divinæ Imperatorum, Cæsarumque nostrorum providentiæ, singularique in nos benevolentiæ hujus quoque operis instauratione parendum est, qui civitatem istam, & olim (a) fraterno Populi Romani nomine gloriatam, & tunc demum gra-*

CAP. IV. Deve si dunque P. S. corrispondere in primo luogo anche col ristoramento di questa fabbrica alla divina provvidenza degl' Imperadori, e Cesari nostri, ed alla singolar loro benivolenza verso di noi; mentre, non solo per istima de' meriti, ma per compassione delle scia-

a Fraterno, &c. De fraternitate Æduorum cum Romanis, præter locum hunc, alterumque ejusdem *Eumenii, Orat. Flav. nom.* mentionem, ac fidem faciunt *Cicero ad Attic. Tacit. Annal. l. 11.* & alii.

Ba-

gravissimâ clade perculsam, cùm latrocinio (a) Bagaudica rebellionis obsessa, auxilium Romani Principis irrogaret, non solùm pro admiratione meritorum, sed etjam pro miseratione casuum attollere, ac recreare voluerunt; ipsamque ruinarum ejus magnitudinem immortalibus liberalitatis suæ monumentis dignam judicaverunt; ut tantò esset illustrior gloria restitutorum, quantò ipsa moles restitutionis immanior. Itaque maximas pecunias, & totum (si res poscat) ærarium, non templis modò, ac locis publicis reficiundis, sed etjam privatis domibus indulgens; nec pecunias modò, sed etiam artifices transmarinos, & ex amplissimis provinciarum ordinibus incolas novos, & devotissimarum hiberna legionum, quarum invicta robora, ne in his quidem, quæ nunc maximè gerunt, bellis requirunt, ut commodis nostris studio gratiæ hospitalis operentur, & resides aquas, & novos amnes, veluti aridis fessa urbis visceribus infundant.

sciagure sollevar vollero, e consolare questa città, che, e vantò già il nome di sorella del Roman Popolo, e fu testè infine oppressa di gravissimi danni, quando, presa in mezzo in quel ladroneccio della ribellion de' Bagaudi, al Principe di Roma domandò ajuti; e giudicarono degna di eterni testimonj della beneficenza loro la grandezza delle medesime sue rovine; sicchè la gloria de' suoi restitutori tanto più sfolgorasse, quanto più smodato si era l'incarico di rimetterla. Van donando perciò grossa somma di soldo, per donare ove bisogni la tesoriera tutta al rifacimento, non de' soli templi, e de' pubblici luoghi, ma delle case stesse private; nè soldo solo, ma artigiani ancor di oltremare; nuovi abitatori degli ordini più nobili delle provincie; quartieri di modestissima soldatesca, e di bravura invincibile, senza ricercarlaci nemmen nelle guerre presenti, nelle quali sono sì caldamente impegnati, perchè a prò nostro fatichi, in riconoscenza dell' alloggio, e faccia scorrere le acque impaludate, e per le quasi arse viscere della stanca cittade nuovi rigagnoli.

CAP. V. *EX quo manifestum est, eos, qui coloniam istam tot tantisque opibus totius Imperii erigere, atque animare statuerunt, vel præcipuè sedem illam liberalium literarum velle reparari, cui peculiarem frequentiam honestissimæ juventutis,*

CAP. V. ONd' è chiaro, che chi volle sollevar' ed animare con tanti e sì grandi impegni di tutto l'Imperio questa colonia, volle ripiantare appunto quella sedia delle belle lettere, avendola specialmente provveduta di sì gran numero di nobili' gio-

va-

a *Bagaud. rebell.* Vide adnotata ad *Panes. 2. cap. 4.*

tis , illustrato studiorum honore , provideriut . Cui enim unquam veterum Principum tanta fuit cura , ut doctrina , atque eloquentiæ studia florerent ; quanta (a) his optimis , & indulgentissimis dominis generis humani ? Quos ego quidem , quantum ad votum , pietatemque pertinet , liberorum nostrorum parentes appellare non dubito ; qui nobilissimam istam indolem (b) Galliarum suarum , interitu summi doctoris orbatam , respicere dignati , suo potissimùm judicio præceptorem ei , moderatoremque tribuerunt ; & inter imperatorias dispositiones summis Reipublicæ gubernandæ provisionibus occupatas , literarum quoque habuere dilectum ; neque aliter , quàm si equestri turmæ , vel cohorti Prætoriæ consulendum foret , quem potissimùm præficerent sui arbitrii esse duxerunt ; (c) nè ii , quos ad spem omnium tribunalium , aut interdum ad stipendia (d) Cognitionum Sacrarum , aut fortasse ad ipsa (e) Palatii Magisteria provehi oporteret , veluti repentino nubilo in mediis adolescentiæ fluctibus deprehensi , incerta dicendi signa sequerentur.

vani, e renduto così anche più illustre l'onor degli studj. Imperciocchè qual mai degli antichi Principi ebbe sia cuore la professione del sapere, e della facondia, come questi ottimi, e benignissimi signori degli uomini? I quali di vero io non dubito di dover chiamare, per quanto porta il desiderio e la pietà, padri de' nostri figliuoli; poichè, degnatisi dare una occhiata a' nobili giovani delle lor Gallie, privati dalla morte di un gran soggetto, diedero ad essi a proprio talento direttore, e maestro; e fra le occupazioni dell' Imperio per provvedere a' gravissimi affari del pubblico pensarono anche alle lettere: E non altrimenti, che se trattato si fosse, o di una squadra di cavalleria, o del corpo di guardia, vollero a proprio senno sceglierne il capo; onde chi deve alzarsi, od alla speranza de' tribunali, o sovente al grado delle Sacre Cognizioni, o forse agli stessi Magisteri del Palazzo, non siegua, come sorpreso da nebbia improvvisa nel mare della giovanezza, indirizzi poco sicuri di ben parlare.

In

In

a *His optim.* Intelligit, puto, Maximianum Herculeum, & Constantium Chlorum.

b *Gall. suarum.* Ideo *suarum*, quòd plurima ibi confecerint bella, victoriasque retulerint, & quòd plurimùm ibidem perstiterint.

c *Nè ii*, &c. Qui nimirum studiis legum, & civilibus causis coram judice tractandis velint se addicere.

d *Cognit. sacrarum.* Innuit *Judices Sacrarum Cognitionum*, qui nimirum judicabant causas majoris momenti, & propiores gradu erant Imperatoribus. Ideo Cognitiones illæ Sacræ dictæ, sicut & plures alias dignitates magis intimas Palatii sacras appellatas fuisse licet observare.

e *Palatii Magist.* Quæ plurima, neque hic opus referre. Vide Notitiam Dignitatum utriusque Imperii, & in eam commentaria luculentissima *Guidi Pancirolli*.

Con-

CAP. VI. *IN quo ego, V. P., nihil laudi meæ tribuo, ſed Domini noſtri* (a) *Conſtantii*, (b) *verè Principis Juventutis, incredibilem erga juventutem Galliarum ſuarum ſolicitudinem, atque indulgentiam mirari ſatis nequeo, qui honorem literarum hac quoque dignatione cumulavit, ut me, filio potiùs meo ad priſtina mea ſtudia adiuvum molientem, ipſum juſſerit diſciplinas Artis Oratoriæ retractare; & hoc ipſi palatio parentis ſui munus invexerat, ut mediocrem quidem pro ingenio meo naturâque vocem, cæleſtia tamen verba, & divina ſenſa Principum proloeutam ab arcanis ſacrorum penetralium ad privata Muſarum adita tranſtulerit; non utique quia mihi, quem (quod ſine invidiâ dixerim) tantâ dignatione reſpicit, quanta pro ſummis honoribus debet ſufficere ſapienti, vellet aliquid impoſitæ iſtâ profeſſione detrahere; ſed ut profeſſioni ipſi ex eo honore, quem geſſi, adderet dignitatem. Cui igitur dubium, quin divina illa mens Cæſaris, quæ tanto ſtudio, præceptorem huic conventui juventutis elegit, etiam locum exercitiis illius dedicatum inſtaurari, atque exornari velit, cùm omnes omnium rerum ſectatores, atque fautores parum ſe ſatisfacere voto, & conſcientiæ ſuæ*

CAP. VI. IN che, P. S. io nulla reco a mia lode, ma ſtupir non poſſo baſtevolmente della ſmania, e della benignità da non crederſi di Coſtanzo Signor noſtro, vero Principe della Gioventù verſo a' giovani delle ſue Gallie, il quale aggiunſe anche queſto agli altri onori delle lettere, di comandarmi che, diviſando per altro di ſoſtituire mio figliuolo negli antichi miei ſtudj, inſegnaſſi di nuovo io ſteſſo l'Arte Oratoria; e fece queſt' onore al Palazzo, già di ſuo Padre, di traportare dal ſecreto de' ſacri gabinetti alla ſoglia delle Muſe private la mia favella, in sè bensì mezzana, che avea eſpreſſe però le celeſti parole, e i divini ſentimenti de' Principi; non già perchè con addoſſarmi queſta carica voleſſe levar punto a me, che (ſenza odioſità poſſo dirlo) con tanto di bontà ſono guardato, quanto de' baſtare per tutt' i maggiori onori ad un ſavio, ma per aggiugner decoro alla ſteſſa carica coll'onore da me ſoſtenuto. Chi dunque dubiterà, che la mente divina di Ceſare, che con tanto di calore ha ſcelto il maeſtro a queſta ragunanza di giovani, anche non voglia che ſi riſtori, e ſi abbelliſca il luogo deſtinato a' loro eſercizj; mentre chi un'arte profeſſa e favora, crede di poco ſoddisfare alla ſua brama, ed

a *Conſtantii*. Nummum ejus, ejuſdemque ſecundæ uxoris Theodoræ, Herculii filiæ vide in Tabellâ, Orationi ſecundæ præfixâ.

b *Verè*, &c. Verè, inquit, Principis Juventutis, quod nomen de Imperatoribus prædicari ſolebat, præſertim de Cæſaribus, ut videre quiſque poteſt in Nummis, in quibus typum cum epigraphe *Principi Juventutis* ſignari cæpiſſe obſervamus temporibus uſque Auguſti, ut pateat ex Nummo Lucii Cæſaris ejuſdem nepotis, quem vide *Tab. 3. n. 5.*

Aram

sua credant, si non ipsarum, quas appetunt, gloriarum templa constituant?

ed alla sua coscienza, se non istabilisce templi a quella gloria, che tanto e'brama.

CAP. VII. *Inde est quòd Atheniensis humanitas* (a) *aram Misericordiæ instituit; quòd* (b) *Romani Ducis animi magnitudo templum Virtutis & Honoris. Quarum enim artium, sive animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor fuerit, earum etiam consecrata existere ad posteros monumenta voluerunt. Ædem Herculis Musarum in Circo Flaminio* (c) *Fulvius ille Nobilior ex pecuniâ Censoriâ fecit; non id modò secutus, quòd ipse literis, &* (d) *summi Poetæ amicitiâ duceretur, sed quòd in Græciâ* (e) *cum esset Imperator acceperat, Herculem* (f) *Musagetem esse, idest comitem ducemque Musarum; idemque primus novem signa, hoc est omnium Camenarum, ex Ambra-*

CAP. VII. Quindi è, che destinò un tempio alla Misericordia la pietà degli Atenieſi; e la magnanimità di quel Generale di Roma uno alla Virtù ed all'Onore; volendo ogni grande uomo, che durino alla posterità consecrate le memorie di quelle arti, o di quegli abiti dell'animo, a cui fu per natura inclinato. Fulvio Nobile alzò nel Cerchio Flaminio col soldo Censorio un tempio ad Ercole delle Muse, non solo per essere così guidato dal genio inverso alle lettere, e dall'amicizia con quel famoso Poeta, ma perchè, essendo Generale nella Grecia, inteso avea quivi adorarsi Ercole Musagete, cioè compagno e capo delle muse; e consecrò desso primo sotto alla tutela di quel fortissimo Idio le nove

a *Aram Misericordiæ.* Erat hæc Athenis in foro, teste *Pausaniâ l.* 1. Primienim Athenienses Misericordiam adorare cæperunt, si *Diodoro* fides, *l.* 13. Immo, juxta citatum *Pausaniam*, soli inter Græcos Misericordiam coluere. De Arâ illâ pluribus veteres; at inter recentiores fusè *Jo. Meurs. Ceram gem. c.* 16.

b *Romani Ducis.* Marci nempe Marcelli, qui post captas Syracusas templum Honori ac Virtuti constituit. Vide *Val. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 5. Non ommittenda observatio, Honori ac Virtuti simul præcipuum cultum adhibitum a Romanis; nam præter templum illud, nonnulli etiam Imperatorum temporibus cusi sunt Nummi, in quibus Honor & Virtus simul exhibentur, ut docet æreus Galbæ, quem petet *Tab.* 3. *num.* 6. cui similis inter Vitellii etiam Numismata apud omnes Antiquarios occurrit.

c *Fulvius.* Memorat *Plinius, l.* 35. *c.* 10, Musas ex Ambracià a Fulvio isto translatas. Templum hoc, *Balduinus* inquit, *Nunc dicitur Rempe esse S. Lucie in Apotheci obscuris.* Perfectum ipsum sub Augusto a Marcio Philippo discimus e *Suet. in Aug. cap.* 29.

d *Summi Poetæ.* Ennium intelligit, de cujus cum Fulvio amicitiâ *Cicero Orat. pro Arch. in Bruto*, & alibi; item *Symmachus, l.* 1. *Ep.* 21.

e *Cum esset Imp.* De hujus in Græciâ bellis videndus *Livius, l.* 38.

f *Musagetem.* Hercules, qui *magna gessit, materiam præbuit Camœnis concinendi, harumque comes habitus est, unde Musagetes appellatus.* Verba sunt *Pompon. Ifti in Diodet.*

Voce

bracienſi oppido translata ſub tutelâ fortiſſimi Numinis conſecravit ; ut res eſt , quia mutuis opibus & præmiis juvari ornarique deberent , Muſarum quies defenſione Herculis , & virtus Herculis (a) *voce Muſarum.*

nove ſtatue, cioè di tutte le Muſe, traportate di Ambracia; dovendoſi appunto quello e queſte ſpallegiare, ed onorare di ajuti, e di ricompenſe ſcambievoli; la quiete delle Muſe colla difeſa di Ercole, ed il valore di Ercole colla lingua delle Muſe.

CAP. VIII. *CRedo igitur tali* (b) *Cæſar Herculius & avi Herculis, & Herculii patris inſtinctu tanto ſtudium literarum favore proſequitur, ut non minùs ad providentiam Numinis ſui exiſtimet pertinere bene dicendi, quàm rectè faciendi diſciplinam; & pro divinâ intelligentiâ mentis eternæ ſentiat, literas omnium fundamenta eſſe virtutum, utpote* (c) *continentiæ, modeſtiæ, vigilantiæ, patientiæ magiſtras; quæ univerſa cùm in conſuetudinem tenerâ ætate venerunt, omnia deinceps officia vitæ, & ipſa, quæ diverſiſſima videntur, militiæ atque caſtrorum munia convaleſcunt. Ideoque his omnis induſtriæ, atque omnis laudis nutricibus, aut (ut verius loquar) matribus, cum præceptorem Cæſar Herculius declarare dignatus ſit, neceſſe eſt etiam ſedem propriam cupiat reformari; ut cùm ad antiquam firmitatem, cultumque reparata ſit, multò hic juſtiùs, & verius nuncupetur ædes Herculis atque Muſarum.*

CAP. VIII. IO credo dunque che Ceſare Erculio, in riguardo dell'avolo Ercole, e del padre Erculio, favoriſca cotanto lo ſtudio delle lettere; onde giudica, niente meno appartenere ad una provvidenza da Idio l'arte del ben dire, che del ben'operare; e col lume della divina ſua mente conoſce, eſſer le lettere baſe di ogni virtù, maeſtre di continenza, di modeſtia di vigilanza, di tolleranza, alle quali quando gli uomini ſi avvezzarono in età tenera, raſſodanſi poi tutti gli offici della vita, e le ſteſſe operazioni di guerra, che pur ſembrano sì diverſe. Degnatoſi perciò Ceſare Erculio di nominare a queſte balie, o, per dire più vero, madri della induſtria, e di ogni lode un maeſtro, è d'uopo ch'e'voglia, che ſe ne riformi anche la ſedia; perchè ridotta all'antica venerazion' e ſaldezza, chiamiſi quì con aſſai più di giuſtizia, e di verità tempio di Ercole e delle Muſe.

Et

E per-

a *Voce Muſar.* Sic *Claudian. l. 3, de Laud. Stilic. Gaudet enim virtus teſtes ſibi jungere Muſas.*

b *Cæſar Hercul.* Conſtantium Chlorum intelligo, ideo dictum Herculeum, quòd eſſet veluti filius Maximiani Herculii, qui illum quodammodo adoptaverat: Quare ſubdit *Herculii Patris*, hoc eſt ejuſdem Maximiani, & *Avi Herculis*, illius nempe Numinis, a quo ſe genitum ſuperbus ille jactitabat.

c *Continentiæ*, &c. Omnes enim iſtæ virtutes dubio procul neceſſariæ ad Literarum ſtudia, & perfectè acquirenda, & rite conſervanda.

Ca-

CAP. IX. *ET sanè, V. P., interest etiam gloriæ, quam tanti Principes tot victoriis, ac triumphis merentur, ut ingenia, quæ canendis eorum virtutibus excoluntur, non intra privatos parietes, sed in publicâ ostentatione, & in ipso urbis istius ore vegetentur. Quid autem magis in facie vultuque istius civitatis situm est, quàm hæc eadem Mœniana, in ipso transitu advenientium huc invictissimorum Principum constituta? Qui cùm se occursu lætæ juventutis afficì, non solùm liberalitate, quam ipsi tribuunt, sed etiam literis, quibus me ad institutionem ejus cohortantur, ostendant, quantò plus capient voluptatis, cum reparatum videant ipsum conciliabulum juventutis? Adhoc, V. P., opus istud reddit illustrius, & cum ipsorum Cæsarum, tum etiam omnium hominum aspectui promptius, quòd præcipuo est loco positum, quasi inter ipsos oculos civitatis, inter Apollinis templum, atque (a) Capitolium; quò magis est etiam sacrosancta sedes utriusque lateris veneranda confinio, utriusque latè Numinis instauranda respectu, nè fana longè omnium in hac urbe pulcherrima (b) labes media deformet; præsertim cùm mihi videatur ipse ille, qui Mœniana hac primus extruxit, idcirco ea illic potissimùm collocasse, ut*

CAP. IX. E Perdio monta egli pure, P.S. alla gloria, meritata con tante vittorie e con tanti trionfi da sì gran Principi, che gl'ingegni coltivati per cantare le virtù loro non crescano fra private pareti, ma in pubblica mostra, e sulla faccia medesima di questa città. E che più stavvi di queste Scuole, poste quivi appunto, per dove passano al suo venire gl'invittissimi Principi? Onde monstrando dessi, non solo colla larghezza, ma colle pistole ancora, colle quali mi esortano a ben' addiscipiinare i giovani, di assai godere in vedersi incontro brillanti, quanto più di piacere ne prenderanno quando veggano ripiantato lo stesso loro Collegio? In oltre, P.S. la più nobil'e comoda alla vista, così de'Cesari, come ancora di ogni altro, si è questa fabbrica, perchè stà nel sito più ragguardevole, in certa guisa fra occhio ed occhio della città, cioè fra il tempio di Apolline, e il Campidoglio. Onde vie più de' venerarsi quel sacro luogo per cagione di ciò, che di quà e di là gli confina, e ristorarsi per essere in aperta vista di que'templi; ond'essi, che sono i più nobili della città, non ricevano disonore dall'avere in mezzo quelle rovine. Parmi poi, che il primo stesso fabbricatore di queste Scuole volesse specialmente quivi porle, perchè gl'Iddj vicini, come per debito di

assi-

a *Capitolium*. In eâ urbe, ad similitudinem Romani Capitolii constructum. De pluribus Capitoliis per Provinciarum Civitates nota res est. Adnotavit hic & *Cellarius*.

b *Labes media*. Scholæ illæ exæsæ, & collabentes, pulchrioribus delubris intermediæ.

Mi-

ut veluti cognato vicinorum ſibi Numinum tenerentur amplexu ; cùm auguſtiſſima recta literis dedicata inde Athenarum conditrix (a) *Minerva conſpiceret , hinc Apollo medius Camenarum.*

affinità , le abbraccialſero ; guardandoſi quell' auguſtiſſima caſa, conſecrata alle lettere, di là da Minerva fabbricatrice di Atene, di quà da Apolline, che ſiede in mezzo alle Muſe.

CAP. X. *Igitur ibi maximè & oportet & fas eſt exercere juventutis ingenia , ubi tam propinqua ſunt Numina amica doctrinæ , ubi ex proximo juvat* (b) *mens divina ſapientiam , & carminum Deus vocem , & verecundiam* (c) *virgo perpetua , & providentiam* (d) *præſcius futurorum . Ibi adoleſcentes optimi diſcant , nobis quaſi ſolemne carmen præfantibus , maximorum Principum facta celebrare : Quis enim melior uſus eſt eloquentiæ , quàm ubi , ante aras quodammodo ſuas , Jovios , Herculioſque audiant prædicari Juppiter pater , & Minerva ſocia , & Juno placata ? Satis me verborum feciſſe arbitror , V. P. de eo , quod mihi ad dicendum priùs conſtitueram , quàm ſit exuſtus atque officio inſtaurari opus illud , (e) ſtudiis , quibus optimi Principes maximè favent , dedicatum , in ipsà civitatis fronte poſitum , celeberrimis templis utrinque conjunctum.*

CAP. X. Vuolſi dunque, ed è di ragione, eſercitare l'ingegno de' giovani dove ſtanno gl'Iddj delle ſcienze; dove , e quella mente divina da vicino ajuta il ſapere, e queſto Idio de'verſi la voce ; quella ſempre vergine la modeſtia, queſti indovino dell' avvenir la prudenza. Imparino quivi gli ottimi giovani a lodar le impreſe de' grandi Principi, dandone prima noi loro la voce, e lo ſtile: E dove meglio praticarſi può la facondia, che dove , ed il padre Giove, e Minerva compagna, e Giunone placata ſentano lodarſi dinanzi quaſi a'proprj altari gl' Imperadori Giovj , ed Erculj ? Credo di aver detto abbaſtanza, P. S. intorno al primo punto propoſtomi, cioè quanto corriſponda alla pratica, e di quanta convenienza egli ſieſi il riſtorare quel luogo, conſecrato a gli ſtudj , favoriti sì dagli ottimi Principi, poſto in fronte alla città, congiunto di quà e di là a nobiliſſimi templi.

Nunc ,

Ora ,

a *Minerva*. Quæ Scientiarum Dea, ſtudiiſque præſes.

b *Mens div.* Minerva ipſa, quam e cerebro Jovis exiiſſe fabulati ſunt antiqui. *Apolloder. l.* 1. *Apollon. Argon. l.* 4. *Lucian. Opuſc. de Sacrif.* Nec aſſentior *Livineio* , qui hanc periphraſin arbitratur, Jovemque intelligit.

c *Virgo*. Minerva enim virginitatem ſemper ſervaſſe dicitur. *Apollodor. l.* 3.

d *Præſcius*. Apollo namque fatidicus, cujus pluribus in locis Oracula, ut in inſulâ Delo, Delphis, Pataris, & alibi.

e *Studiis*. En aptam rationem, quibus argumentum probavit hactenus , anacephalæoſin.

Sa-

CAP. XI. *Nunc, quod in secundum eundemque locum distuli, quemadmodum id sine sumptu publico, & cum laude (a) sacræ largitionis fieri possit, ostendam. Salarium me liberalissimi Principes ex hujus Reipublicæ viribus in (b) sexcenis millibus nummum accipere jusserunt; non quoniam non amplius tribuere commodis meis vellent, in quem multo majora & prius & postea præmia contulerunt, sed ut tercena illa sestertia, quæ (c) Sacræ Memoriæ Magister acceperam, in honore privati hujus magisterii additâ pari sorte geminarent. Hoc ego salarium, quantùm ad honorem pertinet, adoratum accipio, & in accepti ratione perscribo; sed expensum referre patriæ meæ cupio, & ad restitutionem hujus operis, quoad usus popposcerit, destinare. Cujus voluntatis meæ ratio, etsi asserenda non est, tamen sub hac tuâ humanitate, & circumstantium expectatione, qua me audiri sentio, aliquatenus prosequenda est.*

Nam

CAP. XI. ORa, ciò che riservai quì per secondo, mostrerò, come fare ciò si possa senza pubblico aggravio, e con decoro del sacro donativo. Vollero i generosimi Principi, che delle rendite di questo pubblico io ricevessi stipendio di secento sesterzj, non perchè a' miei bisogni non volessero contribuire di più, se ed innanzi, e dappoi vie più mi premiarono, ma perchè si raddoppiassero que' trecento sesterzi, ch' io avea ricevuti Maestro di Sacra Memoria, aggiuntami egual fortuna nell'onore di questo impiego. Questo stipendio, per quanto monta all'onore, con venerazione io ricevo, e a debito me lo reco; ma bramo di rimettere questa spesa alla patria, e destinarla, finchè ne sarà uopo, al ristoramento di questa fabbrica. E sebbene non debbo rendere la ragione di questa mia volontà, debbo alquanto però più a lungo discorrerne, attesa la bontà vostra, e l'aspettazione de' circostanti, con cui conosco di essere udito.

Pri-

a *Sacræ*. A Sacris Imperatoribus collatæ.

b *Sexcenis*, &c. Hoc est Sestertiis, ut mox e nostro patet, ubi ait *tercena illa sestertia*, &c. ex quo colligitur singula millia nummorum sestertiorum idem valere, ac unum sestertium: Quare apud Auctores de re Nummaria mentio Sestertii majoris, & minoris. Sexcena autem Sestertia summam constituunt quindecim mille Philippæorum, ut adnotat *Lipsius l. 4. c. 10. de Magnit. Rom.* Visa hæc summa nonnullis modum excedere, ut *Casaubono*, *ac Baldwino*, quibus in mentem venit lectionem mutare; at cum Libri omnes consentiant, non est cur mutemus. Nec miremur tantum salarii Eumenio collatum *singulari Doctori*, ut ait *Lipsius idem*, *& qui Palatii Magister fuisset*. *Credent mecum qui veteres opes, & animos satis sciunt*.

c *Sacræ Memoriæ M.* Hæc olim e Dignitatibus Palatinis. Hac præditus Adnotationes dictabat, & emittebat, precibusque respondebat, ut tradit *Notitia Imp. Orient.* Erant autem *Adnotationes* scripturæ quædam continentes ea, quæ a Principe statuebantur, vel confirmabantur. Alia Dignitatis hujusce munera quære ex *Pancirol.* in eandem *Notit. c. 94.*

De-

CAP. XII. *NAm primùm omnium in hoc ego maximos esse fructus præmiorum puto, ut digni, quibus tribuantur, habeamur; siquidem ipse usus pecuniæ bonis malisve artibus partæ promiscuus, & vilis est; honestis verò rationibus posse acquirere summum, etiamsi quæstum remiseris, lucrum est. Neque enim Syrus mercator, aut* (a) *Deliacus, aut Indicus ad uberrima ista compendia laudis aspirat; sed* (b) *rara, atque inter paucissimos opes sunt contenta meritis conscientiæ; quippe hoc ipso præmii gloria continetur, nè id cupiditate quærendi affectasse videamur: Quod hoc uno assequi possumus, si pro accepto ducamus oblatum; ut industria sit ad sumendi copiam pervenire potuisse, continentia præterisse.*

CAP. XII. PRima dunque io tengo per un gran frutto de' premj l'essere conosciuti meritevoli de' medesimi; imperciocchè del soldo acquistato con arti buone o ree vario, e vile si è l'uso; ma il potere con mezzi onesti acquistare assai, egli è un gran vantaggio, benchè se ne rilasci il civanzo. Che non aspirano già a sì pieni guadagni di lode i mercatanti della Siria, di Delo, delle Indie; ma sono rare, ed in molto pochi quelle ricchezze, che sien paghe del merito della coscienza; e la gloria del premio in ciò stà, che non sembri di averlo con ismania bramato: Il che possiam noi unicamente conseguire ove tenghiamo per ricevuto ciò, che offerito ci fu; onde sies azione d'industria l'aver potuto giugnere ad acquistarlo, di continenza il non curarsene.

CAP. XIII. *AN si fortissimi viri, in* (c) *sacris certaminibus, summo labore, atque etiam* (d) *vitæ periculo solam vocem* (e) *præconis, & co-*

CAP. XIII. CHe se que' valorosi ne' sacri spettacoli, cõ grande stento, e con ripentaglio ancor della vita, altro nõ cercano, che le poche parole del bandito-

a *Deliacus.* Ex Delo insulâ maris Ægæi, de qua infra, *c.* 18. Mercaturâ hæc, & divitiis celebris olim fuit. *Cic. Orat. pro Cornel. Neque verò ornamenta ista villarum, &c. ab aliquo video perfacilè Deliaco, aut Syro potuisse superari.* De eâdem insulâ tradit *Strabo, l.* 14. *emporium magnum, & pecuniosum* habuisse. Memorat & *Columella, l.* 8. Ex recentioribus mercatores Deliacos laudat *Turneb. l.* 19. *c.* 7.

b *Rara.* Nam *lucri bonus est odor ex re Qualibet*, inquit *Juven. Sat.* 14. Ideo *D. Ambros. Apol. 1. David. c.* 4; *Clarùit, auri cupiditatem materiam esse perfidiæ, & avaritiæ studio sacrilegia solere generari.*

c *Sacris certam.* Intelligo de Ludis Olympicis, ideo *sacris*, quòd in Jovis honorem quinto quoque anno celebrabantur, Aurigationibus, Cursu, Luctâ, &c. Vide fusam horum descriptionem apud *Pausaniam, l.* 5.

d *Vitæ peric.* Nam, inter cæteros, Aurigantes valde periclitabantur, si in metam impegissent; quare dictum *Horat. Carm. l.* 1. *o.* 1, *Metaque fervidis evitata rotis*; & apud *Sophoclem, Elect.* describitur lapsus e curru Pseudorestis, & ejusdem, actis in fugam equis, dilaceratio.

e *Præconis.* Qui victorem publicè enunciabat,

& (a) *corona testimonium petunt , ego verba illa divina , cœlestesque literas , quibus mihi tanti Principes instituendam juventutem commendare dignati sunt , non ultra omnium vocum potentiam venerabundus accipiam , non ultra omnes laureas colam ?* (b) *Quas ego , V. P. Tametsi hanc quoque mihi veniam tribuas oportet ; neque enim fas ipsius Epistola sacra commemorationem solam sine obsequio recitationis inducere ; ut , eâ perlectâ , magis eluceat , quantum me studium par sit impendere , non ipsis modò literis , sed etiam templis , ac sedibus literarum .*

ditore, e la testimonianza della corona, perchè non riceverò io con venerazione , come più valevoli di ogni voce, e non rispetterò più di ogni laurea quelle divine parole , e celesti Lettere , onde si degnarono sì gran Principi di raccomandarmi l' ammaestramento de'giovani ? Le quali P. S. Ma datemi questa licenza ; poichè non convien' egli , ch' io ricordi la stessa sacra Lettera senza la riverenza del recitarla ; onde, rilettala, meglio apparisca quant' applicazione convengami spendere, non solo per le stesse lettere, ma per gli templi ancora , e per le lor sedie.

CAP. XIV. MErentur & Galli nostri , ut eorum liberis , quorum vita in (c) Augustodunensium oppido ingenuis artibus eruditur, & ipsi adolescentes , qui hilari consensu meum (d) Constantii Cæsaris ex Italiâ revertentis susceperе comitatum , ut eorum indoli consulere cupiamus. Proinde quod aliud præmium his , quàm illud conferre debe-

CAP. XIV. *MEritano anche i nostri Galli , che Noi Costanzo Cesare provvediamo a' loro figliuoli , la cui vita in Augustoduno nelle buone arti si addisciplina ; e meritanlo colla loro indole i giovani stessi , i quali in lieta unione ci accompagnarono al nostro ritorno d'Italia . Onde che altro premio possiam loro donare , se non quello , che non può dare ,*

a *Corona* . Quæ in Olympicis ex Oleastro, ut ex citato *Pausania* Libro, *cap.* 15. Vide plura apud *Cal. Rhodig. l.* 13, *c.* 17.

b *Quas ego*. Mutilus sensus, sed ex arte, ut puto ; lepidâ scilicet, atque appositâ reticentiâ, qualis est Virgiliana illa, *Æneid. l.* 1, Neptuni ad Ventos, *Quos ego* ; &c.

c *Augustod.* Nunc *Autun* Gallis. Urbs fuit Galliæ Celticæ, *caput Gentis Æduorum*, teste *Tacito*, *Annal. l.* 3, modò Burgundici Ducatus pars illa, quæ ab eâdem incolis dicitur l' *Autunois*. Scholarum frequentiâ floruit, etiam ante *Tacitî* tempora, ut colliges ex *lib. cit. sub A. V.* 774. Nec *Augusto Clivienſium* legendum jam adnotavi initio. *Autun* intellexit etiam *Jo. le Clerc* in suâ *Bibliothecâ*, *T.* III.

d *Constantii Cæs.* Verba hæc *Balduinus* expungit, autumatque irrepsisse ex cujuspiam adnotatione, Ego cum *Pintiano*, aliisque retineo.

Actus

bemus, quod nec dare poteſt, nec eripere fortuna? Unde auditorio huic, quod videtur interitu præceptoris orbatum, tevel potiſſimùm præficere debuimus, cujus eloquentiam, & gravitatem morum, (a) ex actus noſtri habemus adminiſtratione compertam. Salvo igitur privilegio dignitatis tuæ hortamur, ut profeſſionem oratoriam repetas, atque in ſupradictâ civitate, quam non ignoras nos ad priſtinam gloriam reformare, ad vitæ melioris ſtudium adoleſcentium excolas mentes; nec putes, hoc munere ante partis aliquid tuis honoribus derogari, cum honeſta profeſſio ornet potiùs omnem, quàm deſtruat dignitatem. Denique etiam ſalarium te in ſexcenis millibus nummum ex Reipublicæ viribus conſequi volumus, ut intelligas, meritis tuis etiam noſtram conſtituere clementiam. Vale Eumeni cariſſime nobis.

dare; nè togliere la fortuna? Per capo dunque di queſto uditorio, che per la morte del maeſtro ſembra privo di padre, dovemmo porre te ſpecialmente, la cui facondia, ed onestà di coſtumi conoſcemmo dal ſervizio preſtatoci. Salvo perciò il privilegio della tua dignità, ti eſortiamo a riprendere la profeſſione delle lettere; e a coltivare nella ſuddetta città, la quale ſai, che andiamo riducendo all' antico ſplendore, la mente de' giovani negli eſercizj del vivere più virtuoſo. Nè credi già, che ſi levi punto agli altri tuoi onori con queſto impiego, perchè una oneſta profeſſione abbelliſce anzi che guaſti l' onore: Vogliamo infine, che tu riceva dalle pubbliche rendite lo ſtipendio di ſecento ſeſterzi, perchè tu ſappia, che anche la noſtra bontà provvede a' tuoi meriti. Stà ſano cariſſimo noſtro Eumenio.

CAP. XV. *ITa non videtur tibi, V. P., hac tantorum Principum exhortatione, non ſolùm meus ex otio jacens ad priſtinas artes animus attolli, verumetiam ipſi quodammodo veterum ſcholarum parietes, & tecta conſurgere? Quod enim tantum carmen (b) Amphioni, qua tanta plectro, fidibuſque dulcedo, quam ſecuta quondam ſaxa perhibentur, ut ducentibus ſub-*

CAP. XV. NOn vi par' egli, P. S., che a queſta eſortazione di sì gran Principi, non ſolo ſi ſollevi alle arti primiere il mio animo illetarghito nell' ozio, ma che a certa guiſa le pareti ſteſſe, ed i tetti delle antiche ſcuole ſi alzino? Ebbe mai verſi così forti Anfione, o sì gran dolcezza quel plettro, e quella cetra, dietro cui, come già fu detto, corſero i ſaſ-

a *Actus noſtri, &c.* Ideſt ex Magiſterio Sacræ Memoriæ, inquit *Livinejus*.
b *Amphioni*. Filio Jovis, & Antiopes, Muſicæ artis, fidiumque tractandarum peritiſſimo.

subvecta modulis, & ad intervalla carminum resilientia sponte (a) *murum velut arte construerent, quanta in his Imperatorum, & Cæsarum Literis inest ad omnes animorum impetus, effectusque rerum ciendos vis, atque permotio; qui quod jubere possint, suadere dignantur, & cùm vel tacitas eorum, ac vultu tenus significatas voluntates summi Patris sequatur auctoritas, cujus nutum, promissionemque firmantis totius mundi tremor sentit, ipsi tamen ultrò imperandi potestatem cohortandi humanitate conciliant? Quinetiam laudibus incitant, gravitatem morum, dicendi facultatem* (b) *sibi probatam, & cognitam prædicantes; Palatini honoris privilegium oratoriæ professioni salvum & incolume servantes. Quibus ego divinæ benignitatis illecebris, etiamsi omni sensu ante caruissem, ad quamvis profectò intelligentiam moverer, ac ducerer; siquidem tantos Principes unum hominem tantâ laude decorare, non est Oratorem admonere, sed facere.*

saſſi, che ſtraſcinati da quelle note, fermandoſi alla diſtanza, ove ponevali il canto, fabbricarono con certa maeſtria una muraglia, com' è grande la forza, ed il movimento di queſte Lettere degl'Imperadori, e Cefari ad iſpronare ogni animo, e a deſtarlo all'opere? Poichè, altrimenti comandar potendo, degnano di eſortare; e dove le voglie loro, ſebben tacite, ed accennate appena ſul volto, ſecondanſi dall'autorità dell'alto Padre, i cui cenni, le cui promeſſe ſente tutto il mondo co' ſuoi tremuoti, deſſi però accordan sì bene l'arbitrio del comando colla dolcezza del perſuadere. Spronan' anzi con lodi, proteſtando di conoſcere a pruova la modeſtia de' coſtumi, e la facondia; e ſalvando pienamente colla profeſſione delle lettere il privilegio della carica nel Palazzo: Finezze tali di quella divina bontà, che, ſebben foſſi privo di ſenſo, mi ſolleverebbero perdio ad ogni ſorta d' intendimento; mentre, che sì gran Principi ricolmino un' uomo di lode cotanto alta, egli non è avviſarlo come Oratore, ma farnelo.

CAP. XVI. *Quid igitur mihi cum numerata pecunia? Immo quid cum ullis opibus, aut* (c) *Midæ Regis, aut*

CAP. XVI. CHe m' importa dunque il ſoldo sborſatomi? Anzi che m' importano le ricchezze di Mida, o di Cre-

a *Murum*. Thebarum: Quare *Horat. l. de Arte Poet. Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis Saxa movere ſono teſtudinis*; &c. Item *Propert. lib. 3, El. 1. Saxa Citheronis Thebas agitata per artem Sponte ſuâ in muri membra coiſſe ferunt.*

b *Sibi probatam*. Ut in Epiſtolâ, versùs finem.

c *Midæ*. Opulentiſſimi Regis Phrygiæ, de quo fabulati ſunt Poetæ plurima. Vide *Ovid. Metam. l. 11.* Unde *Statius, Sylv. l. 2, Carm. 2; Vive Midæ gazis, & Lido ditior auro*, hoc eſt Cræſi, de quo mox noſter ipſe.

Cra-

aut (a) *Crœsi* , *aut ipsius* , *qui auro dicitur fluxisse* , (b) *Pactoli* , *cùm divina hæc testimonia omnibus divitiis* , *atque ipsis eorum præmiis anteponam*? *Nisi fortè* (c) *Pythiados illius excellentem Socratis sapientiam vaticinata* , *aut magnificentius carmen videtur* , *aut verius* , *quàm quod Jovii* , *Herculiique pronunciant* , *quorum ne nutus quidem possint* , *non modo dicta revocari* . *Quamobrem* , *ut dixi* , *V. P.* , *sexcena illa* , *quantum ad honorem spectat* , *accipi oportere censeo* , *atque usum delego patriæ* , *& ipsi potissimùm operi* , *in quo studia nostra celebranda sunt* . *Videor enim mihi id* , *quod sacris literis continetur* , *ut salvo honoris mei privilegio doceam* , *hoc manifestiùs atque illustriùs retenturus* , *ut me dignum talibus æternorum Principum judiciis probem amore Reipublicæ* . *Equidem ipsos patriæ Deos testor* , *tanto me civitatis istius amore flagrare* , *ut* , *quocunque oculos circumtuli* , *ad restitutionem operum singulorum ita gaudio ferar* , *ut spiritum identidem meum pro illorum salute devoveam* , *quorum jussu* , *opibusque reparantur* ; *sed tamen hoc* , *quod mihi ornandæ professionis meæ causâ tributum est* , *huic me*

Creſo, o dello ſteſſo Pattolo, di cui fu detto, che d'oro correſſe, ſe preferiſco ad ogni ricchezza, a ogni premio queſte divine teſtimonianze? Se pure, o più grandi, o più vere non pareſſero le parole di quella Maga, che prediſſe a Socrate un'alto ſapere, delle uſcite di bocca agl'Imperadori Giovj, ed Erculj, de' quali neppure un cenno, non che le parole poſſono ritrattarſi. Io dunque giudico, come diſſi, P. S. che, per quanto ragguarda l'onore, ſia d'uopo il ricevere que' ſecento ſeſterzj, al ſervizio della patria obbligandogli: e ſpecialmente a quel luogo, dove far ſi debbono i noſtri ſtudj. Poichè ſpero così di mantenermi con più evidenza, e con più luſtro quanto ſtà nella ſacra Lettera, cioè l'inſegnare ſalvo il privilegio dell'onor mio; dimoſtrandomi coll'amore verſo del pubblico degno di queſto giudicio de' Principi eterni. Chiamo per teſtimonj gli ſteſſi Iddj della patria, ſe ardo di affetto sì grande verſo queſta città, che dovunque rivolgo gli occhi, in veder ciaſcuna delle nuove opere, ſono sì portato dal giubilo, che ſovente offeriſco lo ſpirito per la ſalvezza di chi le fà col comando, e colle rendite proprie; pure a queſta ſpecialmente intendo eſſer debitore di

a *Crœsi*. Ultimi Lydorum Regis, qui pariter ditiſſimus. De hoc *Herodotus, lib. 1. Plutarch. in Solone*.

b *Pactoli*. Lydiæ fluminis in Aſiâ, nunc *Sarabat*, de quo fabulati Poetæ, quòd auro flueret. Videatur *Ovid. Metam. l. 11*.

c *Pythiados*. Mulieris fatidicæ, ſic dictæ ab Apolline Pythio, cujus celebrata Oracula in urbe Phocidis Pytho, ſeu Pythone. Fortè autem mulier hæc Diotima illa Athenienſis fuit, quæ Socratem *in amatoriâ facultate inſtruxit*, ut ipſe loquitur apud *Platon. in Conviv*.

me præcipuè sentio debere monumento.

CAP. XVII. ETenim, si (a) bello parta (b) Marti dicantur, si mari quæsita (c) Neptuno, si messes (d) Cereri, si (e) Mercurio lucra libantur; si item (f) rerum omnium ad cultum referuntur auctorum, ubi fas est docendi præmia consecrari, nisi in sede dicendi; præsertim cùm mihi, ultra communem cum cæteris studiorum religionem, etiam proprius quidam sit erga Meniana illa ex Majorum meorum recordatione dilectus. Quamvis enim, ante ingressum pueritiæ meæ, prætermissa fuerit eorum exercendi studii frequentatio, tamen illic avum meum quondam docuisse audio, hominem Athenis orum, Romæ diù celebrem, mox in istâ urbe, perspecto & probato hominum amore, doctrinæ atque hujus ipsius operis veneratione detentum; cujus ego locum, in quo, ut referunt, major octogenario docuit, si ab isto venerabili sene (Te, Glauce, appello præsentem, quem videmus, non civitate Atticum, sed eloquio) recoli ornarique perfecero, ipsum mihi videbor ad vitam tali professionis suæ successione

di ciò, che per fregio della mia professione mi fu donato.

CAP. XVII. POichè, se le prede di guerra a Marte, se a Nettuno le prede di mare consacransi; se le ricolte a Cerere, se a Mercurio si sacrifican'i guadagni, e così ogni cosa all'adorazione degli autori suoi si offerisce, a chi più convien'egli, che si consacrino i premi dell'insegnare, se non alla sedia della facondia; portando io poscia, oltre al rispetto verso de'studi, comune cõ tutti gli altri, certo particolare mio affetto a quelle Meniane, per la ricordanza de'miei Maggiori? Imperciocchè, sebben prima della mia fanciullezza cessò in esse la frequenza degli studi, intendo però, esserne quivi stato maestro mio avolo, nato in Atene, e che lungamente in Roma ebbe grido; il quale poi, veduto ed approvato l'amore di questa città, vi si fermò in venerazione delle lettere, e di questo luogo medesimo; la cui sedia, giacchè quì, come dicono, in età di sopra ottant'anni insegnò, se potrò ottenere che resti onorata da questo venerabile vecchio (Voi chiamo, Glauco, qui presente, Attico, non di nascita, ma di facondia) parerammi di averlo richiamato in vita, con questo succe-

a Bello parta. Simillimus locus apud Stat. Sylv. l. 1. carm. 4. Si Cereri sua dona, merumque Lyæo Reddimus, & dives prædæ tamen accipit omni Exuvias Diana tholo, captivaque tela Belli potens, &c.

b Marti. Armorum, ac bellorum Numini.

c Neptuno. Deo maris præsidi.

d Cereri. Frugum Dea, quæ seminandi artem dicitur invexisse.

e Mercurio. Negotiatorum Deo.

f Rer. omnium. Deest hic vox aliqua; puta fructus, aut primitiæ, ut visum Celsario.

De-

Sonè revocaſſe . Quod quidem meum ego erga honorem domus , ac familiæ meæ ſtudium non confiterer , V. P. niſi ipſis Imperatoribus , Cæſaribuſque noſtris gratum eſſe confiderem , ut publicam eorum in reſtituendo orbe pietatem pro ſuo quiſque captu in renovandis ſuorum veſtigiis æmuletur.

cedere nel di lui miniſterio. Nè confeſſerei , P. S. queſta brama dell' onore della mia caſa, e famiglia, ſe non confidaſſi , che a'noſtri ſteſſi Imperadori, e Ceſari foſse per piacere, che ognuno in rinnovare le orme antiche de'ſuoi gareggi quanto mai poſsa colla pubblica pietà loro, con cui riſtabiliſcono il mondo.

CAP. XVIII. *QUis enim nunc ſit animo tam humili, tam abjecto , tam ab omni appetitione laudis alieno , ut non & quantulamcunque memoriam ſuorum excitare , & ſibi aliquid ſecundæ opinionis cupiat acquirere , cùm videat omnia, quæ priorum labe conciderant, hac felicitate ſæculi reſurgentia? Tot urbes diu ſilvis obſitas , atque habitatas feris inſtaurari manibus , incolis frequentari ; quod in Ægæo mari ſemel contigit ut quæ apertis fluctibus vagabatur , repente inſula (a) Delos exiſteret , ejus nunc ſimile , to orientibus undique civitatibus , tot inſulis ad humanos cultus quaſi renaſcentibus , evenire . Niſi fortè non gravior Britanniam ruina depreſſerat , quàm ſi ſuperfuſo tegeretur Oceano , quæ profundiſſimo pœna-*

CAP. XVIII. E Chi ſarà mai di animo sì baſſo e vile, sì lontano da ogni brama di lode, che non deſideri adeſſo di riſvegliare la memoria de'ſuoi, qual'ella ſieſi , o di acquiſtarſi qualche favorevole nome, veggendo riſorgere alla felicità di queſto ſecolo quanto era abbattuto per le traverſie de'paſſati ; riſtorarſi di mura, riempierſi di cittadini tante città, lungo tempo ingombrate da ſelve, ed abitate da fiere ; avvenire infine, ſpuntando in ogni parte nuove città, e rinaſcendo a certo modo tante iſole alla coltura, non sò che di ſimile a ciò, che avvenne già nell' Egeo, quando l' iſola Delo, che andava errando pel mare, ſi fermò d' improvviſo? Se non fu per avventura men grave, che ſe le ſi foſſe ſopraſparſo l'Oceano, la rovina della Brettagna

a *Delos*. Maris Ægæi inſula, inter Cycladas olim prima, nunc *Sdille* incolis. De hac finxere Poetæ quòd inſtabilis eſſet, & ſub undis interdum delitesceret; cum verò Latona partura eſſet, juſsam fuiſse a Neptuno ex imperio Jovis aquis emergere, & conſiſtere, ut parturientem reciperet. Hæc ferè *Lucian. Dialtrid. & Nept.* De eàdem Inſulà cecinit *Alphæus Mitylenæus*; *Latonæ partus nutrix, quam Jupiter olim In maris Ægæi ſiſtere juſſit aquis*. Secundùm hanc fabulam inſtabilem Delon dixit *Statius*; *Achill. l. 1*; *Nec inſtabili famâ ſuperabere Delo.*

(a) *pœnarum gurgite liberata ad conſpectum Romana lucis emerſit ; aut* (b) *hæc ipſa, quæ modò deſinit eſſe Barbaria, non magis feritate Francorum velut hauſta deſiderat, quàm ſi eam circumfuſa flumina, & mare alluens operuiſſet. Nam quid ego alarum, & cohortium caſtra percenſeam, toto Rheni, & Iſtri, & Euphratis limite reſtituta ? Qua veris, autumnive clementiâ tot manu poſita arbores convaleſcunt, quot calore ſolis tot depreſſa imbribus ſegetes reſurgunt, quot ubique muri, vix repertis veterum fundamentorum veſtigiis, excitantur ? Adeo, ut res eſt, aurea illa ſæcula, quæ non diù quondam Saturno rege viguerunt, nunc æternis auſpiciis Jovis, & Herculis renaſcuntur.*

gna, cavata da un gorgo profondiſſimo di malori, e rialzata a veder la luce di Roma; o ſe queſte provincie barbare, che or finiſcono però di eſſere tali, non ſi erano men profondate quando la fierezza de' Franchi le ingojò in certa guiſa, che ſe allagate le aveſſero i fiumi, che in eſſe corrono, od il mar, che le bagna. Che ridire delle truppe d'infanteria, e di cavalli, rimeſſe a tutti gli confini del Reno, dell' Iſtro, dell' Eufrate? Qual temperata primavera, o qual'autunno riſaldano tante piante, qual caldo di Sole rizza mai tante biade atterrate dalle piogge, quante muraglie da ogni parte ſi fabbricano, trovatine appena i ſegni delle antiche fondamenta? Tanto è vero, che queſte coli d'oro, i quali, regnante Saturno, non durarono molto, rinatono in oggi ſotto gli auſpicj eterni di Giove, e di Ercole.

CAP. XIX. *Sed enim, V. P. inter omnia, quæ virtute Principum, ac felicitate recreantur, ſint licèt fortaſſe alia magnitudine, atque utilitate potiora, nihil eſt tamen admirabilius hac liberalitate, quam fovendis honorandiſque literarum ſtudiis impartiunt. Quippe, ut initio dixi, nulli unquam antehac Principes pari curâ belli munia, & hujuſmodi pacis ornamenta coluerunt ; diverſiſſimus enim ad utram-*

CAP. XIX. MA fra quante coſe dal valore, e dalla felicità de' Principi ſi innovano, benchè forſe ve n'abbia alcuna di più importante per la grandezza, e per l'utile, non v'ha però la più riguardevole della liberalità praticata in ajutar' ed onorare gli ſtudj delle lettere; mentre, come hò detto già da principio, non coltivò verun Principe de' paſſati con eguale applicazione gli ufizj di guerra, e queſti freg di pace; poichè onninamente ſi era-

rà

a *Pœnarum*. Quibus ipſam Carauſius, & Allectus divexaverant.
b *Hæc ipſa*. Gallia, quam Maximianus a Bagaudis liberaverat.

Dſ-

utramque ſectam deflexus eſt, (a) *diſpar natura mentium*, *& diſcrepans in electione judicium; ipſorum denique utriſque artibus* (b) *præſidentium Numinum diſſoni monitus, habituſque diſſimiles. Quò magis horum nova, & incredibilis eſt virtus, & humanitas, qui inter tanta opera bellorum ad hæc quoque literarum exercitia reſpiciunt; atque* (c) *illum temporum ſtatum, quo, ut legimus, Romana res plurimum terrâ & mari valuit, ita demum integrari putant, ſi non potentia, ſed etiam eloquentia Romana revireſcat.*

ria la ſtrada di quegli, e di queſti, diſeguale il temperamento de' genj, vario il giudicio di ſcegliere, diverſe le maſſime, diſſomiglianti i precetti, e i portamenti degl'Iddj medeſimi di queſte arti. Nuovi perciò, e da non crederſi vie più ſono il valor', e la dolcezza de' noſtri Principi, che fra tante fatiche di guerra badano anche a queſti eſercizj letterarj; e ſi credono di ripiantare affatto quello ſtato de' tempi, in cui, come leggiamo, era poderoſiſſima in terra e in mare la Repubblica, quando ne rifioriſca, non la potenza ſola, ma la facondia ancora di Roma.

CAP. XX. *Detur ergo, V. P. illa mihi ab optimis virtutum omnium dominis tributa largitio huic operi, doctrinæ atque eloquentiæ dedicato, ut quemadmodum cætera vitæ noſtræ commoda apud auxiliatores eorum Deos colimus, ita ſingularem eorundem erga literas dignationem in antiquâ literarum ſede celebremus. Videat præterea in illis porticibus juventus, & quotidie ſpectet omnes terras, & cuncta maria, & quidquid invictiſſimi Principes urbium, gentium, nationum aut pietate reſtituunt, aut virtute devin-*

CAP. XX. Dia ſi dunque, P. S. a queſt' opera conſecrata al ſaper', ed alla facondia il donativo fattomi dagli ottimi ſignori di ogni virtù; perchè, come adoriamo gli altri comodi del noſtro vivere negl'Iddj, che ci ajutano, così poſſiamo celebrare nell'antica ſedia delle lettere la bontà ſingolare de' medeſimi verſo le ſteſſe. Veggano oltre ciò i giovani, e ognidì oſſervino ſotto a que' portici tutte le terre, i mari, e quante città, quanti popoli, quante provincie gl'invittiſſimi Principi rimettono colla pietà, o debellano col valore,

a *Diſpar n. m.* Vividæ enim, ac fervidæ mentes magis ad bellum, placidæ, ac mitiores ad ſtudia feruntur.

b *Præſid. Num.* Studiis Pallas, Mars Bellis præerat. Diverſa utique utriuſque præcepta.

c *Illum temp. ſtatum.* Quorumnam temporum? Nunquam fortaſſe Romana res terrâ marique plùs valuit, quàm ſub finem libertatis; nam tunc plurimæ, & maximæ utrobique victoriæ partæ, ac celeberrimi Imperatores multi. Utinam civilibus odiis, ac cladibus pepercifſent. Tunc maxime ipſa eloquentia viguit; nam floruere iis temporibus Cicero, Hortenſius, J. Cæſar, & alii.

Quò

vincunt, aut terrere. Si quidem illic, ut ipse vidisti, credo instruendæ pueritiæ causâ, (a) quò manifestiùs oculis discerentur, quæ difficilius percipiuntur auditu, omnium cum nominibus suis (b) locorum situs, spatia, intervalla descripta sunt, quidquid ubique fluminum oritur & conditur, quacunque se littorum sinus flectunt, quo vel ambitu cingit orbem, vel impetu irrumpit Oceanus.

lore, o collo spavento. Poichè quivi, come vedeste Voi stesso, stan disegnati tutti col proprio nome i siti, le misure, le distanze de'luoghi; il nascer', e lo sboccar di ogni fiume; ogni piegatura di lido; e dove bagna l'Oceano il globo d'intorno, e dove con empito vi s'interna; credo per così instruire i fanciulli, onde imparino più facilmente cogli occhi ciò, che difficilmente coll'orecchio s'impara.

CAP. XXI. *IBi fortissimorum Imperatorum pulcherrimæ res gestæ per diversa regionum argumenta recolantur, dum (c) calentibus, semperque venientibus victoriarum nunciis revisuntur (d) gemina Persidos flumina, & Lybiæ arva (e) sitientia, & connexa (f) Rheni cornua, & Nili (g) ora multifida; dumque sibi ad hæc singula intuentium animus effingit, aut sub tuâ, Diocletiane Auguste, clementiâ Ægyptum furore posito, (h) quiescentem, aut te, Maximiane invicte, perculsa Maurorum agmina fulminantem, aut sub dexterâ tuâ, domine Constanti, Bataviam, Britanniamque squal-*

CAP. XXI. SI adorino quivi, nel veder le varie provincie, le belle imprese de' valorosissimi Imperadori; mentre al sempre giugnere ansiosi messi di vittorie si riveggono della Persia i due fiumi, le assetate campagne dell' Africa, l'unione dei rami del Reno, le diramate bocche del Nilo; ed appresso si figurano i riguardanti di vedere, o l'Egitto acquetato, e libero della sua rabbia, mercè della vostra clemenza, Diocleziano Augusto; o Voi, Massimiano invitto, fulminar le schiere abbattute de'Mauri; o la Batavia, e la Brettagna sollevar dalle selve, e dall' onde la squallida testa sotto del vo-

a *Quò manif.* Nam *segniùs irritant animos demissa per aures, Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus*, ut cecinit *Horat. l. de Arte Poet.*

b *Locorum situs.* Aderat ibi nempe Tabula quæpiam universalis Geographica.

c *Calentibus.* Præ celeritate, atque anxietate.

d *Gemina.* Tigris, & Euphrates.

e *Sitientia.* Præ sole nimio; jacent enim sub Zonâ Torridâ.

f *Rheni cornua.* Vide adnotata ad *Paneg. 2. c. 7.* & alibi.

g *Ora multifida.* Quæ juxta nonnullos Auctores novem, juxta plerosque septem sunt. Quare *Virgil. Æn. l. 6. Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.* Et *Stat., Sylv. l. 3. Carm. 5. Aut septemgemini caput haud penetrabile Nili.*

h *Quiescentem.* Sublato Achilleo tyranno.

Ma-

ſqualidum caput ſilvis, & fluctibus exerentem, aut te, (a) Maximiane Cæſar, Perſicos arcus pharetraſque calcantem: Nunc enim nunc demum juvat orbem ſpectare depictum, cùm in illo (b) nihil videmus alienum. Habes, V. P. ſtudii, ac voti mei profeſſionem. Abs te peto, ut eam literis tuis apud ſacras aures proſequi non graveris; ſiquidem maximus, ac penè ſolus fructus eſt recta cupientium, ut voluntas eorum ad divinam tantorum Principum ſcientiam perferatur.

voſtro braccio, ò Coſtanzo; o Voi, Maſſimiano Ceſare, calpeſtare gli archi, ed i turcaſſi de' Perſi: Poichè giova il veder finalmente dipinto il mondo ora che in lui non veggiamo coſa, che non ſia noſtra. Eccovi P.S. le proteſte della mia inclinazione, e del mio deſiderio. Pregovi, che non ricuſiate di accompagnarle con voſtre lettere alle ſacre orecchie; poichè il maggior', e quaſi l'unico vantaggio di chi ha giuſte brame ſi è, che giungano alla notizia di Principi coſi grandi.

a *Maximiane Cæſ.* Armentarium intelligit, qui Orienti maximè præfuit, Perſaſque domuit. Videndi *Eutrop. l.* 10. *Sex. Aur. Vict. Oroſ. l.* 7, *c.* 25.

b *Nihil, &c.* Omnia enim parent Romanis armis.

* INCERTI PANEGYRICUS MAXIMIANO, ET CONSTANTINO.

V.

CAP. I. *Dixerint licèt plurimi, multique dicturi sint ea, quibus omnia facta vestra, summarumque virtutum merita laudantur, Sacratissimi Principes, Maximiane* (a) *(velis nolis) semper Auguste, & Constantine* (b) *oriens Imperator, mihi tamen certum est ea præcipuè isto sermone complecti, quæ sunt hujus propria lætitiæ, quæ* (c) *tibi Cæsari additum no-*

PANEGIRICO DI AUTORE INCERTO A MASSIMIANO E COSTANTINO.

V.

CAP. I. SEbben molti lodarono, e loderan molti ancora tutte le vostre gesta, e i meriti delle sublimi vostre virtù, Sacratissimi Principi, Massimiano (vogliatel' o nò) sempre Augusto, e Costantino Imperadore novello, sò però, contenersi specialmente in questa Orazione ciò, ch'è proprio della presente allegrezza, con cui si festeggia l'aggiunta del titolo d'Imperadore al vostro di-

Ce-

* *Incerti*. Non constat de Auctoris nomine, at meo quidem judicio ita probata est hæc Oratiuncula, ut affirmare ausim, ipsi post Plinianam, reliquas inter, primas fortasse laudes deberi.

a *Velis nolis*. Adulatorie dictum explicat P. *de la Baune, quasi Maximianus invitus, & ad obsequendum tantùm Diis abdicatam ante quatuor annos purpuram resumpsisset*: At ego dixerim quia, licèt tunc Augustus non esset, nam purpuram deposuerat, nec dum resumpserat, tamen Augustus esse, ac dici etiam invitus mereretur.

b *Oriens Imp.* Imperatoris nomine nuper vocatus, Anno Christi nempe 306 circiter, in Britanniâ, post obitum Constantii Patris, cunctis acclamantibus in exercitu.

c *Cæsari*. Jam enim ante a Patre Cæsaris titulo decoratus fuerat.

Pri-

nomen Imperii, & iſtarum cæleſtium nuptiarum facta celebrantur. Cætera enim in Rempublicam beneficia veſtra poſſunt multis occaſionibus diverſorum temporum prædicari; huic voto propria nunc debetur Oratio, quòd ſemel factum futurum eſt ſempiternum. Equidem ſcio, gaudentium ſtudia nunc ita toto orbe floreſcere, quacunque Fama ultra naturam, quà fingitur, diſcurſus volucres mutuata, & pluſquam mille vocibus ſonora percrebuit, ut omnium nationum gratulationibus conſecretur. Quid enim rebus humanis contingere potuit, aut nobilius ad gloriam, aut certius ad ſalutem, quàm quòd (a) *priſtinæ veſtræ concordiæ, perpetuæque pietati hoc quoque pignus acceſſit, ſummorum nominum arctiſſimâ conjunctione venerabile, ut Imperatori* (b) *filiam collocaverit Imperator? Sed tamen nos oportet omnes homines exultatione ſuperare, qui hoc tantum Reipublicæ bonum præſentes intuemur; & ipsâ vultuum veſtrorum contemplatione ſentimus, ita conveniſſe vos, ita non dexteras tantùm, ſed etiam omnes ſenſus veſtros menteſque junxiſſe, ut, ſi fieri poſſit, tranſire invicem in pectora veſtra cupiatis.*

Ceſare, e la ſolennità di queſto ſpoſalizio celeſte. Imperciocchè gli altri benefizj, fatti da Voi alla Repubblica, poſſono in molti altri tempi lodarſi; ma a queſto deveſi una diſtinta Orazione, perchè ciò, che una volta ſola ſi è fatto, ha da eſſer'eterno. Sò di vero, fiorir sì le dimoſtranze di giubilo per tutto il mondo, che la fama ſparſaſi in ogni luogo più celeremente del ſolito, volando, come ſi finge, e riſonando di mille e più voci, dalle congratulazioni di tutt'i popoli vien conſecrata. E che avvenir potè al mondo, o di più nobile per la gloria, o di più ſicuro per la ſalvezza, che l'aggiugnerſi alla primiera voſtra concordia, e perpetua voſtra pietà ancor queſto pegno, venerabile per la unione ſtrettiſſima de' grandi nomi, che ad un'Imperadore abbia data per moglie un' Imperador la figliuola? Pure conviene, che ſorpaſſiam tutti nel giubilo noi, che veggiamo preſente un sì gran bene della Repubblica; ed oſſervando le voſtre facce conoſciamo, eſſere Voi sì accordati, aver legato, non le deſtre ſole, ma tutti ancora i voſtri ſentimenti, e i cuori medeſimi di tal fatta, che paſſar vorreſte, ſe far ciò ſi poteſſe, l'uno nel petto dell'altro.

Quid

E Che

a *Priſtinæ.* Nam multos annos antea Maximianus Conſtantium Chlorum ſibi in collegam aſsumpſerat; & Theodoram privignam ſuam illi in uxorem dederat.

b *Filiam.* Flaviam Maximianam Fauſtam, ejuſdem Maximiani filiam ſecundæ uxoris loco, nam antea Minervinam habuerat, Conſtantinus ſumpſit; quare, ut adnotat *Zonaras*, Conſtantius, & Conſtantinus, pater nempe, ac filius duas ejuſdem Maximiani filias in uxores acceperunt. Contigit autem Conſtantini connubium, non multùm poſt Imperium a Maximiano depoſitum, anno nempe circiter 307, ut adnotat *Jo. le Clerc, Bibliothe. Tom.* 3. Cùm enim ipſe, acclamato a Prætorianis ad Imperium Maxentio, purpuram reſumere vehementer optaret, ad Conſtantinum confugit, eidemque filiam ſpopondit, ac ſuppetias petiit. Auctor *Zoſimus, l.* 2. Fauſtæ Nummum, & Conſtantini petes Tabellâ, *Pan.* VI. præfixâ.

Per

CAP. II. *Quid enim, aut tu carius dare, aut tu carius accipere potuisti; cum hac affinitate vestrâ, & tibi, Maximiane, per Generum juventa renovata sit, & tibi, Constantine, (a) per Socerum nomen Imperatoris accreverit? Maximas itaque vobis, æterni Principes, publico nomine gratias agimus, quòd suscipiendis liberis, optandisque nepotibus seriem vestri generis prorogando omnibus in futurum seculis providetis, ut Romana res, olim diversis regentium moribus, fatisque jactata tandem perpetuis domus vestræ radicibus conalescat; tamque sit immortale illius Imperium, quàm sempiterna soboles Imperatorum. Hæc est vera pietas, hæc voluptas conservandi generis humani, exemplum dare gensibus ad matrimonia studiosius expetenda, & liberos educandos; ut substituendis successionibus singulorum nihil obsit, unumquenque esse mortalem, cum immortalis sit posteritate Respublica. Quare si (b) leges hæ, quæ multâ cælibes notaverunt, parentes præmiis honorarunt, verè dicuntur esse fundamenta Reipublicæ, quia seminarium juventutis, & quasi fontem humani corporis semper Romanis exercitibus ministrarunt, quod huic vestro in Rempublicam merito possumus dignum nomen adscribere, qui non plebe-*

CAP. II. E Che di più caro Voi dar potevate, o Voi che di più caro ricevere, sendosi rinnovata col parentado in Voi, Massimiano, dal Genero la giovanezza, ed a Voi, Costantino, mercè del Suocero, aggiunto il nome d'Imperadore. Rendiamo a Voi dunque, Principi eterni, a nome pubblico le grazie maggiori, perchè allungando con generare figliuoli, e con desiderarvi nipoti, la discendenza della vostra casa, provvedete sì a Roma per tutt' i secoli avvenire, che, là dove fu essa finor travolta da' varj costumi, e destini de' suoi signori, se ne cresca in fine sulle radici della vostra stirpe, e sia l'Imperio di lei tanto immortale, quanto eterna degl'Imperadori la discendenza. Questa sì è la vera pietà, questo il piacere di conservar l'umana genere, dar'esempio a' Popoli di applicar con più spirito a' maritaggi, e di allevare figliuoli, perchè, rimettendosi la successione di ognuno, nulla monti, che morir debbano questi e quegli, durando già la Repubblica immortale ne' posteri. Perciò, se le leggi, che gastigarono i celibi, e premiarono chi avea figliuoli, si tennero per colonne dello stato, perchè porsero sempre un seminario di giovani, ed una come sorgente di uomini alle armi di Roma, qual titolo egualmente degno dar potremo a cotesto vostro

a *Per socerum.* Dictum hoc in Maximiani gratiam: Cæterùm Constantinus ab universo exercitu salutatus est Imperator.

b *Leges.* Nimirum inter præcipuas Julia, & Papia Poppæa: illa a C. J. Cæsare lata, qui *post Bellum Africanum*, inquit *Dio l.* 43, *vehementer exhausta Urbe, præmia proposuit multitudini liberorum*; hæc verò a Papio, & Poppæo Consulibus, suprema Augusti tempora, ut refert *Tac. Annal. l.* 3. Vide dicta ad *Plin. Paneg. c.* 26.

Mil-

bejo germine, ſed Imperatoriâ ſtirpe Rempublicam propagatis; ut quod (a) milleſimo anno poſt Urbem conditam eveniſſe tandem gratulabamur, nè mutatoria per novas familias communis ſalutis gubernacula traderentur, idem omnibus duret ætatibus, Imperatores ſemper Herculei.

ſtro merito verſo della Repubblica, che andate aumentando, non con prole plebea, ma con figliuolanza d'Imperadori; onde ciò, che avvenne con noſtro giubilo mille anni dopo la fondazione di Roma, che il governo della comune ſalvezza non paſſi più dall'una all'altra famiglia, ciò, diſſi, duri per tutte l'età negl'Imperadori di Ercole.

CAP. III. *QUemnam igitur utriuſque veſtrum præconii, ac venerationis ordinem faciam? Adhuc enim de amborum in hanc neceſſitudinem congruentibus votis communiter dixi: Et te quidem ſentio, ſenior Auguſte, majeſtate præcedere; te ſequi, junior Imperator. Sed profectò, ſicut tuo, Conſtantine, Socero ante eſt conciliata divinitas, quàm ab eo pignus ipſi cariſſimum poſtularet, ſic & nunc quoque in hac gratulatione priùs illa dicenda ſunt, quæ in te conſiderans tantus iſte, & paterni, & tui auctor Imperii lætatus eſt quòd petiſti. O' divinum tuum, Maximiane, judicium, qui hunc tibi jure adoptionis (b) Nepotem, majeſtatis ordine Filium, etiam Generum eſſe voluiſti! Divi, inquam, Conſtantii filium, in quem ſe prima illius juventa transfudit; in cujus ore cœleſtes illius vultus Natura ſignavit; qui aſpectum illius ad*

CAP. III. COn qual' ordine dovrò dunque lodarvi entrambi, e venerarvi; poichè hò parlato finora di tutti e due, come a formare queſto parentado accordati? E ben conoſco, che a Voi vecchio Auguſto tocca per la maeſtà il primo luogo, e a Voi giovane Imperadore il ſecondo. Ma per dir vero, come voſtro Suocero, o Coſtàtino, ebbe del divino anche prima che gli chiedeſte quel pegno sì caro, così ancora in queſta congratulazione debbòſi lodar prima le doti, che sì gran Principe, autore dell'Imperio a voſtro Padre, ed a Voi, in Voi medeſimo riconobbe, onde godette della dimanda, che gli faceſte. Fu pur divino il voſtro, giudicio, ò Maſſimiano! Voleſte anche per Genero queſti, già per adozione voſtro Nipote, e Figliuolo per ordine di maeſtà, queſti, diſſi, figliuolo del divino Coſtanzo, in cui ſi trasfuſe la prima giovanezza del medeſimo, nella cui faccia ritraſſe la Natura quelle celeſti ſembianze; queſti perfine, che del tutto ci rappreſenta il volto, che

a *Milleſimo.* Non verè milleſimo; tunc enim mille, & quinquaginta ſeptem circiter ab V. C. anni elapſi.

b *Nepotem.* Quia filium Conſtantii filii ſui adoptivi.

Ad

(a) *ad Deorum concilia translati adhuc desiderantibus nobis sufficeit pro duobus. Neque enim forma tantùm in te Patris, Constantine, sed etiam* (b) *continentia, fortitudo, justitia, prudentia sese votis gentium præsentant.*

CAP. IV. *QUo enim magis continentiam Patris æquare potuisti, quàm quòd te ab ipso fine pueritiæ illico* (c) *matrimonii legibus tradidisti, ut primo ingressu adolescentiæ formares animum maritalem; nihil de vagis cupiditatibus, nihil de concessis ætati voluptatibus in hoc sacrum pectus admitteres, novum jam tum miraculum, juvenis uxorius? Sed, ut res est, mente præsagâ omnibus te verecundiæ observationibus imbuebas, talem posteà ducturus uxorem. Fortitudinem autem illius jam tum in principiis consecutus es. Multa ille Francorum millia, qui Bataviam, aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, cepit, abduxit: Tu jam ab ipsis eorum* (d) *Regibus auspicatus*

che ancor bramiamo, del Padre stesso, già traportato all'assemblea degl'Iddj. Nè si presenta in Voi, Costantino, a' desiderj degli uomini il sembiante solo del Genitore; ma la continenza, la fortezza, la giustizia, la prudenza medesima.

CAP. IV. ED in che meglio potevate agguagliare la continenza del Padre, che in legarvi, tosto dappoi finita la fanciullezza, alle leggi del matrimonio, per formare nel primo passo alla giovetù un vero animo da marito; e per non dar entrata in quel sacro petto a veruna voglia sfrenata, a verun piacere, nè pur di quegli, che a quella età si permettono, rèduto nuovo miracolo un giovane veramente da moglie? Ma Voi, già indovino di doverne prendere una tale, v'imbeevate perfino allora di tutte le osservanze della verecondia. Alla fortezza di lui poscia arrivaste ne' principj stessi del vostro operare. Uccise desso, sterminò, fece schiavi molte migliaja de' Franchi, che aveano inondata la Batavia, ed altre terre di quà dal Reno: Vo' incominciaste dalla mor-

a *Ad Deorum*. Inter Divos relati; de more. Fidem faciunt de Constantio Historiæ, ac Nummi, quorum unum pulcherrimæ conservationis, apud me existentem exhibeo *Tab. 3, n. 9.* epigraphe non obviâ; *Imp. Maxentius Divo Constantio Cogn.* hoc est *Cognato*, ut explicat inter cæteros *Adolphus Occo*, qui ejusdem Numismatis ex auro mentionem facit. Vix credas, a Maxentio Nummos cusos fuisse in honorem Constantii.

b *Continentia*, &c. Harum virtutum professione claruisse Constantinum, optimis tum pacis, tum belli muneribus nulli ferè secundum, testantur *Sex. Aur. Victor*, *Eutrop. l.* 10, aliique plures.

c *Matrim. legibus*. Encomiasticè; cæterùm jam ex Minervinâ, quæ a *Zosimo*, & *Victore* concubinâ dicitur, Crispum susceperat.

d *Regibus*. Ascaricum, & Ragaisum intelligo, de quibus inter Oratores hosce nostros *Lumen. Pan. c.* 9. *s.* 10. *Nazarius, c.* 16. Præterea verò *Eutropius l.* 10, & alii.

Li-

tus es ; simulque , & praterita illorum scelera punisti , & totius gentis lubricam fidem timore vinxisti . (a) *Liberavit illo Britannias servitute : Tu etiam nobiles* (b) *illic oriendo feciſti . Plurimas ille Barbaras nationes victoriâ domuit , venià mitigavit : Tibi , cunctis hostibus alacritatis tuæ terrore compressis , interim deest materia vincendi .*

morte de' loro medesimi Rè; gastigando insieme le colpe loro passate, e legando collo spavento la fedeltà mal sicura di tutta quella nazione. Sciolse desso le Brettagne dal vastallaggio: Voi anche le nobilitaste col nascervi. Fiaccò egli colle vittorie, mitigò colla clemenza molte nazioni di Barbari: A Voi, dopo avere spaventati, ed oppressi colla vostra prestezza i nimici, manca ora materia di vincere.

CAP. V. *JUstitiam verò Patris , atque pietatem sic imitaris , & sequeris , ut omnibus ad te confugientibus , diversamque opem , aut contra aliorum injurias , aut pro suis commodis postulantibus , quasi legata Patris videaris exsolvere ; idque ipsum coram gaudeas prædicari , quidquid tu justè , ac liberaliter feceris , filium Constantii necessariò præstiriſſe . Nam quid ego de prudentiâ dicam , quate penè credimus fore ipso Patre potiorem , qui veteres illos Romanæ Reipublicæ principes , superiorem* (c) *Africanum , Pompejumque Magnum , ætatis cursum virtute prævectos , tam maturè sumpto vincis imperio , tantarumque rerum sustines molem incipiente virtute ? Gesseris enim multa fortiter licèt , multa sapienter , cùm per maximos Tribunatus*

CAP. V. LA giustizia, e la pietà poscia di lui imitate, e seguite sì, che a chiunque ricorre a Voi, o contro d'altri, o per sè, par'egli che paghiate un quasi legato del Padre; godendo che pubblicamente si dica, essersi tutte le vostre azioni di giustizia, e di beneficenza fatte necessariamente da un figliuol di Costanzo. Che dirò della prudenza, in cui crediamo che siate per vincere lo stesso Padre? Già preso in età sì fresca il governo, sorpassate que' principali antichi sogetti della Repubblica di Roma, il vecchio Africano, e Pompeo il Grande, che avanzarono gli anni colle virtù; e con un valor principiante sostenete il peso di cose sì grandi. Abbiate pur fatte molte azioni di fortezza, molte di saviezza nelle prime vostre guerre, in carica di Tribuno, egli è però uopo,

a *Liberavit.* A tyrannide Caraufii, & Allecti. Dictum de his ad *Paneg.* 2, c. 12.

b *Illic oriendo.* Insultat acriter *Livineius* illis, qui Constantinum in Britannia natum dicunt. Ejusdem opinionis fuisse *Lipsium* videre est in ipsius opere de *Magnitud. Romanâ lib.* 4, *cap.* 11, & fusiùs in Notis ad eundem locum. Uni autem ferè nituntur isti *Julu Firmici* testimonio, ipsum apud Tarsum genitum affirmantis. Alii non apud Tarsum, sed apud Naisum Dacix oppidum; inter quos vide *Rupertì Observat. in Beſold.* Quidquid sit tamen, a communissimâ Scriptorum opinione non recedendum mihi videtur, ut uni tantùm aut alteri adhæreatur.

c *Africanum*, Scipionem illum celebrem.

natus ſtipendia prima conficeres, ſentias neceſſe eſt tanta auſpicia fortunæ Imperator adoleſcens. Quanquam quid ego inter ætatis tuæ potiùs, quàm gravitatis nomen uſurpo, cujus tanta maturitas eſt, ut, cùm tibi Pater Imperium reliquiſſet, Cæſaris tamen appellatione contentus, expectare malueris, ut idem te, qui illum, declararet Auguſtum. Siquidem ipſum Imperium hoc fore pulchrius judicabas, ſi id non hæreditarium ex ſucceſſione cepiſſes, ſed virtutibus tuis debitum a ſummo Imperatore meruiſſes.

CAP. VI. *Neque enim dubium, quin tibi maturè acrum iſtud faſtigium divinæ poeſtatis adſtrueret, qui te jam olim ſibi Generum, etiam antequàm petere poſſes, ſponte delegerat. Hoc enim, ut audio, imago illa declarat in Aquilejenſi palatio ad ipſum (a) convivii poſita aſpectum, ubi (b) puella jam divino decore venerabilis, ſed adhuc impar oneri ſuo, ſuſtinet, atque offert tibi etiam tum puero galeam auro gemmiſque radiantem, & pennis (c) pulchræ alitis eminentem; ut te, quod vix ulla poſſunt habitus ornamenta præſtare, ſponſale munus faciat pulchriorem. Fortunatus pictor ille, quiſquis fuit, & quamvis (d) Apellem, ipſumque Parrhaſium ſcientiâ vicerit, materiâ tamen ima-*

uopo, che ripenſiate agli auſpicj di sì alta fortuna Voi giovane Imperadore. Ma che prendo nel nominarvi, anzi dall'età, che dalla voſtra peſatezza il vocabolo? Peſatezza così matura, che avendovi laſciato il Padre l'Imperio, Voi però pago del nome di Ceſare aſpettar voleſte, che vi dichiaraſſe Auguſto il medeſimo, che lui pure avea dichiarato; giudicando più onorevole in Voi l'Imperio, ſe non lo aveſte acquiſtato per eredità, ma come dovuto alle voſtre virtù, meritato da un' Imperadore sì grande.

CAP. VI. NE aveavi dubbio, che non vi alzaſſe ben preſto a queſto ſacro poſto di ſovranità ben divina chi aveavi già, anche prima che ricercar lo poteſte, ſcelto ſpontaneamente per Genero. Lo dimoſtra, come ſento dire, quel ritratto, ch'è nel palazzo di Aquileja a villa della menſa, dove la fanciulletta, ormai venerabile per la ſua divina ſembianza, ſoſtiene, benchè ineguale al peſo, e porge a Voi pur fanciullo un elmo luminoſo di oro, e di gemme, e creſtuto di piume di bell'augello; perchè, ciò che appena da verun' abbigliamento può farſi, vi renda più bello il dono della ſpoſa. Fortunato pittore chiunque ſi fu; e, benchè ſuperiore nell'arte ad Apelle, ed allo ſteſſo Parraſio, più felice però per la materia del ri-

a *Convivii*. Sunt qui legere malint *connubii*, ut putavit etiam *Franc. Juretus*. Quàm perperam judicet, qui ſanus eſt: Nam loquitur Noſter ſanè de imagine poſita *in triclinio, ubi convivium celebratur*, ut adnotavit *Acidalius*.

b *Puella*. Flavia Maximiana Fauſta.

c *Pulchræ al.* Pavonis puta, aut Struthionis.

d *Apellem, ipſumque Parrh.* Celebratiſſimos Græciæ Pictores.

Hoc,

imaginis, quàm arte felicior! Quanquam enim ipſi ferant, difficillimam eſſe præcipuæ cujuſque formæ imitationem, quia certis ſuis notis citò deformitas exprimatur, ſimilitudo autem pulchritudinis tam ſit ardua, quàm rara eſt pulchritudo, non tantum tamen ille cepit laboris ex ore veſtro divinas ſpecies transferendo, quantum divinitatis hauſit cominus vos inſpiciendo, intuendo ſolicitè, & curiosè ab hilaritate illius ætatis vultus immobiles, & ſerios exigendo, promendo denique amoris veſtri tacita præſagia; ut, quod invicem vobis verecundia negabat, liberè vos in imagine cerneretis.

ritratto, che pel lavoro! Imperciocchè, ſebben è del tutto difficile l'imitare ogni ſembianza, che abbia del grãde, perchè ben preſto da certe ſue linee la diformità ne riſulta, e tanto più arduo l'aſſomigliar la bellezza, quanto eſſa è rara, egli però non ebbe ſtento sì grande a copiare le divine fattezze del voſtro volto, quanto di divinità ne guſtò dal mirarvi vicino, dal fermarſi in Voi fiſo, dal ricercar cõ premura dalla gioialità di quegli anni una fronte grave e ſeria, dal colorir per finirla i taciti preſagi del voſtro amore; perchè, ciò che a Voi negava la comune voſtra modeſtia, vi guardaſte con libertà nel ritratto.

CAP. VII. *SEd profectò hoc jam tum, Maximiane, divinâ mente præſumpſeras; (a) hoc, cùm ferret ætas, ut rogareris optaveras, cùm tibi in illâ jucundiſſimâ ſede lætitiæ harum nuptiarum gaudia præſtinabas; ut ſimul illam parvulam, & hunc intuendo creſcentem diu fruereris expectatione (b) voti, quod hac conjunctione firmaſti. Quid enim competentius, quid providentiâ tuâ dignius facere potuiſti, quàm ut (c) ejus filio, quem tibi pridem, & (d) affinitate adſciveras, & majeſtate ſociaveras, nunc ex intimis affectibus traderes ſummi pignus imperii? Hæc eſt tua, Maximiane,*

CAP. VII. MA ben ſi fu coteſto un penſiero della voſtra mẽte divina, o Maſſimiano: e voleſte eſſerne anche pregato, ricercando così la età, quando in quella giocondiſſima ſedia di allegrezza deſtinavate i giubili di queſte nozze, per godere a lungo, nel mirare inſieme, e quella fanciulletta, e queſti, che andava creſcendo, l'aſpettazione di quel contento, che ſtabiliſte con queſta unione. E che di più convenevole, che di più degno della voſtra prudenza far potevate, come il conſegnar'ora coll'affetto più ſviſcerato un pegno del più alto comando al figliuolo di chi poco innãzi vi avevate renduto congiunto, e compagno

a *Hoc*, &c. Decebat enim ſenem a juniore rogari.
b *Voti*. Ut nimirum Reipublicæ gubernacula mutatoria per novas familias non abeant, ſed Imperatoribus tandem Herculeis demandentur.
c *Ejus*. Conſtantii Chlori.
d *Affinitate*. Datâ illi in uxorem Theodorâ Privignâ.

ne, *inter omnes Principes propria largitio. Alii divitias, aut honores, aut ipsa etiam Imperia, sed sola donarunt; tu animo majore, quàm cæteri, pariter indulges, & (a) quod pietas tua habet carissimum, & (b) quod fortuna præcipuum. Nec tamen miranda ista in te est, Maximiane, animi magnitudo, in quem Dii immortales tanta congesserunt, & natura bona, & ornamenta fortunæ, ut quamvis maxima largiaris, ita penes te sint omnia, quasi ea solus obtineas. Ut enim ille, qui omnes aquas (c) Cœlo, & (d) terris præbet Oceanus, semper tamen in motibus suis totus est, ita tu potes Imperium, Maximiane, donare, (e) non potes non habere. De quo ego, cùm ad id loci venero, ita dicam, ut fortasse quibusdam videar audacior, veritas tamen mea erga te devotionis approbet.*

gno del trono? Cotesta si è una vostra propria generosità, ò Massimiano, con distinzione dagli altri Principi. Donaron'altri ricchezze, od onori, o l'Imperio medesimo; ma non più: Voi cõ animo maggiore degli altri egualmente donate quanto ha la vostra pietà di più caro, e quanto di più ragguardevole la vostra fortuna. Non è però di stupore cotesta grandezza d'animo in Vo', in cui gl'Iddj immortali ammassarono in sì alto numero, e beni di natura, e fregi di fortuna, che, quantunque doniate assai, tutto è però in vostra mano, come se lo aveste Voi solo. Imperciocchè, come l'Oceano, che porge tutte le acque al Cielo, ed alla terra, è tuttavia ne'movimenti suoi sempre intero, così potete Voi donar l'Imperio sì bene, non mai non averlo, ò Massimiano; di cui, giunto a questo passo, parlerò in guisa, che sembrerò forse troppo ardito ad alcuni, vedrassi nonpertãto la verità della mia divozione.

CAP. VIII. *NUnc enim sequitur, ut, quoniam virtutes tuas, Constantino Auguste, Socero prædicavi, tu quoque, licèt optimè scias, tamen audias quanti te Principis*

CAP. VIII. IMperciocchè vuolsi ora, giacchè ho spiegate, ò Costantino, al Suocero le vostre lodi, che Voi pure, sebbẽ interamẽte il sapete, intendiate dalla mia bocca di quanto gran Principe

a *Quod pietas*. Qualis est Filia.

b *Quod fortuna*. Quale est Imperium.

c *Cœlo*. Quas aquas Cœlo ministrat Oceanus? An vapores, a quibus nubes, & mox pluviæ? An illæ, quibus ali fidera Stoicis dicebantur? Adnotavimus ad *Paneg. 9, cap. 7.*

d *Terris*. Optimorum enim opinio Philosophorum est, flumina nil aliud esse, quàm Aquas e mari per terræ occultos meatus ascendentes, inde ex his illisque fontibus exeuntes, tandem refluentes rursum in mare. Explicat egregiè inter cæteros recentiores P. *Maignan, Curs. Philos. cap. 17, Prop. 17.*

e *Non potes*, &c. Alludit ad Imperii depositionem a Maximiano factam, unà cum Diocletiano, post annos viginti.

Na-

pis ornet affinitas. Hic eſt, qui (a) *nomen, quod accepit a Deo principe generis ſui, dedit vobis; qui ſe progeniem eſſe Herculis non adulationibus fabuloſis, ſed æquatis virtutibus comprobavit. Hic eſt, qui in* (b) *ipſo ortu Numinis ſui Gallias priorum temporum injuriis efferatas Reipublicæ ad obſequium reddidit, ſibi ipſas ad ſalutem. Hic (quod jam falsò traditum de antiquis Imperatoribus putabatur) Romana trans Rhenum ſigna* (c) *primus Barbaris gentibus intulit. Hujus cum* (d) *Fratre rurſus, ac ſæpius expeditionibus domita Germania, aut boni conſulit ut quieſcat, aut lætatur, quaſi amica, ſi pareat. Tu ferociſſimos Mauritaniæ populos inacceſſis montium jugis, & naturali munitione fidentes expugnaſti, recepiſti, tranſtuliſti. Te primo ingreſſu tuo tantâ lætitiâ, tantâ frequentiâ populus excepit, ut cùm te ad* (e) *Capitolini Jovis gremium vel oculis ferre geſtiret, ſtipatione ſui vix ad portas Urbis admitteret. Te rurſus viceſimo anno Imperatorem, octavo Conſulem ita ipſa amplexu quodam ſuo Roma voluit detinere, ut videretur augurari jam, & timere, quod factum eſt: Eſt enim, Imperator æterne, in quo uno quere-*

cipe Voi godiate la parentela. Queſti ſi è quegli, che a Voi diede quel nome, il qual'egli ebbe dall' Idio autore del ſuo caſato; che, non con falſe adulazioni, ma con eguali prodezze pruovò la ſua diſcendèza da Ercole. Queſti ſi è quegli, che ne' ſuoi ſteſſi principj riduſſe le Gallie, divenute barbare per le ſtranezze de' tempi corſi, alla divozione della Repubblica, e alla lor propria ſalvezza. Queſti, il che falſamente degl' Imperadori antichi fu detto, portò il primo di là dal Reno contro de' Barbari le bandiere di Roma. Così dalle replicate ſue ſpedizioni, fatte in compagnia del Collega, fiaccata la Germania, o ſi appaga di ſtarſi quieta, o gode di ubbidir come amica. Voi vinceſte, ſoggettaſte, traportaſte altrove i popoli ferociſſimi della Mauritania, affidati nelle proprie inarrivabili catene di monti, e nelle difeſe della natura. Voi nel primo entrare foſte accolto con giubilo, e calca sì grande in Roma, che, quantunque ella godeſſe di accompagnarvi anche cogli occhi al ſeno di Giove in Campidoglio, colla folla però vi laſciava entrare appena alle porte. Nell'anno poſcia venteſimo del voſtro Imperio, in cui cadde il voſtr' ottavo Conſolato, volle Roma ſeguirvi con un certo ſuo abbracciamento, che parea indovinaſſe, e temeſſe quaſi ciò, che po-

a *Nomen*. Herculei.
b *Ipſo ortu*. Vide *Eutrop. l. 9.*
c *Primus*. Adulatoriè dictum.
d *Fratre*. Diocletiano Collegâ.
e *Capitol. Jovis*. Quem victores ac, triumphantes adibant, in ipſiuſque gremio triumphales laureas deponebant. Nota rerum hiſtoriis: Attingunt etiam *Plin. cap. 8. Pacat. cap. 9.*

relam Reipublicæ penè meruisti.

poscia è seguito: E ben meritaste quasi, Imperador'eterno, i richiami della Repubblica.

CAP. IX. *Audi doloris nostri liberam vocem; siquidem Dii ipsi, quòd plerunque humanas res negligant dum querimur, ignoscunt, quibus* (a) *aliud fortassè curantibus grandines ruunt, terræ debiscunt, urbes hauriuntur, quæ non illis volentibus, sed aut aliorsum aspicientibus, aut fatali rerum cursu urgente videntur accidere. Tale est, Imperator, quod omnibus nobis incluso gemitu mœrentibus facere voluisti, non quidem tu Reipublicæ negligentiâ, aut laboris fugâ, aut desidiæ cupiditate ductus, sed consilii olim (ut res est) inter vos placiti constantiâ, & pietate fraternâ; nè quem totius vitæ, summarumque rerum socium semper habuisses, in* (b) *alicujus facti communitate desereres, nève illius, viderit quali, certè novæ laudi cederes. Verum longè diversa inter vos erat causa declinandi, aut sustinendi laboris. Quanquam etsi totam excusationem ætatis afferres, sic quoque tibi Reipublicæ curis non erat abnuendum. An si maximus quisque natu gubernator est certissimus ad salutem, non is est optimus, qui usu peritissimus Imperator? Aut te unquam, Constantine, liberi nostri, nepotesque patientur, vel cùm ad summam perveneris senectutem, Reipublicæ ve-*

CAP. IX. UDite i liberi sentimenti del nostro dolore, poichè ci perdonano gli stessi Iddj se ci lagniamo della frequente loro trascuratezza verso le cose del mondo; se, mentre badano forse ad altro, piovono le gragnuole, si spalancan le terre, si abissano le città; mali, che non già accadono per voler loro, ma, o mentre essi guardano altrove, o perchè si vuole il destin delle cose. Così far voleste, ò Imperadore, con noi (e noi con segrete lagrime ce ne dogliamo), non per trascuratezza verso del pubblico, o per iscansare fatica, o per desiderio di morbidezza, ma per mantenere la pietà di fratello, e quanto avevate tra di Voi patteggiato; per non abbandonare in un'opera chi ne' gran fatti vi era sempre stato compagno; e per non cedergli in quell'azione lodevole, nuova certamente qualunque si fosse. Altra in Voi si era però la cagione di sfuggire, o di sostener la fatica, bèchè con anche tutta la discolpa degli anni nō doveste ricusare il governo. Imperciocchè, se un vecchio Principe assicura più la salvezza dello stato, non sarà il miglior quell' Imperadore, che sarà per la sperienza il più pratico? E lascieranno Voi forse, ò Costantino, i nostri figliuoli, e nipoti, nemmeno nella più cadente vecchiezza, raccorre quel-

a *Aliud f. r.* Impiè dictum etiam ab Ethnico.
b *Alic. facti.* Imperium scilicet deponendi.

Par-

vela contrahere, quæ tam felicibus ventis etiam juvenis implevеris? Sed tamen, utcunque fas fuerit eum Principem, quem anni coegerunt, aut valetudo deficeret, recepti canere, te verò, in quo adhuc illa sunt integra solidæque vires, hic retius corporis vigor, hic imperatorius ardor oculorum, immaturum otium sperasse miramur: Quid enim aliud (a) *participi majestatis tuæ lare potuit veniam quietis, quàm ut tu Imperio succederes pro duobus?*

quelle vele, che perfin da giovane con sì felici venti gonfiaste? Comunque però lecito sieſi ad un Principe obbligato dagli anni, o da' malori ſonare a raccolta, traſcoliamo, che Vo', in cui ſono intere ancora e gagliarde le forze, robuſto il corpo, gli occhi riſplendenti d'una principeſca vivacità, abbiate ſperato un così preſto riposo; poichè al voſtro Collega che altro mai ottenne il perdono, ſe non l'eſſere ſottentrato Voi per due nella carica?

CAP. X. *Sed profectò exegit hoc ipſa varietas, & natura fortunæ, cui nihil mutare licuerat dum vos Imperium teneretis, ut illa* (b) *viginti annorum continua felicitas intervallo aliquo diſtingueretur; aut etiam Dii immortales probare voluerunt, tibi innixam ſtetiſſe Rempublicam, cùm ſine te ſtare non poſſet. Quanquam in iſtis quidem partibus non caruit priſtinâ firmitate, ibi verò penè funditus corruit, unde tu, Maximiane, diſceſſeras. Adeo illic plurimum habuerat ſtabilitatis aſſerta, ubi deſerta maximè vacillavit. Non aliter enim, quàm ſolet terra ventis, aut aquis ſubter immiſſis intervulsâ ſui ſoliditate nutare, ita cuncta Italia, atque ipſa Roma, ſubductâ repente, qua ſuſtentata fuerat, dexterâ tuâ, contremuit, ac penè conſedit. Quod ego curſim tranſeo; cur enim*

CAP. X. Ma volle sì la varietà ſteſſa, e la natura della fortuna, che nulla potea cambiare ſtando in man voſtra l'Imperio; volle, diſſi, che quella continua felicità di anni venti s'interrompeſſe per qualche ſpazio; o forſe moſtrar anche vollero gl'Iddj immortali, eſſerſi mantenuta ſu di Voi la Repubblica, ſe non potea durar ſenza Voi; e benchè in queſte parti non le mancaſſe l'antica fermezza, quivi però, donde partiſte, ò Maſſimiano, rovinò quaſi del tutto. Tanto da Voi ſoſtenuta ſtavaſi ſalda, che vacillò abbandonata. Imperciocchè, come crollar ſuole la terra ove da venti, od acque, che v'entrino, ſe ne ſcommettano le di lei fondamenta, così la Italia, e Roma, levataſi loro d'improvviſo di ſotto la voſtra deſtra, che ſoſteneale, tremarono, e quaſi ſi ſprofondarono. Paſſo in fretta però queſto pun-

a *Participi.* Diocletiano Collega, qui utiq; multo ſenior Maximiano Imperium depoſuit, annum agens 71, Obiit enim ſeptimo poſt anno, ætatis ſuæ 78. juxta Scriptorum conſenſum, unum ſi excipias *Zoſimum l.2.* qui tertio anno poſt ſatum dicit obiiſſe. At Maximianus obiit ſexagenarius, multòque poſt Imperium depoſitum.

b *Viginti.* Quibus Imperio præfuere Diocletianus, & Maximianus.

enim vel recordemur adversa, cùm videamus omnia tuo reditu restituta? Fecit enim Roma ipsa pro majestate nominis sui, ut ostenderet, posse se etiam Imperatoribus imperare; abduxit exercitus suos, (a) ac tibi reddidit; & cùm ad sedandos animos auctoritatem privati Principis attulisses, supplices tibi manus tendens, vel potiùs queribunda clamavit.

punto, non dovendosi rammentar le sciagure, quando veggiamo al vostro ritorno tutto rimesso. Ed usò ben Roma la maestà del suo nome, per dimostrar di poter comandare a chi comandavale: Prese i suoi eserciti, ed a Voi li rissituì; e mentre con la sola autorità di privato Principe procurivate di acquetare i sollevati, dessa, dirizzate in atto di pregare e mani, e piagnendo forse sclamò.

CAP. XI. QUousque hoc, Maximiane, patiar, me quati, te quiescere? Mihi libertatem adimi, te usurpare tibi illicitam missionem? An quod Divo Augusto post (b) septuaginta ætatis, (c) quinquaginta Imperii non licuit annos, tam citò licuit tibi? Ideone te mihi ille, cujus tot aras, tot templa, tot nomina colo, Hercules dedit, ut tu (d) in suburbano otiosus sedens usum dicatæ mihi virtutis amitteres? Redde te gubernaculis meis; & quoniam tranquillo mari portum intrare properasti, vade per fluctus, mei quidem amore solicitus, sed tuâ majestate securus. Et tamen per te tibi fleterit, si injuriam in mei restitutio-

CAP. XI. *FIno a quanto sopporterò, ò Massimiano, di essere agitata, e che tu riposi? Che a me si levi la libertà, e che tu ti usurpi la non permessa dispensa? Sarà forse a te lecito ciò, che non lo fu al Divino Augusto dopo settant' anni di età, e cinquanta d'Imperio? Ti pose dunque a governarmi quell'Ercole, del quale adoro tanti altari, tanti templi tanti nomi, perchè sedendoti sciocperato in un sobborgo perdessi l'uso del valore a me consecrato? Riprendi le briglie; e giacchè ti affrettasti a giugnere in porto quando era calma, lanciati adesso per l' onde, affannato bensì per l' amor che mi porti, ma sicuro per la tua maestà; e se incontrerai qualche*

a *Ac tibi reddidit*. Cautè legenda hæc cum sequentibus, adulatoriè concinnata. Maximianus enim pravâ percitus denuo imperandi libidine, audito, filium suum Maxentium purpuram assumpsisse, nova moliri cœpit, conatusque est etiam ab eodem militum animos avertere. Profectus inde ad Constantinum, ipsum in Maxentium excitavit, specie quidem eundem debellandi, at reverà ut Constantinus idem opprimeretur insidiis, quas ipse illi paraverat. Hisce autem ab uxore Faustâ Constantino patefactis, ipse Maximianum strangulari jussit. Vide *Eutrop. lib.* 10. *Zosim. lib.* 2.

b *Septuaginta*. Septuagesimo septimo vitæ anno obiit Augustus.

c *Quinquaginta*. Si Imperii Augusti annos a Triumviratu numeres, erunt 66 si verò a tempore, quo solus rerum potitus est, invenies 44.

d *In suburb.* Lucaniæ, ubi se receperat, post depositum Mediolani Imperium

Deus

tione patieris. Imperasti pridem rogatus a Fratre, rursus impera jussus a Matre. *O cœlestem, Imperator æterne, pietatem tuam, qua tuum illum animum semper invictum sola vicit! Non potuisti resistere sanctæ illius parentis imperio, & , invitus licèt, paruisti; & te illis vigiliis, illisque curis, quas viginti annis expertus fueras, reddidisti. Quibusnam tu, domina gentium, potes compensare beneficiis hoc tui Imperatoris obsequium, qui tanto usu sciens, quantus sit imperandi labor, propter te non utitur illâ, quam degustaverat, voluptate, tantumque Reipublicæ onus suscipit post quietem? Facilius fuerat jugiter imperasse; quamvis enim magnum laborem consuetudo non sentit, intermissa desiderant novas vires.*

che onta nel ristabilirmi, ne sarai tu la cagione. *Prendesti l'Imperio pregato già dal Fratello; riprendilo obbligato ancor dalla Madre.* Grande vostra pietà, Imperador'eterno! Pietà, che sola sempre vinse il vostro cuore invincibile. Non poteste resistere alcomando di quella Madre riverita, e contra volere ubbidiste: Tornaste così a quelle veglie, a que'travagli, provati già per vent'anni. Con quali benefizj riconoscer potrete questa ubbidienza del vostro Imperadore, ò signora delle genti? Desso dopo un maneggio sì lungo ben sapendo quanto grande sieſi lo stento del comandare, per cagion vostra non gode i già assaggiati piaceri; e si sottopone dopo il riposo ad un carico sì pesante. Era più facile l'aver sempre durato nell'Imperio; poichè, sebben l'uso continuo non sente molto la fatica, ove questa cessi vuolsi però nuova lena.

CAP. XII. *Quantà opus fuit tibi, Imperator æterne, providentiâ, quantâ auctoritate, ut subsidia Reipublicæ jacentia erigeres, exanimata recreares, dilapsa colligeres? Mirabamur te post Imperium esse privatum; multò magis mirum est Imperium ferre post otium. Solus hoc (ut dicitur) potuit (a) Deus ille, cujus dona sunt, quòd vivimus & videmus, ut (b) habenas malè creditas, & cur-*

CAP. XII. DI quanta sollecitudine, di quanta autorità, ò Imperadore, fu uopo per sollevare le forze abbattute della Repubblica, per ristorarle mãcãti, per riunirle smẽbrate? Stupivamo, che viveste da privato dopo l'Imperio; egli è più d'ammirarsi il portarne il peso dopo aver goduta la quiete. Potè solo ciò fare, come vien detto, quell'Idio, di cui è dono il nostro vivere, il nostro vedere, quando ripigliò le briglie male

a *Deus ille*. Apollo, qui calore suo, seu meliùs dixeris igne omnia vivificat. Quare de eodem *Proculus Lycius* cecinit; *Qui aurea equorum Lora tenes lucis quæstor, vitaque orientum Claves fontis habes.*

b *Habenas*. Quadrigæ, de qua lucem mundo diffundit. Vide ejusdem descriptionem apud *Ovid. Metam. l. 2.*

De-

cursum (a) *devio vectore turbata tranquillitatis* (b) *reciperet, rursumque dirigeret ; cujus simile tu, Imperator, etiam facilè fecisti. Neque id mirum ; cùm enim ante recessit Imperium, & privatus licèt dici velles, inhæsit tibi ingenita majestas. Omnes exercitus vestri, omnes provinciæ requiescere te post tanta opera utcumque æquo animo tulerunt, imperare desisse nunquam crediderunt. Quid enim putas tibi, Maximiane, Jovem ipsum respondisse, cùm tu ingenti animo diceres ;* Recipe Jupiter quod commodasti? *Hoc profectò respondit ;* Non mutuum illud tibi tradidi, sed æternum; non recipio, sed servo. *Statim igitur ut præcipitantem Rempublicam refrenasti, & gubernacula fluitantia recepisti, omnibus spes salutis illuxit ;* (c) *posuere venti, fugere nubes, fluctus residerunt : Etiam sicubi adhuc in longinquioribus terris aliqua obversatur obscuritas, aut residuus undarum pulsus immurmurat, necesse est tamen ante tuos nutus diluescat, & sileat.*

mal'altrui consegnate, e raddirizzò la carriera confusa dal traviante cocchiero. Faceste così Vo' Imperadore ; nè si stupisca: Poichè, sebbene dopo aver deposto l' Imperio voleste esser privato, in Voi però fermossi la vostra maestà naturale. Tutt'i vostri eserciti, tutte le provincie tollerarono forse ancor di buon grado, che dopo cotante imprese Voi riposaste; non credettero però mai, che finiste di essere Imperadore. E che stimatevi abbia risposto lo stesso Giove, ò Massimiano, quando con animo grande diceste: *Riceviti, ò Giove, ciò che prestasti? Non hollo,* rispose, *prestato, ma dato per sempre; non lo ripiglio per me, ma a tuo piacer lo riservo.* Tostochè dunque fermaste la Repubblica rovinante, e che riprendeste le briglie già sciolte, sfolgorò speranza di salvezza ad ognuno; si posarono i venti, fuggiron le nuvole, si abbassarono gli marosi; e se in alcuna terra lontana qualche scuro ancora si vede, o ne strepita qualche avanzo dello sbattimento dell'onde, egli è però uopo, che prima de' vostri cenni quello sparisca, e questo taccia.

CAP. XIII. *Dixi pro ratione temporis, Sacratissimi Principes, ea, quæ in vobis invicem, ut facitis, admirari,*

CAP. XIII. Hodetto per ordin di tempo, Principi Sacratissimi, le vostre azioni, che dovete, come anche fate, in Voi

a *Devio vectore.* Phaetonte filio suo, qui a patre curru accepto, vectorque lucis constitutus, cum celeres equos cohibere non valeret, deflexit a via, propiorque terræ factus nimio calore eandem cœperat exurere, quare motus Jupiter, toti mundo timens, fulmine ipsum dejecit, ac interemit. Fabulam texunt *Ovid. metam. lib. 2. Lucian. Dial. Jovis, & Sol.*

b *Reciperet.* c. d. De eodem *Lucret. l. 5 ; Seliquæ cadenti Obvius æternam suscepit lampada Mundi, Discussosque redegit equos, junxitque tremantes,* &c.

c *Posuere.* Quievere, Poetis usitatum verbum hoc sensu.

Huic

rari, & amare debetis. Reſtat ut ipſa illa, quæ ſeparatim de virtutibus veſtris locutus ſum, ſicut (a) *huic voto congruit, in ſermonis fine conjungam. Dii immortales, quanta Romano Imperio renovaſtis, quæ jam (ut res eſt) ceſſerant vetuſtati! Maximiano Imperatori æterno Conſtantinus Imperator novus plus capit eſſe, quàm Filius. Favet ille creſcenti, adeſt iſte ſeniori. Perpetuis profectò pietatis affinitas iſta coaleſcat ſtirpibus, quæ ſemper ſummos in Republicâ viros ad concordiam copulavit. Etenim ſi, quamvis diſſidentes* (b) *familias,* (c) *Gracchi &* (d) *Corneliæ matrimonium reduxit in gratiam; ſi pro Divo Auguſto* (e) *Actiacam victoriam tantummodo* (f) *gener Agrippa confecit, quid ſperandum eſt, cùm ſempiternam patris, ac filii caritatem etiam nuptiarum fœdus adſtrinxerit? Quòd ſi Publius Scipio bellum Punicum ſuſcepit* (g) *adoleſcens, ipſum po-*

Voi ammirar'ed amare l'uno nell' altro. Reſta che nel fine del mio diſcorſo io unisca, come a queſto voto cövienſi, quanto delle voſtre virtù apparte hò già detto. Iddi immortali! Quai coſe, che per dir vero aveano ceduto al tempo, rinnovaſte all'Imperio di Roma! Coſtantino Imperador nuovo incominciò ad eſſere a Maſſimiano eterno Imperadore più che Figliuolo. Favora il giovane queſti, aſſiſte quegli al vecchio. Creſca con diſcendenza continua di pietà queſto parentado, che nella Repubblica legò ſempre in concordia gran perſonaggi. Poſciachè, ſe il matrimonio di Gracco e di Cornelia rappattumò le due bēchè nimiche famiglie; ſe Agrippa il genero terminò ſolo al Divino Auguſto la vittoria di Azio, che ſpererem noi ove ſieſi legato con anche alleanza di ſpoſalizio l'amor' eterno di padre, e di figliuolo? Che ſe Pubblio Scipione intrapreſe giovane la guerra Cartagineſe, que-

a *Huic voto.* Huic Orationi, quæ veluti votum. Supra *cap.* 1; *Huic voto propria nunc debetur Oratio.* Sic *Mamert. Panegyr.* 3, *c.* 1. *Dicendi munus, quod nunc voti promiſſione ſuſceperam*, &c.

b *Familias.* Græchorum, & Scipionum. Referunt eleganter *Gellius l.* 12, *c.* 8. *Val. Max. l.* 4, *c.* 2.

c *Gracchi.* Tiberii Gracchi Senioris.

d *Corneliæ.* P. Scipionis filiæ minoris natu; natu enim major deſponſata fuit P. Cornelio Naſicæ. Contigit connubium illud Anno ab V. C. 566. Vide *Livium.*

e *Actiacam victor.* Contra Marcum Antonium.

f *Gener Agrippa.* Nam, ut inquit *Paterculus l.* 2, *c.* 85. *Commiſſum Agrippæ omne claſſici certaminis arbitrium.* In victoriæ illius memoriam creditur cuſus Nummus, quem habes *Tab.* 3, *n.* 7, & 8; in cujus antica parte capita cernuntur jugata Auguſti, & Agrippæ, cujus etiam Corona Roſtrata apparet, in poſtica verò Cocodrilus, & Palma, quibus indicatur Ægyptus ſubacta per eandem victoriam, cum epigraphe COL. NEM. hoc eſt *Colonia Nemauſus*, ut creditur Nummus ille Nemauſi in Gallia Narbonenſi cuſus, quæ urbs Colonia Romanorum fuit.

g *Adoleſcens.* Erat enim adhuc *admodum prætextatus*, ut inquit *Flor. l.* 2, *c.* 6. cùm initio ſecundi belli Punici, clade ab Hannibale Romanis illatâ, protectum patrem ab ipsâ morte rapuit.

Su-

poſtea (a) *ſuperaturus Hannibalem ; ſi* (b) *Marius a factione Sullana Urbem recepit ſenex , idque* (c) *magno intervallo temporum eveniſſe memorabile eſt , quàm facilè nunc omnes metus ponet Romana Reſpublica , quæ defenditur conjunctî imperii duabus ætatibus , pariterque utitur virtute juvenis , & maturitate ſenioris ?*

quegli che dovea poi ſuperare lo ſteſſo Annibale ; ſe Mario vecchio tolſe Roma di mano alla fazione di Silla , ed è memorabile, che ciò accadeſſe con lungo tempo di mezzo, come perdio dovrà laſciar' ora ogni ſpaſimo Roma, difeſa da due età congiunteſi nel comando ; e che inſieme impiega il vigore di un giovane , e la maturezza di un vecchio?

CAP. XIV. *TE , Patet , ex ipſo imperii vertice decet orbem proſpicere communem , cœleſtique nutu rebus humanis fata decernere , auſpicia bellis gerendis dare , componendis pacibus leges imponere ; te , Juvenis , indefeſſum ire per limites , quà Romanum Barbaris gentibus inſtat Imperium ; frequentes ad Socerum laureas mittere , præcepta petere , effecta reſcribere . Ita eveniet , ut , & ambo conſilium pectoris unius habeatis , & uterque vires duorum . O felix in Imperio , & poſt Imperium felicior (audis enim profectò hæc , & vides) Dive Conſtanti , quem curru , & penè conſpicuo , dum vicinos ortus repetit* (d) *occaſu , Sol ipſe invecturus Cœlo excepit ! Quanto nunc gaudio potiris , quanta voluptate perfueris , cùm talem hunc Filium tuum , qui te primus Patrem fecit , in Imperii tui poſſeſſionem idem Pater , idem So-*

CAP. XIV. A Voi, ò Padre, conviéſi guardar dall' altura del trono il mondo comune , e ſtabilire con cenno da Idio i deſtini alle coſe ; dare gli auſpicj alle guerre ; preſcriver le condizioni alle paci . A Voi , ò Giovane , andare ſenza ſtancarvi a' confini , dove l'Imperio di Roma opprime i Barbari ; ſpedir ſovente al Suocero allori ; attenderne comandamenti ; ragguagliar l'operato . Ne avverrà sì, ch'entrambi avrete di una mente ſola il conſiglio , ed entrambi il vigore di due . O' felice nell'Imperio , e più felice dopo l'Imperio Divino Coſtanzo (già mi udite, e mi vedete); Voi , diſſi , cui quaſi viſibile agli occhi noſtri preſe per portarvi al Cielo il Sol ſul ſuo cocchio, dove appunto tramonta per poi rinaſcere, quanto giubilo, quanto piacere or provate nel vedere innalzato all'Imperio già voſtro il voſtro primo Figliuolo da chi ha voluto eſſe-

a *Superaturus* . Creſcebat enim , ut habet citatus Auctor , *in exitium Africæ* , quam etiam cepit , fuſo , fugatoque Hannibale .

b *Marius* . Vide *Florum l.3 ,c.21.*

c *Magno interv.* Annorum nempe 130 circiter ; nam bellum Punicum cœpit Anno ab V.C. 534; Bellum verò Marianum A.665.

d *Occaſu* . Obiit enim in Britannia , quæ Occidentalis Europæ pars .

Rur-

Socer, idem Imperator induxerit? Hæc est tua prater omnes Divos propria immortalitas, quam videmus, Filius similis aspectu, similis animo, par Imperii potestate. Invideriut licèt nobis, nihil tamen auferre domui tuæ fata potuerunt. Nec Maximiano Filius, qualis tu eras, nec Constantino Pater deest: Quin etiam, ut omnibus modis tua necessitudo renovetur, (a) rursus hic Socer, rursus hic Gener est; ut beatissimus Imperator semper ex tuâ sobole Nepotibus augeatur.

essere insieme Padre, Suocero, Imperadore! Cotesta si è una vostra propria immortalità, che si vede, sopra gli altri Iddj, un Figliuolo somigliante di volto, e di animo, ed egual di comando. C'invidino pure i destini; non poterono però levar punto alla vostra casa. Non manca a Massimiano un Figliuolo, qual Voi eravate, nè un Padre a Costantino. Anzi, perchè il vostro parentado si rinnovi a tutte le guise, divien questi di nuovo Suocero, questi di nuovo Genero; onde al felicissimo Imperadore si moltiplichino sempre dalla vostra stirpe i Nipoti.

a *Rursus hic*, &c. Sicuti Maximianus tibi olim Socer per filiam Theodoram, ita nunc per Faustam Constantino est. Et sicuti tu illi priùs Gener, ita nunc eidem Constantinus Filius tuus Gener factus, ac si tu iterum esses.

Ad Pan VI

CONSTANTINVS. NOB. CAES.
DIVA. MAX. FAVSTA. AVG.
SEVERVS. NOB. CAES.
MAXIMINVS. NOB. CAES.
IMP. C. MAXENTIVS. P. F. AVG.
MAGNIA. VRBICA. AVG.
DIVO ROMVLO. N. VRBIS. CONS.
IMP. ALEXANDER. P. F. AVG.

* INCERTI PANEGYRICUS CONSTANTINO AUGUSTO.

VI.

CAP. I. *UNde mihi tantum confidentiæ, Sacratiſſime Imperator, ut poſt tot diſertiſſimos homines, quos & in (a) Urbe ſacrâ, & (b) hic rurſus audiſti dicere auderem, niſi nefas eſſe ducerem, & commiſſi cujuſdam ſacrilegii religionem vererer, ſi is, qui ſemper res à Numine tuo geſtas prædicare ſolitus eſſem, hac tantò majora priſtinis ſilentio præterirem, per quæ non pars aliqua ſervata,*

PANEGIRICO DI AUTORE INCRETO A COSTANTINO AUGUSTO.

VI.

CAP. I. COme avrei, Sacratiſſimo Imperadore, sì gran coraggio di aringare dopo tanti eloquenti ſoggetti, da Voi ſentiti, ed in Roma, e quì ancora, ſe non mi pareſſe impietà, e non temeſſi quaſi il gaſtigo di un ſacrilegio, quando ſolito lodar ſempre le voſtre impreſe paſſaſſi in ſilenzio le preſenti, tanto maggiori delle paſſate, con cui non conſervoſſi già una ſola parte della Repubblica, ma fu ella tutta

* *Incerti.* Orationem hanc Nazario adjudicat *Puteanus* pluribus de cauſis, ex quibus tamen certi nihil ſtatui poteſt: Licèt enim ſtylus dicendi non multùm diverſus ſit, mihi tamen minimè probabile videtur, eundem Nazarium duplicem Orationem habuiſſe de laudibus Conſtantini, nullo die inter ipſas intermedio, alteram quidem præſente Imperatore, alteram abſente. Nam idem Auctor, qui bis in eàdem urbe, & eodem penè die peroraſſet, non utique eadem Imperatoris facta, & eadem quaſi numero attigiſſet in utràque Oratione. Meo igitur judicio duplicis Oratoris hæ ſunt; & hæc fortaſſe poſt illam Nazarii dicta, ut ex ipſo hujus initio licet conjectare, cùm tamen *Puteanus* citatus hanc ante illam recitatam fuiſſe ſentiat.

a *Urbe.* Romà, quæ Sacra, & Diva paſſim Auctoribus. Adnotavi ſupra, Nummoſque etiam adduxi ad *Paneg. 2. cap. 14.*

b *Hic.* Trevitis, ut opinor cum aliis interpretibus.

Re-

ta, *sed universa sibi est Respublica restituta? Neque enim ignoro quantò inferiora sint ingenia nostra Romanis; siquidem latinè, & disertè loqui illis ingeneratum est, nobis elaboratum; & si quid fortè commodè dicimus, ex illo fonte, & capite facundiæ imitatio nostra derivat. Sed quamvis conscius mihi infirmitatis ingenitæ, & inchoati potiùs studii, quàm eruditi, cohibere me silentio nequeo, quò minùs de (a) recuperatâ Urbe, Imperioque Romano tandem ex diuturnâ convulsione solidato & ipse aliquid coner effari, ut inter tantos sonitus disertorum mea quoque vox tenuis exaudita videatur. Etenim si in rebus bellicis, ipsisque præliis, non solùm tubæ ac litui, sed etiam Spartanæ (b) tibiæ incentivum aliquod feruntur habuisse, credo, quia magnos animos parvo licèt modulo sufficit incitari, cur ego in me de tuo favore diffidam, ut sermonem meum studio potiùs tui cultus, quàm suis viribus metiaris? Experiar igitur, ut possum, quanquam oppletis auribus tuis (ut sic dixerim) insusurrare, sine æmulandi fiduciâ, cupidus imitandi.*

ta restituita a se stessa? Sò bene quanto agl'ingegni de'Romani i nostri sieno inferiori, sendo la favella Latina, e faconda opera in essi della natura, in noi della fatica; e se per avventura sappiam proferirne parola, da quel capo, da quella sorgente di eloquenza la traportiamo coll'imitare. Pure, sebben conosco la natural mia bacchezza, ed il mio anzi incominciato, che compiuto studio, non posso trattenermi dal parlare ancor'io del riscatto di Roma, e dello stabilimento dopo lunghe scosse dell' Imperio, perchè fra voci sì strepitose di soggetti facondi sembri ascoltata anche la mia tenue favella. Imperciocchè, se nelle guerre, e nelle battaglie medesime furono d'incitamento, non le sole trombe, ed i corni, ma i pifferi ancora di Sparta, bastando, credo, a spronare gli animi grandi ogni benchè piccolo suono, dovrò io diffidare della vostra grazia, sicchè non siate per misurare il mio dire, anzi dalla brama che professo di venerarvi, che dalle mie forze? Proverommi dunque al possibile di parlottare, per dir così, a'vostri orecchi, benchè già sazj, col solo disiderio d'imitare, senza pretesa di pormi in gara.

CAP. II. *Ac primùm illud arripiam, quod credo neminem adhuc ausum fuisse, ut an-*

CAP. II. Prima parlerò, che non credo siesene cimentato finor'alcuno, della co-

stan-

a *Recup.* Ab inimicorum manibus, Maxentio nempe tyranno. Hujus Nummum, aliorumque, nimirum Magniæ Urbicæ uxoris, ac Romuli filii vide in Tabellâ præfixâ.

b *Tibiæ.* Auctor *Pausanias, Laconic.* Plura vide apud *Gellium, lib.* 1, *cap.* 11. Mentionem facit etiam *Quintilian. Instit. Orat. l.* 1, *c.* 10.

Me-

ante de conſtantiâ expeditionis tuæ dicam, quàm de laude victoriæ. Tranſacto enim (a) *metu adverſi ominis, & offensâ revocati (utar libertate erga te noſtri amoris, quem tunc inter metus, & Reipublicæ vota ſuſpendimus), tenè, Imperator, tantum animo potuiſſe præſumere, ut bellum* (b) *tantis opibus, tanto conſenſu avaritiæ, tantâ ſcelerum contagione, tantâ veniæ deſperatione conflatum, quieſcentibus cunctantibuſque tunc Imperii tui* (c) *ſociis, primus invaderes? Quiſnam te Deus, quatam præſens hortata eſt majeſtas, ut, omnibus ferè tuis comitibus & ducibus non ſolùm tacitè muſſitantibus, ſed etiam apertè timentibus, contra conſilia hominum, contra aruſpicum monita ipſe per temet liberandæ Urbis tempus veniſſe ſentires? Habes profectò aliquod cum illâ mente divinâ, Conſtantine, ſecretum, quæ, delegatâ noſtri Diis minoribus curâ, uni ſe tibi dignatur oſtendere: Alioquin, fortiſſime Imperator, ſic quoque cùm viceris, redde rationem. Rhenum tu quidem, toto limite diſpoſitis exercitibus, tutum reliqueras; ſed hoc majores pro te ſuſcepimus metus, quòd nobis potiùs, quam tibi conſulebas, noſtramque pacem magis, quàm bellum, quod aggrediebare, firmaveras.*

ſtanza della voſtra ſpedizione, anzi che lodar la vittoria. Poichè, laſciato anche apparte il timore di quell'augurio funeſto, e che non può ridirſi ſenz'onta (uſerò con Voi la libertà del noſtro affetto, che tenemmo allora ſoſpeſo fra gli ſpaſimi per la Repubblica, e i deſideri) poteſte dunque, ò Imperadore, preſumer tanto d'impegnarvi primo, mentre ſi poſavano, e tardavano tutt'i voſtri alleati, in una guerra, meſſa a campo con tanti ſforzi, con sì concorde ingordezza, con unione di tutt'i vizj, e con diſperazion di perdono? Qual'Idio, qual maeſtade sì intrinſeca, quando tutti quaſi i voſtri conſiglieri, ed officiali non ſol borbottavano ſotto voce, ma ſpaſimavano apertamente, avviſovvi contra i conſigli degli uomini, contra i ricordi degli Auguri, eſſer tempo di dare a Roma la libertà? Avete certamẽte qualche conferenza ſegreta con quella mente divina, che, laſciato a più baſſi Dei il penſiero di noi, degna di ſcoprirſi a Voi ſolo: Altrimenti, valoroſiſſimo Imperadore, ſebben vinceſte, renderteci conto. Avevate, egli è vero, laſciato il Reno in ſicuro, diſpoſti eſerciti per ogni confine; ma perciò appunto più temevamo, mentre più a noi, che a Voi penſavate, aſſicurando più noi per la pace, che Voi per la guerra.

a *Metu.* Sic repoſui ex fide duorum *Cod. Vatican.* cùm in aliis legatur *nutu.* Cætera ſanè corrupta; pro quibus non malè conjectavit *Acidalius* legendum *oſtentis revocantibus*, at deeſt auctoritas exemplarium, ut ſecure lectionem hanc adſtruamus.

b *Tantis opibus.* Infra c. 3. *Mille & ſexaginta annis contractas ex toto Orbe divitias*, &c. Ibi vide adnotata.

c *Sociis.* Maximiano Armentario, Severo, ac Maximino Daza. Illius Nummum pete e *Paneg.*; horum e Tabellâ huic præfixâ.

CAP. III. *NÆ tu, Imperator, nimio nostri amore nescisti ad securitatem nobis verè providere, qui* (a) *non omnia tecum arma movisti, cum tua conservatio salus nostra sit. Et quid opus erat ipsi Rheno instructis & militibus & classibus, quem jampridem* (b) *Barbaris nationibus virtutis tuæ terror obstruxerat? An ostentare voluisti diligentiam tuam, divisis copiis inter custodiam pacis, & belli; aut etiam jactanter & gloriosè probare, liberandæ Urbi te sufficere* (c) *cum paucis? Vix enim quartâ parte exercitus contra* (d) *centum millia armatorum hostium* (e) *Alpes transgressus es; ut appareret penitus considerantibus id, quod nos fugit in amore trepidantes, non dubiam te, sed promissam divinitus petere victoriam. Duxerat magnum* (f) *Severus exercitum, & hostem suum* (g) *perfidiâ desertus* (h) *armaverat: Majores posita*

CAP. III. L'Affetto immenso verso di noi non vi lasciò perdio provvedere alla nostra sicurezza, poichè non marciaste con tutte le armi: E pure nella vostra conservazione si stà la nostra. Che bisogno di soldatesca, e di ben'allestita armata avea il Reno, a' Barbari chiuso già dallo spavento del vostro valore? Voleste forse far pompa di diligenza con divider le forze, e per la pace, e per la guerra? Od anche forse per boria, e per maggior lode provare di esser bastevole a liberare Roma con pochi soldati? Passaste le Alpi contro di cento mille armati nimici con appena la quarta parte del vostro esercito, perchè fosse chiaro a chi più fondatamente considerava ciò, che noi spasimanti di affetto non sapevamo, che andavate ad una vittoria non dubbiosa, ma promessa dal Cielo. Avea condotto Severo un grand'esercito; ma tradito egli, erasene da' misleali arma-

a *Non omnia.* Scribit tamen *Zosim. l.* 2, Constantinum exercitum collegisse etiam ex *Barbaris, & Germanis, & aliis Celticis nationibus; itemque de Britannia coactis militibus.*

b *Barbaris.* Jam enim Francos, & Alamannos vicerat, teste *Eutrop. l.* 10.

c *Cum paucis.* Repugnant verba *Zosimi, l.* 2; nimirum Constantini milites fuisse *ad octoginta millia peditum, & octo millia equitum.*

d *Centum m.* Scribit idem, Maxentii exercitum centum & septuaginta millia peditum, decem & octo equitum habuisse.

e *Alpes.* Cottias, quæ e Gallia in Italiam venienti occurrunt. Ibi tunc degebat Constantinus, teste *Eutropio l.* 10.

f *Severus.* Cæsar hic una cum Maximino Daza electus est ab Imperatoribus Maximiano Armentario, & Constantio Chloro. Ipse autem, cum Italiæ præfuisset, ab eodem Maximiano cum copiis est missus contra Maxentium, a quo victus Ravennam se recepit: Eâdem postea Maximiani Herculei dolo digressus, dum Romam peteret, in paratis a Maxentio insidias incidit, quibus etiam sublatus est. Ita *Zosimus, l.* 2. At *Eutrop. lib.* 10, *init.*, ipsum suorum scelere desertum scribit; *auctique*, inquit, *Maxentii copiæ*; quæ magis conveniunt cum iis, quæ a nostro dicuntur, lucemque præbent sequentibus.

g *Perfidiâ.* Et artibus Maximiani Herculei, ac suorum.

h *Armaverat.* Puta quia, vel plures ex suis militibus, qui in congressu illo capti sunt, ad Maxentii partes transiere; vel ultro transfugæ ad eundem defecere.

Ma-

ſtea copias (a) *Maximianus admoverat, & ipſe* (b) *tranſfugis circumciſſis videbatur* (c) *proſperè refugiſſe*: (d) *Ipſe denique, qui pater illius credebatur, diſciſſam ab humeris purpuram* (e) *detrahere conatus ſenſerat in illud dedecus ſua fata tranſiſſe*. (f) *Mille & ſexaginta annis contractas ex toto orbe divitias* (g) *monſtrum illud, redemptis ad civile latrocinium manibus, ingeſſerat. Adhoc* (h) *aliena matrimonia, (i) innocentium capita cum bonis paſſim donando, uſque ad mortem devotionis obſtrinxerat parricidas; omnes autem inſidiatos ſibi, aut palam aliquid pro libertate conatos paris affecerat, armis oppreſſerat: Et inter hæc utebatur ejus urbis majeſtate, quam teperat; totam Italiam conductis ad omne facinus ſatellitibus oppleverat.*

armato d'eſſo il nimico. Ne avea guidato un maggiore Maſſimiano, che però cinto da gente perfida ſi era con più felicità ritirato: Quegli infine di colui creduto padre, tentando di levargli di doſſo la porpora lacerata, conoſceva eſſer giunta a cotanto d'infamia la ſua fortuna: Avea quel moſtro colle mani riſcattate ad un pubblico ladroneccio imborſato le ricchezze raccolte per mille ſeſſant' anni da tutto il mondo; poi con donare a queſti e a quegli le mogli altrui, le teſte e i beni degl'innocenti, avea impegnati tutti li più malvagi per riverenza fino a morire; galligati col ferro, ed oppreſſi coloro, che prima aveano inſidiato lui, o fatto qualche pubblico tentativo per la libertà: E faſtoſo intanto nella pompa della città da ſe oppreſſa, avea riempiuta tutta la Italia di maſnadieri, ſtipendiati per commettere ogni misfatto.

CAP. IV. HÆc omnia, Imperator, cùm cogitares, ſci-

CAP. IV. Ciò tutto ripenſando, ſapendo, veggendo Vo'

a *Maximianus.* Armentarius nempe; qui, auditis, quæ Severo acciderant, ex Aſia, ipſi in Imperii diviſione aſſignatâ, movit, contra Maxentium cum exercitu; ſed *parum fidos erga ſe militum animos ſentiens, ad orientem nullo commiſſo prælio rediit.* Auctor *Zoſimus, l. 2.* Malè nomine hujus Maximiani Herculium intelligit *P. de la Baune.*

b *Tranſfugis.* Militibus parum fidis tranſfugarum more ſtipatus, circumſeptus.

c *Proſperè ref.* Feliciùs, & conſultiùs egiſſe redeundo in Aſiam, quàm dubio ſe committendo certamini.

d *Ipſe*, &c. Maximianus Herculius, pater, juxta Noſtrum, ſuppoſitus Maxentii.

e *Detrahere.* Conſtat etiam ex *Eutrop. l.* 10.

f *Mille*, &c. Tot ſanè elapſi ab V. C. ad Magnentii Imperium, quod in Faſtis Capitolinis ponitur ſub Conſulatu Conſtantini M. & Maximiani Herculei IX. Fuit autem annus Chriſti, juxta dictos Faſtos, 307 juxta aliorum computum 306.

g *Monſtrum.* De eodem *Prudent. l. 1. contra Symmac.*; *Cum ſe peſtifera premeret Maxentius aula*, &c.

h *Aliena matrim.* Senatorum, *& maximè Nobilium matronas publicè abſtrahi*, &c. *Euſeb. Hiſt. Eccleſ. l. 8, c. 16.* Vide eundem, *de Vitâ Conſtant. l. 1, c. 33.*

i *Innoc. cap.* Conſule citatum *Euſebii* locum, qui fuſe Maxentii ſcelera proſequitur.

*scires, videres, nec te paterna gravitas, nec tua natura temerarium esse fateretur, dic quaeso quid in consilio, nisi divinum Numen habuisti? An illa te ratio ducebat, (sua enim cuique prudentia Deus est) quod in tam dispari contentione non poterat melior causa non superare, & innumerabiles licet ille copias pro se obiiceret, pro te tamen justitia pugnaret? Ut enim omittam illa, quae non decet comparari, quod erat ille Maximiani (a) suppositus, tu Constantii pii filius; ille despectissimae gravitatis, detortis solutisque membris, nomine ipso (b) abusivâ appellatione mutilato, tu (quod sufficit dicere) tantus ac talis; ut hoc, inquam, omittam, te, Constantine, paterna pietas sequebatur, illum, ut falso genere non invideamus, impietas; te clementia, illum crudelitas; te pudicitia (c) soli dicata coniugio, illum (d) libido stupris omnibus contaminata; te (e) divina praecepta, illum (f) superstiVo', Imperadore, nè lasciandovi essere troppo ardito la gravità di padre, e la vostra natura, dite chi avesse per consigliero, senon un' Idio? Vi guidava forse il credere, (poichè ad ognuno è un'Idio la propria prudenza) che in una sì diseguale cõtesa non potea vincere senon il partito migliore; e che sebben' avea in sua difesa gente infinita colui, combatteva per Voi però la giustizia? E per lasciare ciò, che non si de' porre al confronto, cioè l'essere dello figliuol supposto di Massimiano, Voi figliuol vero del pio Costanzo; dello sformatamente brutto, di membra travolte, e mal commesse, con un nome tronco ed abusivo, Voi (e dir cosi basta) sì nobile; per lasciare ciò dissi, seguia Voi, Costantino, la pietà di padre, dello, per non aliare contro il suo falso casato, l' impietà; Voi la clemenza, dello la crudeltà; Voi la pudicizia, obbligata al solo matrimonio, dello la libidine, lorda di tutti gli stupri; Voi i comandi del Cielo, dello

le

a *Suppositus*. Convenit *Sex. Aur. Victor*; *Maxentium suppositum ferunt arte muliebri*. Ex *Zosimo* tamen colliges, ipsum Maximiano legitimis natalibus ortum ex Eutropiâ.

b *Abusivâ ap.* Quasi Maxentii nomen esset mutilatio nominis Maximiani, quo abuteretur; seu quòd esset minimè *Max.* quia staturâ parvus.

c *Soli*. Minervina tamen, de qua Crispus natus, dicitur a *Zosimo* concubina. Apud alios autem nomine hoc non audit; &, ut verum fatear, plura invenies in *Zosimo* contra aliorum fidem.

d *Libido*. Fuse *Euseb. Hist. Eccles. l. 8, c. 16.*

e *Divina præc.* Intelligit, puto, Crucis signum, quam auctor *Euseb. de Vitâ Constant. l. 1, c. 28. & c.* eidem apparuisse sub meridiem, omnibus visibilem, *propinquâ in hanc sententiam scripturâ*, Eo vinces: ipsum quoque per noctem in somnis a Christo admonitum, *ut exemplar imitatus illius signi idem in bellicis conflictibus amuletum circumferret*. Eadem ferè & *Socrat. Hist. Eccles. l. 1, c. 2.* Notandum verò, citatum *Eusebium*, *Hist. Eccles. l. 9, c. 9*, rem aliter narrare; nimirum, Crucem Constantino per somnum in Cælis apparuisse, dicentibus Angelis, qui ad Crucem stabant; *In hoc vince*; ex hoc inde animos eundem sumpsisse ad prælium contra Maxentium.

f *Superstitiosa*. Tellis idem *Euseb. l. 8, c. 16*, cujus verba; *Tandem verò tyrannus sceleribus suis, quasi quoddam fastigium, magicæ artis præstigias imposuit*.

Abo-

ſtitioſa maleficia ; illum denique ſpoliatorum templorum , trucidati Senatus , plebis Romanæ fame enectæ piacula , te (a) *abolitarum calumniarum , te prohibitarum delationum , te conſervatio , atque homicidarii ſanguinis gratulatio . In tam diverſâ cauſarum ratione divino conſilio , Imperator , hoc eſt tuo , non militum multitudinem , ſed partium merita numeraſti .*

le ſuperſtizioſe malie: deſſo infine la colpa di avere ſpogliati i templi, trucidato il Senato, morta di fame la plebe di Roma, Vo'il merito di avere ſterminate le impoſture, proibite le ſpie; Voi la conſervazione del Roman Popolo, e la cõſolazion dello ſcempio degli di lui uccifori. In condizioni di partito così diverſe contaſte con divino conſiglio, cioè col voſtro, ò Imperadore, non il numero de' ſoldati, ma i meriti delle parti.

CAP. V. *MAgnus Alexander , cùm præter Macedonas ſuos cunctæ Græciæ , univerſo Illyrico innumerabilem dilectum poſſet indicere , nunquam tamen majores* (b) *quadraginta millium copias duxit , inhabile regenti ratus quidquid excederet , & turbam potiùs , quàm exercitum . Tu verò etiam* (c) *minoribus copiis bellum multò majus aggreſſus es ; tantò ſcilicet tu virtute propriâ potior , quantò ille numero inſtructior . Et ille quidem contra* (d) *leves Medos , & imbelles Syros , & Parthorum* (e) *arma volatica , & Aſiaticos optantes mutare ſervitium* (f) *rem geſſit præ-*

CAP. V. ALeſſandro il Grande, potendo oltre i Macedoni ſuoi comandare una leva a tutta la Grecia, a tutto l'Illirico, non ebbe però mai ſeco più di quaranta mille ſoldati, giudicando non poterſi regolare il di più; ed eſſer queſto anzi una confuſa moltitudine, che un' eſercito. Ma con molto meno di gente v' impegnaſte in una guerra molto più grande Voi, tanto però più forte per lo voſtro valore, quanto quegli era più guernito di numero. Deſſo poi contra i delicati Medi, i deboli Siri, le armi volanti de' Parti, gli Aſiatici deſideroſi di cambiar vaſſallaggio la finì con una

a *Abolit. calumn.* Attingit & Naz. *Paneg. c. ult.* Item *Sex. Aur. Victor*, *Calumnias ſedare legibus ſeveriſſimis*, &c.

b *Quadrag. mill.* Sic & *Frontinus, l. 4, c. 2*; *Alexander Macedo quadraginta millibus hominum, jam inde a Philippo patre diſciplina aſſuefactis, orbem terrarum aggreſſus, innumeras hoſtium copias vicit*. Apud alios auctores variat numerus, ut videre eſt apud *Diodor. l. 17*, *Arrian. l. 1*, *Juſtin. l. 11, c. 6*.

c *Minoribus*. Quantùm a noſtro diſſentiat *Zoſimus* colligi ex iis poteſt, quæ adnotavi ad *cap. 3*.

d *Leves*. Fluxos, delicatos, utpote Orientales.

e *Arma vol.* Tela, ſagittas, quæ maximo uſu Parthis, qui eiſdem fugiendo etiam prælabantur.

f *Rem geſſit*. Innuit, arbitror, prælium cum Dario, clademque eidem illatam, de qua *Curtius, l. 4*. Gentes eas tamen non illo tantùm prælio ſubegit, ſed pluribus aliis cum eodem Dario habitis, ut teſtatur idem *l. 4, & 5*.

prælii exitus eventu ; tibi vincendi erant milites (proh nefas !) paulò ante (a) Romani , armis omnibus more primæ classis armati , & pro facinorum conscientiâ nunquam nisi morte cessuri. Probavit hoc prima obstinatio (b) eorum , qui sub ipsis Alpium jugis , munitissimo licèt muro , ac situ tenentes oppidum , ausi fuerunt te imminente resistere , ac portas claudere ; non credentes illi quidem , ut audio , te ipsum adesse (quis enim crederet , tam citò a (c) Rheno ad Alpes Imperatorem cum exercitu fervolasse ?) sed qui tamen , non solùm præsenti Numini tuo , verùm etiam nunciato nomini cedere debuissent. Luerunt igitur illico dementiæ suæ pœnas , cùm oblatam sibi a clementiâ tuâ veniam recusassent ; neque enim vallo fossaque obsessio inchoata est , nec (d) cuniculis agendis , nec (e) machinis admovendis , nec incutiendo (f) ariete tentati quassatique sunt muri , sed statim injectæ faces portis , scalæ propugnaculis ; nec solùm fundis eminus telisque missilibus , sed hastis gladiis. Ita res simul capta & patrata , juncluque rebellibus fuit conatus & exitus.

una sola battaglia ; da Voi dovean si vincer soldati (ò scelleratezza!) poco anzi Romani, armati di tutte le armi all'antica, e che per la coscienza rea non eran per cedere se non colla morte. Dimostrollo la prima ostinazione di coloro, che chiusi in un castello alla stessa gola dell'Alpi, fortissimo di mura e di sito, osarono resistere, e chiuder le porte. Non credeano, è vero, che Vo' ivi foste (e chi giammai crederebbe, che foste volato si presto dal Reno alle Alpi l' Imperadore ?) doveansi render però, non solo alla vostra comparsa, ma al solo avviso del vostro nome. Pagarono dunque tosto la pena della lor pazzia, poichè ricusarono il perdono della vostra clemenza. Nè s'incominciò già l'assedio con trincee, con folle, nè con far mine, con apprestar macchine, lanciar montoni si battè, e si rovinò la muraglia ; ma tostamente gittaronsi fiaccole alle porte, scale a' torrioni ; nè si combattè sol da lontano cò fionde, e con lanciotti, ma con aste, e spade. Così incominciò in un tempo stesso, e finì la zuffa ; e fu una cosa medesima per que' felloni l'opporsi, ed il perire.

Gom-

Gajo

a *Romani*. Copiæ scilicet, & præsidia Romani Imperii; seu milites quidem Romani, qui tunc tamen Romani dici non merebantur, quòd ad Romanæ Reip. hostem defecissent.

b *Eorum*, &c. Segusienſium : Segusium enim, nunc *Susa*, in Pedemontio civitas sita, prima occurrit Constantino, per Alpes Cottias in Italiam venienti. Infra etiam *Nazar. Panegyr. 65.*

c *A Rheno*. A Galliis nempe, quas Rhenus abluit, & conterminat.

d *Cuniculis*. Subterraneis excavationibus, quibus milites occulte pergebant ad hostium aggeres evertendos, aut machinamenta incendenda. Sæpe horum mentio apud *Cæsar. Commentar.* cui peritissimos hujus artis Aquitannos fuisse refert, *l. 3.*

e *Machinis*. Puta Balistis, Catapultis, Turribus, &c.

f *Ariete*. Nota hæc machina ; longa nimirum trabs, cui præfixum erat aries caput ex ferro, seu ære ; inde funibus attrahi, &, seu vi militum, seu machinæ alterius impetu in muros impelli solebat.

Gom-

CAP. VI. (a) *Gomphos, urbem Theſſaliæ, quoniam* (b) *abnueret obſequium, Cajus Cæſar* (c) *uno die ſuſtulit. Sed ille Græculos homines adortus eſt, tu ſubalpinos; ille ſolos incolas, tu etiam militare præſidium; ille non potuit captos a direptione defendere, tibi licuit clementiam tuis victoribus imperare. Sed illi quidem Gomphenſium clades documento cæteris fuit, tibi paulò poſt alia in Taurinatibus campis pugna pugnata eſt, non trepidantibus ex victoriâ tuâ rebellibus, ſed iratis incenſiſque ad ulciſcendum animis, quos fortuna inclinatio reſtinguere debuiſſet. Nec verò temerè ac paſſim vagis hoſtibus, ut facilè palantes cæderentur, ſed acie* (d) *in cunei modum ſtructâ, deſcendentibus retro in altitudinem lateribus, quæ ſi cum primâ avidè conſligeret, reflexa impeditos certamine circuiret. Sed tu id providens, præmiſſis utrinque, qui obviam irent, & ſimul ſi quid inſidiarum lateret excuterent, ipſe obfirmato illo capite, dejectâque acie in fugam verſâ, tantò majorem in proceſſu ſtragem edidiſti, quantò amplioribus ſubſidiis inſtructa conſtiterat. Ita uſque*

CAP. VI. Gaio Ceſare ſmantellò in un ſol giorno Gonfi città della Teſſaglia, perchè negogli ubbidienza. Ma deſſo alla liuomini Greci, Voi Alpigiani; deſſo ſoli terrieri, Voi preſidio ancor di ſoldati; deſſo non potè preſervar dal ſaccheggio i già vinti, Voi a' voſtri ſoldati vittoriosi comandar poteſte clemenza. Per lui poſcia la rovina di Gonfi fu agli altri d'inſegnamento, Voi doveſte combatter di nuovo nella campagna di Torino, non ispaventati già dalla voſtra vittoria i rubelli, ma più accaniti ed acceſi alla vendetta, benchè a quelle rivolte di fortuna doveſſero ritirarſi. Nè ſi erano con diſordine quà e là ſparſi, ſicchè diſuniti poteſſerſi facilmente tagliare a pezzi, ma ſerrati in conio dipartivan le ale verſo l'altura; perchè, ſe con troppo calore ſi foſſero impegnati i primi nella zuffa, rinſerratiſi gli ultimi li accerchiaſſero. Ma Voi ciò antivedendo ſpediſte di quà e di là ad incontrargli, ed a sloggiar le imboſcate che ci foſſero; onde aſſicuratovi per quella parte, e meſſo in fuga l'eſercito, ne faceſte poſcia uno ſcempio tanto più grande, quanto più numeroſe ſi eran le forze, che lo formavano. Così inſeguiti e trucidati per fino alle

a *Gomphos*. Oppidum Theſſaliæ, *primum venientibus ab Epiro*, ut loquitur ipſe Cæſar, *de Bell. Civ. l. 3.*

b *Abnueret*. Androſthenes enim Theſſaliæ Prætor, cum mallet Pompejum ſequi, omnem multitudinem in oppidum coegit, & portas Cæſari præcluſit.

c *Uno die*. Auctor citatus; *Eodem, quo venerat, die* (Cæſar), *poſt horam nonam oppidum altiſſimis mœnibus oppugnare aggreſſus, ante ſcilis occaſum expugnavit.*

d *In Cunei modum*. Cuneus in re militari accipitur pro figurâ, qua ſic milites conſtituuntur, ut acies in fronte acuminata paulatim ſe retrorſum pandat. Ab antiquis figura hæc vocata fuit etiam Roſtrum, & Trigonum, & Caput Porcinum. Videatur *Veget. l. 1, c. 26; & l. 3, c. 19.*

que ad (a) Taurinatium muros fusi casique, obseratasque nacti portas ab incolis, etiam corporum suorum mole clauserunt.

alle mura di Torino, trovate chiuse dagli abitatori le porte, le chiusero ancora più con un monte de' lor cadaveri.

CAP. VII. Quid tibi aliud sperare potuisti miles infelix, turpissimo illi tunc devote prodigio? Jam enim non insulto, sed doleo. Constantinum tu tantum sanguinis fundere coegisti, cui, quia salutem vestram a vobis impetrare non licuit, penè displicuit ipsa victoria. At non Taurinatibus, neque caeteris Italiæ civitatibus idem animus fuit, qui te, Imperator, exultantes gaudio certatim ad se vocaverunt. Missæ ab omnibus legationes, oblati undique commeatus, ut appareret quamdiu desiderassent, cui se tam promptè bello adhuc restante committerent. Qui fuit dies ille, quo Mediolanum ingressus! Quæ gratulatio principum civitatis! Qui plausus populi! Quæ securitas intuentium te matrum, te virginum! Quàm duplici fructu fruebantur, cùm pulcherrimi Imperatoris formam viderent, & licentiam non timerent! Ostentare se omnes, & tripudiare, sine ullo de reliquiis belli metu, & auspicium victoriæ tuæ pro consummatione metiebantur. Non (b) Transpadana provincia videbatur recepta, sed Roma: Quis enim crederet, tantis successibus tuis ullum

CAP. VII. Che altro aspettar vi poteste infelici soldati, sacrificati allor a quel mostro infame? Nè v'insulto già, ma con Voi me ne dolgo. Obbligaste Voi stessi Costantino a spargere cotanto sangue; ed egli, perchè da Voi non potè ottener la vostra salvezza, si è quasi doluto della vittoria. Ma non ebbero, Imperadore, simil cuore quegli di Torino, e delle altre città della Italia, che brillanti di allegrezza vi chiamarono a gara. Vi spedì ognuna ambasciate, vi offerì foraggi; onde si vede le quanto tempo aveano bramato, cui subito darsi prima che finisse la guerra. E che giorno fu quello, in cui entraste in Milano! Che congratulazioni de' primi della città! Che applauso del popolo! Come sicura in guardarvi ogni madre, ogni vergine! Come godeano due beni, e guardando il bellissimo volto dell' Imperadore, e non temendo da lui sfrenatezze! Faceansi tutti vedere in tripudio, senz'altra tema di guerra; e prendeano per fine della medesima l'auspicio della vostra vittoria. Parea, che si fosse ormai racquistato, non il solo paese di là dal Pò, ma Roma stessa. E chi avrebbe creduto, che sì grandi vostre avventure trovassero

a *Taurinatium*. Erant hi populi ad Alpes Cottias, quorum caput Augusta Taurinorum, nunc Torino, Sabaudiæ Ducum sedes. Populos hosce Taurino potiùs quàm Taurinates ab aliis observo appellatos.

b *Transpadana*. Si Romam respicias; caterùm Cispadana, si Treviros, ubi Noster loquebatur.

Me-

lum obſtaculum fore, quo minùs omnes exercitus ſe clementiæ tuæ traderent, cùm virtutis experimentum noviſſent? Muros viceperas, acie palam viceras; quis tam demens videbatur, ut, aut obſideri auderet, aut congredi? Præſertim cùm tu dies aliquot Mediolani reſiſtens tempus ſibi omnibus conſulendi dediſſes, ut de te ſperarent.

ſero reſiſtenza; e che, conoſciuto a pruova il voſtro valore, non ſi arrendeſſe alla voſtra clemenza ogni eſercito? Preſe afforza da Voi piazze, ottenute in campo aperto vittorie, chi potea parer così ſciocco, che ardiſſe, o di laſciarſi aſſediare, o di azzuffarſi; avendo Voi ſpecialmente, col fermarvi parecchi giorni in Milano, dato tempo ad ognuno di penſare a ſe ſteſſo, e in Voi ſperare?

CAP. VIII. *SEd enim arumnoſa illa, & jam pridem (a) medià ætate noſtrâ (b) civili ſanguine maculata Verona maximo hoſtium exercitu tenebatur, acerrimis ducibus, pertinaciſſimoque Præfecto; ſcilicet ut quam coloniam Cnæus (c) Pompejus aliquando deduxerat (d) Pompejanus everteret. O miſerabilem Veronenſium calamitatem, quos non tam tuæ, quàm inteſtina ſatellitum preſſit obſidio! Quippe Atheſis ille ſaxis aſper, & gurgitibus vorticoſus, & impetu ferox, oppugnationem prohibebat, omnemque retro regionem evehendis copiis tutam, defenſamque præſtabat. Quod tamen nè diutius hoſtem juvaret,*

CAP. VIII. PUre quella infelice Verona, macchiata già ancor'all'età noſtra di ſangue civile, era occupata da un grande eſercito di nimici, da fieriſſimi comandanti, e da un' oſtinatiſſimo Governadore; perchè deſſa già colonia di Gneo Pompeo foſſe rovinata infine da un Pompejano. O lagrimevole ſciagura de' Veroneſi, oppreſſi, non ſol dall'aſſedio delle voſtre armi, ma da uno interno ancora di ſcellerati! Impediva il battere la città l'Adige, ſcoglioſo di ſaſſi, rovinoſo di gorghi, ſtrabocchevole di empito; e facea sì, che per tutta la campagna addietro le ſi conduceſſero ſicuri e difeſi gli ajuti. Faceſte nondimeno, che ciò più non gio-

a *Medià ætat.* Ante annos ſcilicet 28 circiter.

b *Civili ſang.* Sabini Juliani, qui, arreptâ in Italiâ tyrannide, victus, & interfectus eſt ab Imp. Carino in agro Veronenſi, ut refert *Sex. Aur. Victor*, Anno C. circiter 284. Maxentius autem debellatus eſt Anno circiter 312.

c *Pompejus.* Cn. Pompejus Strabo, Magni pater, ut puto; de ipſo refert *Aſconius, Comm. in Piſonian. Cicer.* quòd tranſpadanas Colonias deduxerit, quibus jus Latii dederit. Ex hiſce verò prædicantur a Scriptoribus Verona, Comum, Laus Pompeja.

d *Pompejanus.* Ruricius innui creditur, at unde hic etiam *Pompejanus* dicatur ex nullo auctore conſtat. Mihi olim in mentem venerat, ut Pompejani nomine intelligerem Conſtantinum, qui Reipublicæ ſalutem, ac libertatem, ſicuti olim Pompejus, tuebatur; qui ex neceſſitate belli contra tyrannum conficiendi Veronam erat everſurus.

Pro-

ret, providentiâ tuâ factum est, cùm superioribus in locis, quà lenior amnis, & ignari hostes erant, exercitus parte (a) provectâ ancipiti periculo, clausos obsessosque pejora experiri armis coegisti; adeoque omnes, (b) qui eruptionem tentaverant, cecidisti, ut ipse etiam (c) Dux cum parte copiarum ad arcessenda auxilia muris excesserit, majorem adducturus exercitum, ut majore comitatu cladis occideret. Quo quidem tempore præcipua apparuit tua, Imperator, cura simul & animi magnitudo, qui redeunti illi minore exercitu congredi, quàm obsidionem intermittere maluisti, nè respirare clausis, aut effugere, aut imminere tergo liceret.

giovalle a'nimici; poichè, fatta passare con grande azardo ne'luoghi superiori, dove il fiume è più placido, e dove i nimici non poteano saperlo una porzione dell'esercito, chiusili così ed assediatili, facette pruovar loro un danno peggiore delle armi; e ne tagliaste tutti que', che sortirono, in guisa che uscì di cittade il Generale medesimo con parte della sua gente in traccia di ajuti, per così condurre più grande esercito, e morire con maggiore accompagnamento di strage. Allora ben si conobbe, ò Imperadore, la vostra grande prudenza, e grandezza di animo insieme; poichè voleste, quando se ne tornò, affrontarlo anzi con esercito men numeroso, che lasciar di proseguire l'assedio, perchè non potessero gli assediati, o respirare, o fuggirsene, o travagliarvi alle spalle.

CAP. IX. *ET primò quidem, ut audio, aciem instruxeras duplicem; mox, provisò adversariorum numero, explicari statim in frontem ordines, & extendi latiùs arma jussisti, ex tuo animo nimirum animos tuorum omnium metiens, quamvis gravius inde pondus (d) infringi posset impetu pauciorum. Laudare me existimas, Imperator, cuncta, quæ in illo prælio feceris? Ego verò iterum queror. Prospexeras omnia, dispo-*

CAP. IX. FOrmaste dunque, come intendo, prima due esserciti; poi riconosciuto il numero de'nimici, misurando dal vostro animo quello di tutt'i vostri soldati, stendeste, ed allargaste la vanguarda, sebbene così urtar poteavi con maggior'empito un'esercito men numeroso. Stimate ora forse, che io lodi ciò, che in quella battaglia faceste? Me ne querelo di nuovo. Ordinata e disposta ogni cosa, compiute di gran Generale le parti, perchè com-

a *Provectâ*. Alii legunt *trajectâ*.

b *Qui eruptionem tentaverant*. Sic reposui ex auctoritate *Codicum Vatican.* In editis nonnullis legitur *quæ eruptio tentaverat*, in aliis *tentata erat*.

c *Dux*. Ruricius, ut opinor. Vide infra *Paneg. Nazar.* c. 12.

d *Infringi*. Legerem libenter *infligi*; & fortasse Auctor non aliter scripsit.

Sa-

ſueras univerſa, ſummi Imperatoris officia compleveras; cur ipſe pugnaſti? Cur te denſiſſimis hoſtium globis miſcuiſti? Cur (a) *ſalutem Reipublicæ in pericula tanta miſiſti? An neſcire nos putas, quòd, dum nimio rapereris ardore, in media hoſtilium tela deveneras, & niſi viam tibi cadibus aperuiſſes, ſpem totius generis humani, & vota deceperas? Quid tibi eſt, Imperator, cum inferiore fortunâ? Toto quippe impetu ferebare,* (b) *torrenti ſimilis amni, quem abrupta radicitus ſilva, & convulſa funditus ſaxa ſequerentur. Illos pugnare fas eſt, quibus ſuo cujuſque fato aut vincendum eſt aut cadendum; tu, cujus ex vitâ omnium fata pendent, ad ullum diſcrimen accedas? Inter tot tela, gladioſque verſere? Quis hoc a te exigit, aut quis pati poſſit, ut quidquam in te belli caſibus liceat? Deceat te, Imperator, hoſtem ferire? Immo non decet laborare.*

combatter Voi ſteſſo? Perchè nel più folto de'nimici impegnarvi? Perchè porre in azardo sì grãde la ſalvezza della Repubblica? Pẽſate forſe che non ſappiamo, che mentre ſoverchio ardore vi traportava, v'ingolfaſte in mezzo alle armi nimiche; e ſe colle ſtragi non vi aprivate la ſtrada, periano la ſperanza, e le brame di tutti gli uomini? Che vi cale, ò Imperadore, di queſta baſſa fortuna? Precipitavate con tutto l'empito, qual torrente, dietro cui rovinin ſelve, e balze ſpiantate. A coloro tocca di combattere, che o vincere o morir debbono per lor deſtino. Voi, dalla cui vita dipendono i deſtini di tutti, vi porrete a ripentagli? Vi ravvolgerete fra tante lancie, fra tante ſpade? Chi da Voi lo ricerca? O chi ſoffrirà, che abbiano autorità ſopra di Voi gli avvenimenti di guerra? Sarà voſtro decoro, Imperadore, ferire il nimico? Anzi nemmen faticar vi conviene.

CAP. X. *Spectavit ex edito monte* (c) *Xerſes navale certamen: Auguſtus* (d) *aliud agens vicit apud Actium;*

CAP. X. Erſe ſtava guardando da un'alto monte la battaglia di mare: Auguſto altro facendo vinſe appo Azio; V'ebbe pu-

a *Salutem Reip.* Quæ pendet a vitâ tuâ.

b *Torrenti.* Uſus hac ſimilitudine *Virgil. Æneid. l. 2. Rapidus montano flumine torrens Sternit agros, ſternit ſata læta, boumque labores, Præcipitesque trahit ſilvas*, &c.

c *Xerſes.* Xerſes Perſarum Rex, dum copiæ ſuæ navale prælium cum Græcis duce eorum Themiſtocle, prope Salaminam committerent, *in locum quendam è regione Salaminis ſe recipit, unde prælii conſilius pateret.* Hæc *Diodor. l. 11.* Montem Ægaleum Xerſem aſcendiſſe ſcribit *Herodotus, l. 8.* Mentionem facit rei hujus etiam *Juſtinus Hiſtor. l. 2, cap. 12.*

d *Aliud agens.* Neſcio cur dicat *aliud agens.* Nam ſi fides *Velleji l. 2, c. 85, Cæſar ei parti deſtinatus, in quam a fortunâ vocaretur, ubique aderat.* Niſi forte Noſter pro Actiaco bello Siculum accepit, in quo ipſe tam alto ſomno obrutus eſt, ut ad dandum ſignum ab amicis fuerit excitatus. Cætera vide apud *Suet. Aug. c. 16.*

Actium.

(a) *Actium*: *Fuit etiam* (b) *qui sublatus in scalas invicem nexas concurrentes eminus vidit exercitus, ut nec interesset periculo, & adesset eventui. Ignava, inquies, sunt hæc exempla: Sed tuta; gravioresque metus est periculi tui, quàm lætitia victoriæ. An non ipsi te, cæsis fugatisque hostibus, interfectoque etiam ipso eorum Duce, Comites & Tribuni corripuere lacrymantes, amplexique illud tuum anhelum pectus, cruentas manus, & quidquid de sanguine profundæ cædis emersérat, hinc atque inde clamarunt;* (b) Quid egeras, Imperator? In quæ nos fata projeceras, nisi te divina virtus tua vindicasset? Quæ hæc est impatientia; aut quò tibi manus nostras, si versà vice pugnas ipse pro nobis? *Hæc ego non dicerem, Imperator, neque ab aliis dicta memorarem, nisi beneficio tuæ lenitatis tutior esset nostra in verbis, quàm tua in armis audacia. Novâ enim quadam varietate naturæ, confusoque virtutum temperamento, idem es, & in præliis ferocissimus, & partâ securitate mitissimus.*

pure chi, fattosi alzar sopra scale insieme legate, vide di lontano azzuffarsi gli eserciti, per non essere nel pericolo, ed esser nel fatto. Sono questi esempli, direte, di codardia: Però sono sicuri; e più monta il timore del vostro pericolo, che l'allegrezza della vittoria. Non vi sgridarono colle lagrime agli occhi gli stessi vostri compagni, e tribuni, dopo la strage, e la fuga degli nimici, e la morte dello stesso lor Capitano; ed abbracciando il vostro petto ansante, le mani insanguinate, e quanto erasi bagnato nel sangue di quel profondo macello, da ogni parte gridarono; *Imperador che faceste? A che destino ci avevate ridotti, se non vi liberava il divin vostro valore? Che impazienza si è mai cotesta? Od a che servono queste destre, se per lo contrario Voi combattete per noi?* Non direi ciò, Imperadore, nè lo ricorderei come già detto dagli altri, se mercè la vostra dolcezza non fosse più sicuro il nostro coraggio in parlare, che il vostro in combattere; mentre con una nuova varietà di natura, e con una confusa tempra di virtù siete fierissimo nelle battaglie, dolcissimo dopo di aver vinto, ed averci renduti sicuri.

CAP. XI. *CUm enim, dato obsessis tempore panitendi, Aquilejam quoque de lega-*

CAP. XI. ESiane per pruova quando dopo aver conceduto agli assediati di Aquileja

a *Actium*. Epiri promontorium, nunc *Capo Figalo*, ubi Augustus M. Antonium & Cleopatram vicit.

b *Qui sublatus*, &c. Commentum hoc puto ad rem amplificandam.

c *Quid egeras?* Imitatur Noster locum illum *Lucani Pharsal. l.* 5. *Quò te dure tulit virtus temeraria Cæsar?* &c; *Cum tot in hac animâ populorum vita, salusque Pendeat*, &c.

Igno-

gatis eorum, ac ſupplicibus recepiſſes, cunctique ſe tibi dediderunt, quos obſidendo ſervaveras, (a) ignoviſti omnibus, & vitam, quam deſperaverant, reddidiſti. Et quidem juſſiſti arma deponere, ut multò tutiùs victoris pietate tegerentur. Ut tamen pertinaciæ ſuæ merita ſentirent, corripi eos, vincirique juſſiſti, non ad ſupplicium, ſed vitam; nè conſcientiæ timore diffugerent; graviterque (b) delinquerent, conſervarique iterum non mererentur, ſi ſervati non fuiſſent. Sed unde tanto hominum numero tot vincula, quæ continere militares, & paulò antè armatas manus poſſent? Stupere milites, qui producendos ſuſceperant, & cuſtodiæ curam abnuere, & prorſus neſcire quid facerent. Ipſi etiam, qui tibi in conſilio erant, ipſe etiam Prefectus horere, cùm tu divino monitus inſtinctu de gladiis eorum gemina manibus aptari clauſtra juſſiſti, ut ſervarent deditos gladii ſui, quos non defenderant repugnantes.

leja tempo a pentirſi, ne riceveſte la reſa da'ſuoi ſupplichevoli ambaſciadori, datiſi a Voi tutti que'cittadini conſervati coll'aſſedio: Perdonaſte allor'ad ognuno, e rendeſte loro la vita, di cui diſperavano. Ben voleſte che gittaſſero l'armi, per eſſere con più ſicurezza difeſi dalla pietà del vincitore. Ma perchè intendeſſero il merito della propria caparbietà li voleſte preſi e legati, per dar loro, non gaſtigo, ma vita; perchè collo ſpalmo della coſcienza fuggendo non peccaſſero gravemente, onde perdeſſero il merito di eſſere conſervati di nuovo, ſe non lo foſſero ſtati prima. Ma che ceppi potean mai legare mani guerriere, e teſtè armate di tanti? Traſecolavano i ſoldati, che aveano preſo a condurli; ricuſavan l'obbligo di cuſtodirgli, nè ſapeano, che farſi. Dubitavano gli ſteſſi voſtri conſiglieri, lo ſteſſo Prefetto, quando per avviſo del Cielo comandaſte, che alle lor mani ſi aſſettaſſero manette, formate delle loro ſpade onde arrendutiſi foſſero conſervati da quelle, che non li aveano difeſi quando ſi oppoſero.

CAP. XII. *O Pulcherrimum, & qui omnium oculis ſubiici debuiſſet, triumphum virtutis & clementiæ tuæ! Cujus enim potentia fuit hoſtibus arma diripere, ejus humanitatis deditos ad impunitatem ſuis armis alligare, atque ita vincire, ut eos ferri illius, quod con-*

CAP. XII. O Trionfo belliſſimo del valor voſtro, e della voſtra clemenza, degno di eſſer poſto ſotto gli occhi di tutti! Chi ebbe forza di levar le armi a'nimici, ebbe clemenza di legargli colle armi ſteſſe, venuti a chieder perdono, inceppandoli sì, che ogni dì ſi pentiſſero di quel fer-

b *Ignoviſti*. Conſentiunt verba Zoſimi, l. 2. *Oppida quidem per inducias ſe dedentia nullo damno mulctat*, &c.

a *Delinquerent*. A te ad hoſtium partes tranſeundo.

Poe-

contra te gesserant, quotidie pœniteret. Gladius ille, quem in te distrinxerat hostis infestus, ipse domini sui manus tenuit, & paratus ad eadem custos factus est ad salutem. Magnus (a) *Poeta, dum bellorum* (b) *toto orbe surgentium discursum apparatumque describit, Et curvæ, inquit, rigidum falces conflantur in ensem. Triste nimirum tempus id, cùm instrumenta cultui pecudum præparata in eadem hominum verterentur. At nunc rigidi illi mortiferique mucrones in salutaria vincla curvantur, & exarmatum hominem non interimunt, sed coercent; deditosque hostes gladii sui collisi obtusique tutantur, qui nihil illis integri acutique potuerunt.*

ferro, che aveano stretto contro di Voi. Quella stessa spada, impugnata contro della vostra persona, legò le mani del suo signore; e quella, già pronta a dar la morte, divenne custode della salvezza. Cantò già un gran Poeta nel descrivere le mosse, e gli apparecchi di guerra, che per tutto il mondo faceansi; *Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.* Tempo troppo infelice quello si era, quando gli stromenti destinati alla coltura per gli animali volgeansi a fare strage degli uomini. Adesso quelle punte dure e mortali pieganssi in salutevoli catene; non uccidono, ma raffrenano chi n'è disarmato; e gli nimici arrenduti sono assicurati dalle proprie spade battute e spuntate, che non poterono giovar loro affilate, ed intatte.

CAP. XIII. *Omnium ergo armorum ministeria ad diversos effectus arbitrio tuo serviunt, Imperator; tibi vincunt gladii, tibi servant; te pugnante feriunt, te ignoscente custodiunt. Ut Deus ille mundi creator & dominus eodem fulmine suo* (c) *nunc tristes, nunc lætos nuncios mittit, ita eadem sub Numine tuo tela inimicos, aut supplices tuos pernicie, aut conservatione discernunt. Eripuisti, Imperator, adversariis tuis gladios, nè quis incumberet* (d) *dolori. Su-*

CAP. XIII. Servono dunque a vostro talento, Imperadore, ad effetti contrarj gli offici dell'armi. Per Voi vincono, per Voi conservan le spade; feriscono se combattete, custodiscono se perdonate. Come Idio creator'e signore del mondo spedisce colla stessa folgore avvisi, ora funesti, ora lieti, così sotto la vostra divinità distinguono le armi stesse colla morte, e colla preservazione i vostri, o nimici, o supplichevoli. Levaste, Imperadore, a'nimici vostri le spade, perchè alcun

a *Poeta*. Virgil. *Georg.* l. 1, in fine.
b *Toto orbe*. Primis Octaviani Augusti temporibus.
c *Nunc tristes*. Quando enim ad Septentrionem tonabat, faustum omen antiquis erat; contra verò cum ad Meridiem.
d *Dolori*. *Superasti*. Sic legunt meliores. Alii *dolore superatus*; alii dolore *super acie*.

Dia-

Superaſti, & eoſdem manibus ſuis innoxios reddidiſti, Ut & clementiæ, & vindictæ tuæ ſatisfaceres, quorum ſanguini peperceras, arma fregiſti; vita enim hominum (a) diù parta ſemper ſervanda eſt, ſi liceat, ferrum inventu facile, uſu mutabile. Ideo quæ erant reparabilia, conflaſti, quod redivivum non erat, reſervaſti. Quid ſimile fabulæ ferunt? (b) Converſa eſſe humana corpora in fontes, aut pecudes, aut aves? Fœda, & degener talis converſio. Gladius mutatus in manicas hoc eſt, quod ſecuritas poſt timorem, quod umbraculum poſt calorem. Splendorem mutatio perdidit, ſed aciem retudit.

alcun di dolore non deſſe in queſte di petto: Le vinceſte, e riſtituiſte innocenti alle mani de' primi padroni. Per ſoddisfare alla voſtra vendetta, ed alla clemenza ſpezzaſte le armi a chi avevate donata la vita; poichè la vita degli uomini, che in lungo tempo ſi forma, conſervarſi de' ſempre ove ſi poſſa; il ferro, che facilmente ſi truova, cambiaſi ancora di officio. Cambiaſte dunque ciò, che poteva rimetterſi; conſervaſte ciò, che non ritornava più in vita. Che abbiam di ſimile nelle favole? Uomini cambiati in fonti, in uccelli, in quadrupedi? Sozza, e diſeguale trasformazione. Cambianſi ora le ſpade in manette; e ciò ſi è lo ſteſſo, che la ſicurezza dopo lo ſpaſimo, che il rezzo dopo l'arſura. Perdettero nel cambiarſi il chiarore; ma rintuzzoſſi loro la punta.

CAP. XIV. *Studium, & humanitas tua hortata eſt, Imperator, hucuſque, ut exultatio noſtra verbis luderet; ſed jam ad potiora redeamus. Recuperatâ omni (c) cis Padum Italiâ, ipſa jam ad te ſupplices manus Roma tendebat, cui portentum illud inſederat, (d) nihil conari auſum ad tot nuncios ſuarum cladium; quippe ipſa ſe viliſſimi hominis obſidebat ignavia,*

CAP. XIV. VOſtra mercè, e benignità, ò Imperadore, ſcherzò finora il noſtro giubilo di parole; torniamo adeſſo a coſe di maggior peſo. Racquiſtata tutta la Italia di quà dal Pò, dirizzava ſupplichevole le mani a Voi Roma, dove ſi era piantato quel moſtro, che a tanti avviſi delle ſue perdite non avea cuore di porſi in alcun cimento, aſſediato il viliſſimo dalla ſua medeſima codardia, e rampo-

a *Diu parta*. Sic Eumenius Paneg. 8, cap. 10. *Diu venturi hominis partus optatur*.

b *Converſa*. Notæ fabuloſæ hominum in irrationalia animalia metamorphoſes, ex Ovidio, & aliis.

c *Cis Padum*. Vide adnotata ſupra, cap. 7.

d *Nihil conſ. auſ.* Includi enim ſe Romæ paſsus eſt, teſte Zoſimo, l. 2.

De-

via, (a) & *degeneres animos timor arguebat. Stultum & nequam animal nusquam extra parietes egredi audebat; ita enim, aut prodigiis, aut* (b) *metus sui præsagiis monebatur. Proh pudor! Intra parietum custodias Imperator. Non ille aspitare in campum, non exerceri armis, non pulverem pati; astutus quidem, nè virorum officia tentantem* (c) *contemnerent, qui viderent deambulare;* (d) *tantùm in illo Palatio marmoratis parietibus incedere, nam in* (e) *Sallustianos hortos ire peregrinatio, & expeditio putabatur. Et hæ quidem delicia toto illo tempore, quo* (f) *orbem obsederat, semet incluserat, turpissimam hanc ejus formidinem protegebant; non enim se imbellem, sed beatum, non inertem, sed securum videri volebat. Quoties milites in concionem vocabat se solùm cum illis Imperatorem, alios per limites pro se militare jactabat. Fruimini, ajebat, dissipate, prodigite. Hæc erat miserorum brevis, & caduca felicitas.*

pognato dal timore l'animo indegno. Non ardiva la pazza e scellerata bestia di uscire, avvisata così da' prodigi, o da' presagi del suo spavento. Vergogna! Un'Imperadore fra le difese delle pareti! Non uscire in campo, non esercitarsi nell'armi, non tollerare il polverio! (ben però, perchè in tentare di far cose da uomo non venisse mottegiato da chi lo vedea camminare), passeggiar perfine solo fra i marmi di quel Palazzo! Poichè il calare negli orti di Sallustio si stimava un lungo viaggio, una spedizione. Assicuravano il di lui spasimo vergognoso questi delizioso ritiri per tutto quel tempo, nel qual' egli avea oppresso il Mondo, e rinchiuso se stesso; nè voleva già esser creduto inabile all'armi, ma felice, non codardo, ma sicuro. Quando a diceria chiamava i soldati, si millantava per solo Imperadore; gli altri combatter per se stesso a' confini. *Godete*, diceva egli, *spendete, scialacquate*. Questa si era la breve, e caduca felicità di que'miseri.

CAP. XV. *Ac tum quidem, cùm tot adversa suo-*

CAP. XV. Neppure allorachè intese tante sfortuna-

a *Degen. anim.* Imitatus est Noster, immo penè transtulit *Virgilii* locum ex *Æneid. d.*4; *Degeneres animos timor arguit*.

b *Metus*. Quare, & *Diis hostias* immolabat, & *extispices de belli eventu* consulebat; *Zosimus, loc. cit.*

c *Contemnerent*, &c. Sic legunt geminæ Editiones Genevenses; in aliis plerisque deest hoc verbum cum sequentibus *qui vid. deamb.*

d *Tantùm in illo*. Addidi *tantùm* ex auctoritate *M. S. Divi Marci*. In aliis deest.

e *Sallust. hort.* Erant hi ad Portam Collatinam, sub Quirinali, sic dicti a C. Crispo Sallustio Historico, qui sibi ipsos ad delicias, cùm esset opulentissimus, posuerat.

f *Orbem*. Legendum fortasse *Urbem*.

Ad-

ſuorum prælia comperiſſet, obviam ire conatus eſt ad reſiſtendum, cùm Padi limite, aut Apennini jugis uteretur, ſed literas calamitatum ſuarum indices ſupprimebat. Interdum etiam palam ut uſque ad portas veniretur optabat, non intelligens, majeſtatem illam Urbis, quæ pridem (a) *admotos exercitus ſolicitaverat, jam flagitiis ipſius deformatam, & ſedibuis ſuis pulſam ad tua auxilia tranſiſſe; nec ullis præmiis poſſe corrumpi, quos tibi, præter liberalitatem tuam, & ſacramenti fidem, tot victoriarum gloria dicaviſſent. Quis enim miles, qui ductu atque auſpiciis tuis toties feliciſſimè dimicaſſet, vulnera illi ſua venderet, belli jam pænè confecti ſummam concederet? Atenim tu idipſum de ardore totius exercitus ſentiens, ſine ulla hæſitandi morâ, quâ breviſſimum per eos iter eſt, rapto agmine advolaſti, celeritatem illam in re gerendâ* (b) *Scipionis, & Cæſaris tunc maximè cupienti Roma repræſentans. Hæc eſt fiducia Imperatoris* (c) *invicti, & ſuorum mentibus freti, non dubitare, nec trahere bellum, ſed proximum quodque pugnæ tempus putare victoriam. Non enim res erat*

tunate battaglie de' ſuoi osò di uſcire ad opporſi, quando potea ſervirſi delle rive del Pò, e delle frontiere dell'Apennino, ma occultrava le piſtole apportatrici delle ſue ſciagure. Dimoſtrava pure ſovente in pubblico di volere, che ſi marciaſſe fino alle porte, non intendendo, che la maeſtà, onde abbattuti avea Roma quanti eſerciti le ſi appreſſarono, dalle ſcelleratezze di lui bruttata già, e cacciata dalla ſua ſedia a Voi era ricorſa; e che non ſi poteano con alcun premio corrompere que' cittadini a Voi conſecrati, non men dalla voſtra beneficenza, e dalla fede del giuramento, che dalla fama di tante vittorie. E qual ſoldato, che aveſſe ſotto di Voi combattuto tante fiate felicemente, gli avrebbe vendute le ſue ferite, o ceduto il pregio maggior della guerra già quaſi finita? Onde Voi, ben ſapendo tal' eſſer l'ardore di tutto l'eſercito, volaſte co' voſtri ſèza nemmen dubitare per la ſtrada più brieve, rinnovando a Roma, che allor'appunto così bramava, la preſtezza di Scipione, e di Ceſare. Tal ſi è il coraggio di un' Imperadore invincibile, e che confida ne' ſuoi, non dubitare, nè portare in lungo la guerra, ma tener per ſicura vittoria ogni più preſta battaglia. Che non dovevate già, come

Q. Maſ-

a *Admotos exerc.* Lectionem hanc præfero, *Livineio*, *Acidalio*, aliiſque probatam; at eorum interpretationem ſequi non libet. Hi enim intelligunt de exercitibus Severi, Armentarii, & Maximiani Herculei: Ast ego Noſtrum arbitror ad copias hoſtium alludere, puta Gallorum, & Pænorum, quæ olim ad portas licèt Urbis progreſſæ, Romanâ tamen virtute fuſæ ſunt.

b *Scipionis, & Cæſ.* De illius celeritate mentionem facit *Cic. in Verrem.* De hujus verò, *Flor. l. 4. c. 1. Sueton. cap. 37.*

c *Invicti.* Talem Conſtantinum prædicat & Nummus cum epigraphe, *Ubique Victor*, quem vide *Tab. 3. n. 10.*

Q Ma-

erat tibi, uti (a) *Quinctio Maximo, cum* (b) *Hannibale victore, ut post res asperas locum, tempusque captares; sed urgere te successus tuos, & continuare victorias, sed quàmprimùm subvenire Urbi decebat. Sapientis enim est Imperatoris fractis rebus cunctando consulere, secundis non deesse fortunæ.*

Q. Massimo, venire alle armi col grande Annibale vincitore, ficchè dopo molte sfortune doveste pensare al tempo, ed al luogo, ma solo seguire gli avvenimenti vostri felici, continuarle vittorie, e tosto portare a Roma soccorso. Nelle perdite de' rimediare un savio Generale colla lentezza; nella fortuna non mai mancarle.

CAP. XVI. *Itaque unum jam illud timebatur, nè ille conterritus his viribus, graviter afflictus, & in arctum redactus boni consuleret, & debitas Reipublicæ pœnas obsidione differret. Quippe, omni* (c) *Africâ, quam delere statuerat, exhaustâ, omnibus* (d) *insulis exinanitis, infiniti temporis annonam congesserat. Sed divina mens, & ipsius Urbis* (e) *æterna majestas nefario homini eripuere consilium, ut ex inveterato illo torpore, ac fœdissimis latebris subitò prorumperet, & consumpto per desidias* (f) *sexennio, ipsum diem natalis sui ultimâ suâ cæde signaret; nè septe-*

CAP. XVI. TEmeasi sol dunque, che spaventato desso da sì gran cose, oppresso, angustiato riceveste per miglior partito l'assedio, e differiste così il suo gastigo, alla Repubblica ben dovuto. Poichè vota l'Africa, che aveva egli già risoluto di disertare, impoverite le isole tutte, avea raccolte vittuaglie per uno spazio infinito. Ma Idio, e la maestà immortale di Roma stessa levarono allo scellerato il consiglio, ficchè da quella invecchiata pigrezza, e da quelle ascosaglie bruttissime improvvisamente sbucasse; e consumati in viltà ben sei anni, segnasse colla sua morte lo stesso giorno della sua nascita, per

a *Q. Maximo.* Qui a genere bellum gerendi cum Hannibale *Cunctator* dictus est.

b *Hannib. victore.* De quatuor Ducibus Romanorum; Scipione nempe ad Ticinum, Sempronio ad Trebiam, Flaminio ad Trasymenum, Paulo & Varrone simul ad Cannas. *Florus l. 2, cap. 6.*

c *Africâ.* Sublato Alexandro, & Carthagine etiam direptâ, ac incensâ. Testes *Sex. Aur. Victor, Zosimus, l. 2*, qui etiam a tyranno in Africanos sævitum scribit, quòd Alexandro favissent, ipsiusque Maxentii imaginem circumferri prohibuissent. Alexandri Nummum vide in Tabulâ Orationi præfixâ.

d *Insulis.* Siciliâ, Sardiniâ, aliisque, unde uberrima commeatuum copia.

e *Æterna.* Divina & immortalis, qualis nempe Roma ipsa dicebatur, Numinis adinstar culta. Consonat huic loco Nummus ejusdem Constantini, in cujus posticâ parte Roma galeata sedens cernitur, clypeum tenens, circùm verba, *Roma æterna*. Vide *Tab. 3, n. 11.*

f *Sexennio.* Sic reposui, uteſt in editione *Cellarii*, pro *Senio*, quæ vox in aliis communis. Et quidem Maxentius non senex obiit.

Ver

trenarium illum numerum ſacrum & religioſum vel inchoando violaret. At quomodo inſtruxit aciem tot annorum (a) vernula purpuratus? (b) Ita prorſus, nè quis evadere, nè quis, ut ſit, loco motus referre gradum, & inſtaurare prælium poſſet, cùm a fronte armis, a tergo Tiberi flumine premeretur. In quo ille non mehercule cogitavit neceſſitatem reſiſtendi, ſed profinguitatem refugiendi: Niſi fortè, jam ſentiens diem ſibi veniſſe fatalem, ad ſolatium ſuæ mortis voluit ſecum trahere quamplurimos; ut omnes eſſent exitus ſui comites, qui ſcelerum participes extitiſſent. Quid enim aliud illum ſperaſſe credendum eſt, qui jam ante biduum Palatio emigraverat; & cum uxore, ac filio in privatam domum ſponte conceſſerat, ut res eſt, omnibus terribilibus agitatus, & nocturnis pulſus ultricibus; ut tu, jam olim expectatus habitator, ſacris illis adibus diu exhalatis expiatiſque ſuccederes? Et adeo ipſe verum ſibi dixerat, & venturo tibi ceſſerat, quamvis in prælium ingrederetur armatus, cum excedendo Palatio jam ſe abdicaſſet Imperio.

per non violare quel ſacro e venerabil numero ſettenario nemmeno col principiarlo. E come ſchierò il ſuo eſercito quel porporato ſervo di tanti anni? In guiſa appunto, che niuno fuggir poteſſe, niuno moverſi di luogo, nè, come ſuolſi, ritrarre il paſſo, e rimetterſi, rinchiuſi tutti da' nimici alla fronte, alle ſpalle dal Tevere. In che non penſò già deſſo alla neceſſità di reſiſtere, ma al comodo di fuggire: Se pure, conoſcendo eſſer giunto il giorno ſuo ultimo, non volle per conſolazione della ſua morte tirarne ſeco un gran numero; onde foſſer compagni del fine tutti gli partecipi de' ſuoi misfatti. E che altro può crederſi abbia deſſo temuto, quando due giorni innanzi colla moglie, e col figlio ritiroſſi ſpontaneamente in una caſa privata, agitato da tutti gli ſpaſimi, ed inſeguito dalle notturne furie vendicatrici, perchè Voi aſpettato in quella ſacra caſa per ſucceſſore la ritrovaſte monda, e purgata? Così aveaſi deſſo preſagito il vero, e ceduto al voſtro venire, ſebben entrò coll'armi alla mano in battaglia; poichè al ſuo partir dal Palazzo avea già depoſto l'Imperio.

CAP. XVII. *AD primum igitur aſpectum majeſtatis tuæ, primumque impetum totius tui victoris exercitus hoſtes territi, fugatique, & anguſtiis Milvii pontis (c) excluſi, ex-*

CAP. XVII. ALla prima viſta dunque della voſtra maeſtà, ed al primo urto di tutto il voſtro eſercito vincitore atterriti, e meſſi in fuga i nimici, nè ricevuti dallo ſtretto paſſo del pon-

a *Vernula.* Per ludibrium; ſicuti de Tyranno Maximo *Pacatus, c.* 31.
b *Ita prorſus.* Conſule *Zoſimum, l.* 2.
c *Excluſi.* Pontem ipſum corruiſſe ſcribit *Zoſimus, l.* 2, *Tigris minimè ſuſtinentibus tam vim oneris, adeoque ruptis.*

si, exceptis latrocinii illius primis auctoribus, qui, desperatâ veniâ, locum, quem pugnâ sumpserant, texere corporibus, cæteri omnes in fluvium abiere præcipites, ut tandem aliquod cædis compendium fessis suorum dexteris evenirent. Cum impios Tiberis hausisset, ipsum etiam (a) illum cum equo & armis insignibus, frustra conatum per abrupta ripa ulterioris evadere, idem Tiberis correptum gurgite devoravit, nè tam deforme prodigium vel hanc obitus sui relinqueret famam, quòd alicujus viri fortis gladio, telove cecidisset. Et aliorum quidem hostium corpora & arma præceps fluvius volvendo devexit, illum autem eodem, quo extinxerat loco, tenuit; nè diù Populi Romani lætitia dubitaret, si putaretur aliquò profugisse, cujus mortis probatio quæreretur.

ponte Milvio, tranne i primi autori di quel ladroneccio, che disperando il perdono coprirono il posto co'lor cadaveri, rovinarono gli altri tutti nel fiume; perchè infine alle stanche destre de' vostri toccasse un brieve modo di strage. E dopo avere il Tevere ingojati quegli empj, assorbì anche in un gorgo col cavallo e colle armi da Imperadore colui stesso, che indarno avea tentato lo scampo per la scoscesa riva di là; onde un mostro sì brutto non lasciasse neppur questa fama della sua morte, di essere spirato sotto alla spada, o al lanciotto di un valoroso. Portò in giù i corpi, e le armi degli altri colla sua corrente il rapido fiume, ma trattenne colui nel luogo medesimo, dove avealo allogato; perchè il Popol di Roma non avesse nell'allegrezza più dubbio, se si fosse altrove salvato quegli, della cui morte ne mancasse la pruova.

CAP. XVIII. (b) *Sancte Tibri, quondam hospitis (c) monitor Æneæ, mox Romuli conservator (d) exposîti! Tu nec fal-*

CAP. XVIII. SAnto Tevere, che avvisasti già l'ospite Enea, poi conservasti Romolo esposto! Nõ volesti, che il falso Romolo più vivesse; nè che si salvas-

se

a *Illum.* Maxentium. *Auctor cit. Maxentius cum cæterâ multitudine etiam fluminis impetu abripiebatur.*

b *Sancte Tibr.* Fluminibus etiam, sicuti & montibus, & silvis suos Genios esse, seu Numina quædam de minorum genere antiqui credidere. hinc illud apud *Prudent. l. 2. contra Symmach Geniorum millia multa.* Ex hoc factum ut flumina ipsa sancta, & sacra dicantur.

c *Monitor Æn.* Allusum puto ad *Virgil. Æneid. l. 8, Hunc Deus ipse loci,* &c. *Sic affari & curas his demere dictis,* &c.

d *Expositi.* In aquas unà cum Remo fratre projecti, ex Amulii jussu: *At iisdem non potuit extingui; siquidem Tyberinus amnem repressit; Liv. l. 1, c. 1.*

Fal-

(a) *falſum Romulum diu vivere, nec parricidam Urbis paſſus es natare. Tu Roma tua altor copiis ſubvehendis, tu munitor mœnibus ambiendis meritò Conſtantini victoriæ particeps eſſe voluiſti, ut ille hoſtem in te propelleret, tu necares. Neque enim ſemper es rapidus & torrens, ſed pro temporum ratione moderatus. Tu quietus armatum* (b) *Coclitem revexiſti; tibi ſe placido* (c) *Cloëlia virgo commiſit: At nunc violentus & turbidus hoſtem Reipublicæ ſorbuiſti; & nè tuum lateret obſequium, eructato cadavere prodidiſti. Reperto igitur & trucidato corpore, univerſus* (d) *in gaudia & vindictam Populus Romanus exarſit; nec deſiit totâ Urbe, quà* (e) *ſuffixum haſta ferebatur, caput illud piaculare fœdavi; cùm interim* (*ut ſunt* (f) *joci triumphales*) *rideretur geſtantis injuriâ, cùm alieni capitis merita pateretur.*

ſe a nuoto il parricida di Roma. Tu, che nudriſci Roma col cõdurle la vittuaglia; tu, che la diffendi cõ accerchiarle le mura, con ragione voleſti eſſere apparte della vittoria di Conſtantino; onde ti ſpigneſſe deſſo in ſeno il nimico, tu lo uccideſſi. Nè ſei già ſempre rapido ed impetuoſo, ma moderato al biſogno. Tu quieto ricõduceſti Coclite armato; dentro a te pur placido ſi lanciò la vergine Clelia: Ma ora violento e torbido ingojaſti il nimico della Repubblica; e perchè nõ foſſe aſcoſo il tuo oſſequio, lo paleſaſti con vomitarne il cadavero. Trovato dunque, e sbranato quel corpo, avampò di giubilo alla vendetta il Popol di Roma; nè ſi finì mai di bruttare per la città, dovunque ſi portava conficcato ad un'aſta, quel ſacrilego capo; ridendoſi intanto, giacchè vi ſono ne' trionfi gli ſcherzi, a ſcorno di chi portavalo, che pativa gli obbrobrj meritati dall'altrui teſta.

Sed Ma

a *Falſum Rom.* Non Romulum Maxentii filium, ut quidam, meo iudicio, ineptè interpretatus eſt, ſed eundem Maxentium intelligit, utpotè falſum Regem, diſſimilemque vero Romulo, de quo modò dixit. Romulum præterea Maxentii filium parte ſignum conſecrationis videmus, eoſque nonniſi a patre cuſos credere licet. Vide *Tab. 4, num. 1.* Quis enim extincti Tyranni filio ſub Conſtantino unquam tantum honoris detuliſſet? Immo *Triſtanus* Nummum peculiarem affert, in quo circùm Romuli caput legitur, *Imp. Maxentius Divo Romulo N. V. Filio.*

b *Coclitem.* Horatium illum celebrem, qui in bello contra Etruſcos, cùm ſolus hoſtium aciem ſuper Milvium pontem ſuſtineret, eodem fracto in flumen decidit, ex quo inde ad ſuos feliciter elapſus eſt. Nota res eſt ex Romanis Hiſtoricis.

c *Cloëlia.* Virgo Romana, in bello contra Porſenam celebris; *Una ex obſidibus Regi data,* inquit *Florus l. 1, c. 10, elapſa cuſtodiam Clælia per patrium flumen equitabat.*

d *In gaudia.* Conſonat *Zoſimus, l. 2; Metu depoſito vecordiam cum voluptate commutabant.* In lætitiæ hujus memoriam credo cuſum fuiſſe Nummum Conſtantini, quem vide *Tab. 4, n. 2.*

e *Suffixum haſtâ.* Refert & *Auctor ejus triumphi, ubi Maxentii caput ſuper ſummâ haſtâ præfixum in urbem relatum eſſet,* &c.

f *Joci triumph.* Jocos, & dicteria in triumphis admiſta conſtat ex *Halicarn. l. 7, ex Livio l. 45. 10, & 39; ex Plinio l. 19, c. 8.* Eorumdem quoque legimus exempla apud *Velleium l. 2, c. 63; Suetonium in Cæſ. c. 49, & 51; Dionem, l. 43.* Unde *Martial. Lib. 7, Epig. 7; Inſuſ ipſe triumphus amat.*

CAP. XIX. *Sed quid ego hujusque jocularia?* (a) *Tecta ipsa, ut audio, commoveri, & altitudo culminum videbatur attolli, quacunque Numen tuum tardo molimine currus inveheretur; tanta te populi densitas, tanta stipatio Senatus provehebat simul, & attinebat. Felices qui te propiùs aspicerent; longiùs positi nominabant; quos præterieras, loci, quem occupaverant, (b) pœnitebat; vicissim omnes inde discedere, hinc sequi. Certare innumerabilis multitudo, & impulsu vario fluctuare, & tantum sibi hominum animi post illam sexennii cladem superesse (c) memorabant. Ausi etjam quidam ut resisteres poscere, & queri tam cito accessisse Palatium; & cùm ingressus esses, non solum oculis sequi, sed penè etiam sacrum limen irrumpere. Inde omnibus circumfusis ut inde excederes opperiri, prospicere, optare, sperare; ut viderentur eum, a quo obsidione liberati fuerant, obsidere. Gloriatus sit licet, & verè, (d) summus Orator, humeris se Italiæ in patriam reportatum, te, Constantine, Senatus Populusque Romanus, & illo die, & aliis, qua-*

CAP. XIX. MA che ho scherzato finora? Parea, come intendo, si movessero le stesse case, e gli alti coperti si alzassero dovunque passava sulla macchina lenta del cocchio la vostra divina persona; sì grande era la calca del popolo, l'ammassamento del Senato, che insieme, e spigneavi innanzi, e vi tratteneva. Felice chi più da vicin vi guardava; i più lontani vi nominavano; i lasciati addietro doleansi del loro posto; onde tutti poi di luogo in luogo se ne partivano per seguitarvi. Sforzavasi di passare avanti la infinita ciurmaglia, ed urtandosi variamente ondeggiava, con istupore ben grande che dopo un macello di sei anni avanzassero tante persone. Altri anche osò chiedere che vi fermaste, e lagnarsi che sì presto arrivaste al Palazzo; e poichè ci eravate entrato, non solo seguirvi cogli occhi, ma sforzar quasi la sacra porta. Sparsi poi tutti d'intorno aspettavano che ne usciste, guatavano con desiderio e con isperanza; onde parea, che assediassero chi liberati gli avea dall'assedio. Sie si pur millantato, e con verità, quel grande Oratore di essere stato ricondotto alla patria sulle spalle dell'Italia; Voi, ò Costantino, volle portare cogli occhi stessi

a *Tecta*, &c. Mirum R. Populi gaudium de victo Maxentio describit *Euseb. Vit. Const. l. 1, c. 39.*

b *Pœnitebat*. Quia tam citò ipsos Imperator præterierat.

c *Memorabant*. Suspicatur *Lipsius, Epist. Quæst. l. 1, ep. 22*, legendum *mirabantur*, & apposite quidem; deest tamen librorum auctoritas.

d *Summus Orator*. M. Tullius Cicero potentium odio, P. Clodii præcipuè, in exilium actus, mox omnium consensu, curante Cn. Pompejo, in Patriam revocatus, magnâque populi frequentiâ reportatus. Auctor *Plutarchus* in ejus vitâ. Ipse de se gloriantes, *Orat. post red. in Senat.* Cùm me Pop. Romanus revocavit, Respublica imploravit, Italia cuncta penè suis humeris reportavit.

Tan-

quacunque progreſſus es & oculis ferre geſtivit. Nec quidquam aliud homines diebus munerum, ſacrorumque ludorum, quàm te ipſum ſpectare potuerunt; qui tuus eſſet fulgor oculorum, qua totius corporis circumfuſa majeſtas, qua oris dignitas. Gaudere cuncti ſpectaculorum morâ; & familiaribus ſibi artificibus obnoxiè ſolùm favere, quòd te præſente certarent.

ſteſſi il Senato e il Popol di Roma, e in quel giorno, e in qualunque altro ne uſciſte. Ne' giorni poi delle ſacre funzioni, e degli ſpettacoli non poterono gli uomini fiſſarſi in altri, che in Voi, oſſervando que' raggi degli occhi voſtri, quella maeſtà ſparſa per tutto il corpo, quel nobil volto. Godeano tutti della lunghezza degli ſpettacoli; e favoreggiavano i lor diletti rappreſentatori, ſolo perchè operavano dinanzi a Voi.

CAP. XX. *NAm quid ego de tuis in Curiâ ſententiis, atque actis loquar, quibus Senatui auctoritatem priſtinam reddidiſti; ſalutem, quam per te receperant, non imputaſti; memoriam ejus in pectore tuo ſempiternam fore ſpopondiſti? Dicerem plura de divinis orationibus tuis, de oblatâ potiùs, quàm impetritâ benignitate, niſi mallem dicta reticere, dum propero facta laudare. Quamlibet verba tua in Senatu habita nobis nota ſint, tamen qualia fuerint clementiæ tuæ gloria nunciavit. O* (a) *tandem felix civili Roma victoriâ! Irrupit olim te* (b) *Cinna furioſus, &* (c) *Marius ira-*

CAP. XX. E Che dirò di quanto fu da Voi detto, e fatto in Senato, onde l'antica autorità gli rendeſte; non gli poneſte a debito la ſalvezza racquiſtata per voſtro mezzo; prometteſte, ch' eternamente durerebbe la ſua memoria nel voſtro cuore? Direi molto de' voſtri divini ragionamenti, della benignità offeritaci anzi che vi pregaſſimo, ſe non voleſſi piuttoſto tacer le voſtre parole, quàdo mi affretto a lodare i fatti. Sebben non ci ſono paleſi le da Voi proferite in Senato, quali però ſieno ſtate ce lo rapportò la voce della voſtra clemenza. O Roma finalmente felice in una vittoria civile! Entrarono già dentro di te Cin-

a *Tandem fel.* Poſt alias enim victorias civiles infelix ferme Roma fuit, oppreſſa ſemper a victoribus ejuſdem libertate: At illâ Conſtantini victoriâ ipſa quinimmò libertati eſt reſtituta.

b *Cinna furioſus.* Quare dictum a *Flero, l. 4, c. 2*; *Mariana quidem, Cinnanaque rabies.* Cinna iratus, quòd abrogatus ſibi fuiſſet Conſulatus, patriæ bellum intulit, Marioque junctus, poſt diſiectum Pompeii Senioris exercitum, Urbem victor ingreſſus eſt, acriterque in Cives deſæviit. *Velleius l. 2, c. 20, &c Flor. l. 3, cap. 21. Appian. l. 1.*

c *Marius iratus.* Hic ab Africâ, quam exul ab Italiâ petierat, reverſus *clade major, vi patriam repoſcens, ubi fuerat expulſus*, victo Octavio Conſule, introductoque Romam exercitu, omnia cædibus miſcuit. *Vell. cit. c. 22; Flor. & Appian. ibid.*

ratus, qui non solo se (a) *Octavii Consulis capite satiarunt, sed, luminibus civitatis extinctis, exempla, quæ nunc toto* (b) *sexennio passa es, reliquerunt. Vicit tibi iterum ante portam* (c) *Collinam Sylla,* (d) Felix, *si se parciùs vindicasset; sed enimvero* (e) *multis capitibus Rostra complevit. Constantinus victoriæ licentiam fine prælii terminavit; gladios ne in eorum quidem sanguinem distringi passus est, quos ad supplicia poscebas.*

Cinna impetuoso, e Mario accanito, che non saziaronsi solo colla testa del Consolo Ottavio, ma, spenti i lumi della città, lasciarono esempli simili a quegli, che ora provasti per interi sei anni. Vinse di nuovo per te alla porta Collina Silla, ben *Felice*, se con più moderatezza fossesi vendicato; ma riempiè di più teste gli Rostri. Costantino fini la licenza della vittoria colla battaglia. non volle, che si stringesse spada, neppur contro chi volev tu gastigato.

CAP. XXI. *Deditam sibi idem Sulla, exarmatamque* (f) *legionem in villâ publicâ trucidavit, perculsumque morientium gemitu Senatum monuit nè timeret, quòd ipse jussisset. At iste victor, non modò hostium, sed etiam victoriæ suæ, quidquid militum bello superfuit tibi reservavit; tibi enim jam militant, quos exutos armis* (g) *impiis Imperator adversùs hostes Barbaros rur-*

CAP. XXI. Trucidò Silla una intera legione / rendutagliſi disarmata, ed avvisò il Senato spalimante a' singhiozzi degli svenati di non temere, ch' esso avea sì comandato. Quest vincitore, non sol de' nimici, ma della sua stessa vittoria, ti riservò tutt' i soldati, che ne avanzaron. Ecco a tua difesa combattono; che spogliatili dell'empie armi gli rimò di nuovo contro de' Barbari l'Imperadore. Già dimentichi del-

a *Octavii.* Verba *Velleii, loco cit. Excellentissimi quique eminentissimæ civitatis viri variis supplicitorum generibus affecti. Inter eos Consul Octavius, vir lenissimi animi jussu Cinnæ interfectus est.*

b *Sexennio.* Sex annos Maxentium imperasse tradunt communiter Scriptores.

c *Collinam.* Porta Collina, quæ & prius Agonensis, & posteriùs Salaria dicta est, in regione quintâ, seu Esquilinâ Urbis erat. Ibi a L. Syllâ victæ, ac fusæ Marianæ partes, quarum duces erant Marius Junior, & Telesinus Samnitum dux. *Flor. loc. cit. Vell. l. 2, c. 26.* Pater *De la Baune* legit *Collatinam*, sed Collatina alia est a Collina; & quæ hic a Nostro afferuntur ad Collinam contigere, ut ex adductis Historicis satis patet.

d *Felix.* Sublato Mario Sylla *felicis nomen assumpsit*, teste *Vell. l. 2, c. 27.* Auratam ipsi equestrem statuam pro rostris positam scribit *Appian. l. 1* hoc cum titulo; *Cornelio Syllæ Imperatori Felici.*

e *Multis.* Enumerat *Flor. loco cit.*

f *Legionem.* Quinimmo, si *Florus l. 3, c. 21* fides, *Quatuor millia deditorum inermium civium in villâ publicâ interfici jussit.*

g *Impiis.* Quia pro tyranno contra Patriam decertabant.

Cr-

rursus armavit. Jam obliti deliciarum (a) *Circi Maximi, &* (b) *Pompejani Theatri, & nobilium* (c) *Lavacrorum* (d) *Rheno, Danubioque* (e) *prætenduntur; excubias agunt; latrocinia compescunt; certant denique cum victoribus, ut civili bello victi hostibus comparentur. Nec tamen id mirum videri potest, cùm qualemcunque militem fortissimum facias tuo, Imperator, exemplo. Non enim fessus præliis, & expletus victoriis, ut natura fert, otio te & quieti dedisti, sed eodem impetu, quo redieras in Gallias tuas, perrexisti ad inferiorem Germaniæ limitem;* (f) *magnâ scilicet intercapedine temporis, ac brevi lo-*

delle delizie del Circo Massimo, del Teatro di Pompeo, e de' magnifici Bagni stanno alle frontiere sul Danubio, e sul Reno; fanno le sentinelle; raffrenano i ladronecci; gareggiano infine co' vincitori, perchè vinti in guerra civile sieno messi al cimento contro i nimici. Nè ciò sembri miracolo; poichè Vo' Imperadore col vostro esempio fate divenir fortissimo ogni soldato. Che non vi deste già stanco di battaglie, e sazio di vittorie, come porta natura, al riposo, ed all' ozio; ma colla medesima gagliardia, ond' eravate tornato alle vostre Gallie, vi portaste a' confini della bassa Germania; incominciando dopo la spedizione di un'anno un'altra guer-

a *Circi Maximi*. Alii erant Romæ Circi minores. Maximus hic, ita dictus, seu quòd in ipso magni Ludi Circenses agerentur, seu quòd major cæteris gyro esset, situs erat inter Aventinum, & Palatinum, a Tarquinio Prisco inchoatus, teste *Halicarnas. l.* 4. A Julio Cæsare productus est, referente *Suet. c.* 39; inde ab Augusto, Caligulà, & Domitiano ornatus: Mox a Trajano immenso latere auctus, ut dictum *Plin. Paneg. c.* 51. Tandem ab Heliogabalo etiam columnis, aliisque ornatibus illustratus.

b *Pompejani*. Theatrum cum sedibus fixis primus extruxit Cn. Pompeius, Anno V. C. 699; priùs enim loca illa ad spectandum subitò construebantur, & plerunque Censorum jussu diiiiciebantur. Innuit utrumque *Tertull. de Spect. c.* 1, *c.* 10. Pompejanum Theatrum erat in regione Urbis nonà, quæ Circus Flaminius.

c *Lavacrorum*. Plura Romæ Lavacra, seu Balnea, item & Thermæ; ut Commodianæ, ac Severianæ; Balneum Torquati, & Mamertini in regione primà Urbis; Thermæ Titi, & Trajani in tertià; Thermæ Diocletiani, Maximiani, & Constantini, & Balnea Pauli in sextà; Thermæ Agrippæ, Neronianæ, Alexandrinæ, &c. in nonà.

d *Rheno, Danub.* Contra Gallos, Germanos, & Dacos.

e *Prætenduntur*. Sic legit editio Parisiensis, cum multis aliis; at non malè in quibusdam legitur *prætendunt*, ut & in *M. S. Divi Marci*, quod verbum sic ab auctoribus usurpari notat *Turnebus, Adversar. l.* 4, *c.* 7. Prætendere autem est antetendere, & prætenturæ sunt præsidia quædam, quæ pro castris, sive aliis munimentis ad majorem securitatem consistunt. Utitur hac voce in hoc significatu *Ammian. Marcell. l.* 14, *c.* 3.

f *Magna scil.* Sic legunt omnes; sed, aut ironicè hæc intelligenda cum *Cellario*, quod credidisse videtur etiam *Acid alius*, aut sanè ita legendum; *brevi scilicet intercapedine temporis, ac magnâ locorum distantiâ*, &c. alioquin vis Orationis sibi non constet necesse est. *Non magnâ intercapedine temporis, ac brevi locorum*, &c. cogitavit olim legendum *Casaubonus* in margine Editionis Genev. A. 1638.

Tu-

locorum distantiâ post annuam expeditionem statim bello auspicatus, a Tiberi ad Rhenum, immò, ut omen & similitudo nominis sit, & tua, Imperator, magnitudo animi pollicetur, a (a) Tusco Albula ad Germanicum (b) Albim prolaturus Imperium.

guerra, in tempo corto, e in gran distanza di luoghi, dal Tevere al Reno; anzi, perchè v'abbia somiglianza come di vocabolo così di augurio (che il vostro gran coraggio, Imperador, lo promette), per allungare l'Imperio dall'Albula Toscano fino all'Albi della Germania.

CAP. XXII. *Quisnam ille est tam continuus ardor? Quæ divinitas perpetuò vigens motu? Omnium rerum intervalla sunt. Cessat terra (c) novalibus; dicuntur interdum flumina (d) [resistere; & ipse dies noctibus acquiescit. Tu, Constantine, solus infatigabilis bellis bella continuas, victorias victoriis cumulas; & quasi præterita sint oblitterata si desinas, non putas te vicisse, nisi vincas. Ruperat fidem gens levis & lubrica Barbarorum, & robore atque audaciâ lectis eruptionis auctoribus, institisse Rheno nunciabantur. Illicò obvius adfuisti, & præsentiâ tuâ nè auderent transitum territisti. Etiam videbaris rem votis tuis fecisse contrariam, quòd inhibitâ eruptione non foret materia victoriæ: Sed inopinato consilio usus, abeundo simulato nuncio majoris in superiore limite tumultus, oc-*

CAP. XXII. CHe ardor'eterno coteſto voſtro ſi è mai? Che divinità ſempre vigoroſa in un movimento perpetuo? Ha i ſuoi intervalli ogni coſa. Riposa in certi campi la terra; dicesi che alle volte i fiumi ſi arreſtino; il ſole medeſimo la notte ſi queta: Voi ſolo, ò Coſtantino, inſtancabile guerre a guerre continuate, ammontate vittorie a vittorie; e, come ſe finito il paſſato anche la memoria ſe ne perdeſſe, non credete aver vinto, ſe non nell'atto del vincere. Eraſi ribellata una provincia di Barbari leggeri e incoſtanti, e ſi dicea, che con eſercito di ſcelto valor'ed ardire foſſerſi al Reno fermati. Gl'incontraſte, e atterriſte ſubito colla voſtra preſenza, perchè non ne tentaſſero il paſſo. Parea che aveſte contrariate le voſtre brame; perchè, impedita loro la uſcita, non v'era più occaſione di vincere: Ma con improvviſo conſiglio partito-

a *Tusco Alb.* Tiberi, qui ab aquarum albedine sic dictus est. Passim, a Poetis præcipuè, hoc nomine appellatur. Unde verò dictus Tybris tradit *Virgil. Æn. l.8; Tum Reges, asperque immani corpore Tybris, a quo post Itali fluvium cognomine Tybrim dixere; amisit verum vetus Albula nomen.*

b *Albim.* De Albi Germaniæ flumine dixi ad *Paneg.4, c.16.*

c *Novalibus.* Novale est, inquit *Plinius, l.18, c.19, quod alternis annis seritur.* Et *Varro l.4. de Linguâ Lat. qui intermittitur a novando novalis ager.*

d *Resistere.* Doccat me qui novit; Ego fabulosè dictum puto.

Mi-

pasionem stolidis, ac ferinis mentibus obtulisti in nostra veniendi, relictis in occulto ducibus, qui secutos adorirentur. Quò cùm veniissent, consilium tuum sequitur fortuna: Toto Rheni alveo oppleto navibus devectus terras eorum ac domos mestas Ingentesque populatus es; tantamque cladem vastitatemque perjura genti intulisti, ut vix post illud nomen habitura sit.

titovi, fingendo di avere sentito nelle parti alte maggior tumulto, delle campo a quelle menti pazze e brutali di passare sul nostro, disposti capitani intanto, che li assalissero per lo viaggio. Così appunto, poichè arrivarono, fu secondato il vostro pensier dalla sorte; e Voi, passato il Reno sopra numero infinito di legni, che lo copriano, saccheggiaste le terre, e le case loro meste e piagnenti, con istrage e desolazione sì grande di quella gente spergiura, che da qui avanti ne avrà appena il nome.

CAP. XXIII. *I Te nunc omnes (si placet) Barbara nationes, & exitiales vobis movete conatus; habetis exemplum. Quamvis enim Imperator noster amicorum Regum admittat obsequia, idque ipsum valeat ad laudem victoriæ, quòd a nobilissimis Regibus timetur & colitur, augeri tamen gloriam virtutis suæ gaudet quoties provocatur. Nam quid hoc triumpho pulchrius, quòd cadibus hostium utitur etiam ad nostrum omnium voluptatem, & pompam (a) munerum de reliquiis Barbaricæ cladis exaggerat; tantamque captivorum multitudinem bestiis obicit, ut ingrati & perfidi non minus doloris ex ludibrio sui, quàm ex ipsâ morte patiantur? Inde est quòd, cùm exitum differre liceat, perire festinant; seseque lethalibus vulneribus,*

CAP. XXIII. Andate or, se vi piace, barbare genti, e fatte tentativi a Vo'infine dannosi; ecco l'esempio. Imperciocchè, sebbene il nostro Imperadore ricerca gli ossequj de' Principi amici, e dà molto pregio alle sue vittorie l'esser desso temuto e riverito da'Re più nobili, egli gode però, che si accresca la gloria del suo valore coll'adizzarlo. E che v'ha di più bello, che questo trionfo, in cui fa egli le istragi de'nimici piacere di tutti noi; aggrandisce la pompa degli spettacoli cogli avanzi dello scempio de'Barbari; e spone alle fiere sì gran numero di prigioni, che provano que' perfidi e ingrati nulla men di pena per lo scorno, che per lo morire medesimo? Quindi è che, potendo per altro differire la morte, se l'affrettano, e snudano il petto a mortali ferite,

ed

a *Munerum*. Spectaculorum, in quibus variis productis belluis dilacerandi captivi obiiciebantur, quibus tamen facultas dabatur, ut contra illas pugnarent; quas si vicissent liberabantur. *Ferrum cupiati satis non faciebat, nisi & feris humana corpora dissiparentur*. Tertull. lib. de Spect.

De-

bus, & mortibus offerunt; ex quo ipso apparet, quàm magnum sit vicisse tam prodigos sui.

CAP. XXIV. *Facile est vincere timidos, & imbelles, quales amana Gracia, & (a) delitiæ Orientis educunt, vix leve pallium, & sericos sinus vitando sole tolerantes, & si quando in periculum venerint, libertatis immemores ut servire liceat orantes. Romanum verò militem, quem qualemque ordinat disciplina, & (b) sacramenti religio confirmat, aut trucem (c) Francum ferinâ solâ carne distentum, qui vitam pro victus sui vilitate contemnat, quanta molis sit superare, vel capere? Quod tu, Imperator, & nuper (d) in Italiâ, & in ipso conspectu Barbaria paulò ante fecisti. Ita sine ullo discrimine omnia genera bellorum, armorum, hostium uni tibi cedunt; cedunt ex omni etiam memoriâ condita literis monumenta virtutum. Nec verò tantummodò vetera illa Dictatorum, & Consulum, ac deinceps magnorum Principum, sed etiam*

ed a strazj; ond'è chiaro quanto grande impresa sia stata l'aver vinto gente sì prodiga di se stessa.

CAP. XXIV. EGli è facile il vincere paurosi, ed effeminati, quali sono i morbidi Greci, i delicati Orientali, che pazientano appena un drappo leggero, ed una vesta di seta, che li ricopra dal Sole, e ne' pericoli scordati della libertà pregano, che si conceda loro il servire. Ma di quanto stento si è il superare, o il prendere soldati Romani, ordinati con disciplina così severa, e legati dal sacro obbligo del giuramento; o Franchi crudeli, pasciuti di sola carne di fiere, che sprezzano per lo guadagno la vita? E pur tanto faceste, o Imperadore, testè in Italia, e poco anzi in faccia de' Barbari stessi. Così senza alcun divario a voi cedono tutte le guerre, le armi, i nimici; cedono pure le memorie delle prodezze de' tempi corsi, che si registrano sugli annali. Nè superaste le sole antiche imprese de' Consoli, de' Dittatori, e poi de' gran Principi,

ma

a *Delitiæ Orient.* Quæ enervant animos, & corpora. Dixi & *cap.* 5. Lentulus apud *Lucanum l.* 4; *Quidquid ad Eoos tractus, mundique tepentem Labitur enervat gentes clementia Cœli.*

b *Sacramenti relig.* De sacramento, quo milites obstringebantur, mentio fit apud multos ex Historicis, puta *Livium l.* 2, 6, & 22; *Hallicarnas. l.* 6, 10. & 11; alios-que: Nemo tamen clariùs *Polybio* rem tractat; *Finitâ conscriptione*, &c. *Tribuni militum suæ cujusque Legionis eos congregantes, & unum maximè idoneum ex omnibus eligentes sacramento adigunt, obtemperaturum se, & factuum quidquid mandabitur ab Imperatoribus juxta vires*, &c. Alterius sacramenti militaris mentio fit apud *Gellium, l.* 16, *c.* 4.

c *Francum.* Si memini, alibi jam dictum, sub Franciæ nomine Germaniam ipsam olim contentam. Germaniæ verò nonnullos populos, præcipuè Septentrionales traduntauctores, *crudâ ferinâ*, ut ait *Plinius, l.* 8, *c.* 10. *vesci solitos.* Sic & *Martial. L. Spect. Epigr.* 3; *Venit & epoto Sarmata pastus equo.* Et *Lucan. lib.* 3; *Longeque Sarmatici solvens ieiunia belli Massagetes quo fugit equo.*

d *In Italiâ.* Contra Maxentium, de cujus militibus dixit & suprà, cap. 5.

Trans-

etiam rectissima, & pulcherrima Divi Patris tui facta superasti (sordet enim alios ex proximo tempore comparare); ipsum inquam Divum Constantium jam primis Imperii tui lustris rerum gestarum laude cumulasti.

CAP. XXV. *INvitus hoc fortè accipis, Imperator, sed ille, dum dicimus, gaudet e Cœlo; & jampridem vocatus ad sidera adhuc crescit in filio, & gloriarum tuarum gradibus ascendit. Purgavit ille Bataviam, advenâ hoste depulso; tibi se ex ultimâ Barbaria indigena populi dedidere. Ille Oceanum classe (a) transmisit; tu & Alpes gradu, & classibus portus Italicos occupasti. Recuperavit ille Britanniam; tu nobilissimas (b) Africi maris insulas, quæ Populi Romani fuere (c) provincia. Ignoscat, inquam, Divus ipse Constantius, quid habeo quod comparem (d) Italiæ, (e) Africæ (f) Romæ? Meritò igitur tibi, Constantine, & nuper Senatus (g) signum Dei dedit, & paulò ante*

ma le sì giuste, e nobili ancora del Divin voſtro Padre (che degli altri vicini ſi è vile il confronto); del Divino Coſtanzo diſſi, che fino ne' primi luſtri del voſtro Imperio ricolmaſte di gloria colle voſtre impreſe.

CAP. XXV. INtendete ciò forſe, Imperadore, mal grado; egli però, mentre diciam così, dal Ciel ſi rallegra; e benchè chiamato già molto tempo alle ſtelle, reſta qui però ancor nel figliuolo, e co' paſſi delle voſtre glorie s'innalza. Deſſo purgò la Batavia, cacciatine gli ſtranieri; a Voi ſi rendettero gli abitatori de' paeſi barbari più rimoti. Deſſo coll'armata valicò l'Oceano; Vo' in terra occupaſte le Alpi, ed in mare i porti dell' Italia. Deſſo racquiſtò la Brettagna; Voi le più nobili iſole dell' Africa, già provincie di Roma. Perdoni il Divino Coſtanzo, che poſſo io paragonare di ſuo all' Italia, all' Africa, a Roma? Con ragione dunque, o Coſtantino, conſecrovvi teſtè il Senato la ſtatua, come ad un' Idio,

a *Transmisit*. Cùm pergeret ſcilicet in Britanniam, in qua obiit.

b *Africi Maris inſ.* Sardiniam, puto, & Corſicam innuit, ideò Africi maris dictas, quod e regione Africæ ſunt in Mediterraneo, quà etiam Africam alluit.

c *Provinciæ*. Has in Provinciæ formam redactas, & in eaſdem Colonias deductas a Romanis novimus ex *Selino, Velleio, & Livio*. Vide ſis *Sigonium, de Jure Provinc. lib. 1, cap. 4.*

d *Italiæ*. Recuperatæ, ut Noſter idem ſupra, *c. 14.*

e *Africæ*. Quid in Africâ meriti Conſtantino fuerit, peti poteſt ex iis, quæ dicuntur a *Nazario, Panegyr. ſeq. c. 32.*

f *Romæ*. Vindicatæ a Maxentii tyrannide.

g *Signum Dei*. An nomen Dei, ut Divum appellaverit ante mortem? An ſigni nomine Templum intelligit, quod Conſtantino ſacrum cernimus in poſticâ Nummi Conſtantiniani parte, quem exhibeo *Tab. 4, n. 3.* Figura pro foribus ſedens Roma creditur ab Antiquariis: At cur non & Imperatoris ipſius pari habitu ſedentis ſimulacrum dici poſſit?

Scu-

te Italia (a) *scutum, & coronam, cuncta aurea dedicarunt, ut conscientia debitum aliquâ ex parte relevarent: Debetur enim, & divinitati simulacrum aureum, & virtuti scutum, & corona pietati.*

ldio, e poco anzi lo scudo, e la corona d'oro la Italia, per iscontarvi in qualche parte il proprio dovere; dovendosi, e alla vostra divinitade la statua d'oro, e al valore lo scudo, e alla pietà la corona.

CAP. XXVI. *QUamobrem te, summe rerum fator, cujus* (b) *tot nomina sunt, quot gentium linguas esse voluisti (quem enim te ipse dici velis scire non possumus); sive in te quædam vis, mensque divina est, quæ* (c) *toto infusus mundo omnibus miscearis elementis, & sine ullo extrinsecus accedente vigoris impulsu per te ipse movearis;* (d) *sive aliqua supra omne cœlum potestas es, quæ hoc opus tuum ex altiore naturæ arce despicias, te, inquam, oramus & quæsumus, ut hunc in omnia sæcula Principem serves; parum est enim optare tantæ virtuti, tantæque pietati, quem longissimum habet vita progressum. Est certè summa in te bonitas, est & pietas; & ideò quæ justa sunt velle debes. Nec abnuendi est causa, cùm possis; nam si est aliquid, quod a te be-*

CAP. XXVI. VI preghiamo perciò, sommo fattore delle cose, di cui tanti sono i nomi, quanti i linguaggi de' popoli (poichè non possiam sapere con quale specialmente vogliate esser chiamato); o siate una certa forza e mente divina, che seminata per tutto il mondo vi mischiate cogli elementi, e senza verun'impulso esterno vi movete da Voi stesso, od una qualche potenza sopra tutti gli cieli, onde veggiate questa vostra fabbrica dalla più alta vetta della natura; vi preghiam, dissi, e scongiuriamo a conservare per tutt'i secoli questo Principe, sendo egli poco l'augurare ad un valore, ad una pietade sì grande lo spazio più lungo, che possa aver la vita di un'uomo. Voi ben siete tutto bontade, e pietà, perciò dovete volere il diritto; nè potete non volerlo potendolo. Poichè, se v'ha cosa, che

a *Scutum, & Cor.* Mos hic Imperatores honorandi. Novimus ex *Eutrop. l. 9*, ubi ait de Claudio; *Senatus inventi eum honore decoravit; scilicet ut in Curiâ clypeus ipsi aureus, item in Capitolio statua aurea poneretur.* Refert & *Aurel. Victor.*

b *Tot nomina.* Nam suo quæque vocabulo gens Deum nominat.

c *Toto infusus.* Prius a *Virgilio, Æneid. l. 6* dictum; *Principio Cœlum, & terras, camposque liquentes, &c. Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.* Vide pulcherrimam Dei circumscriptionem apud *Georg. Pisid., mundi opificio*, n. 857, & seqq.

d *Sive aliqua.* Geminam hanc Dei circumscriptionem oratoriè ab Ethnico concinnatam adverte, & caute lege; nam, licet hæc de Deo dici possint, non sic tamen debet idem definiri.

So-

benemeritis denegetur, aut potestas cessavit, aut bonitas. Fac igitur, ut quod optimum humano generi dedisti, permaneat aternum, omnesque Constantinus in terris degat ætates. Quamvis enim, Imperator invicte, jam divina (a) soboles tua ad Reipublicæ vota successerit, & adhuc speretur futura numerosior, illa tamen erit verè beata posteritas, ut, cùm liberos tuos gubernaculis orbis admoveris, tu sis omnium maximus Imperator.

che a' meritevoli da Voi si nieghi, in Voi mancò, o la bontà, od il potere. Fate dunque, che duri alla eternità quel gran bene, che deste agli uomini, e che viva sempre Constantino sulla terra. Imperciocchè, quantunque la discendenza vostra divina, ò Imperadore invitto, sia succeduta giusto le brame della Repubblica, e sperisi sempre più numerosa, sarà però questa una beata posterità, che, posti al governo del mondo i vostri figliuoli, Voi però siate l'Imperadore sopra di tutti.

a *Soboles tua.* Constantinum Juniorem innui putat *P. de la Baune*; at ego Crispum intelligo, nec tunc temporis alios Constantino fuisse filios credo. Hæc enim Oratio, ut ille notat, dicta est anno circiter 313, post Maxentii necem; at Constantinum Juniorem natum biennio post, hoc est A. 315. circiter conicio: Obiit enim, ut tradunt Chronologi A. 340, tertio nempe Imperii, ætatis autem vigesimo quinto. In re minùs erravit *Levinejus*, quamvis in nominibus magis; intelligit enim Constantinum pariter, Faustæ filium, non illius Maximianæ, ut ipse loquitur, sed alterius. De duplici verò Fausta Constantini uxore nulla, quod sciam, apud Historicos mentio est. Intellexit igitur ipse *Levinejus* Crispum, Minervinæ primæ uxoris filium, at cùm nomina reddidit dormitavit.

Ad. Pan VII.

CRISPVS. NOB. CAES.

CONSTANTINVS. IVN. NOB. C.

D. N. CONSTA NS. P. F. AVG.

D. N. CONSTAN TIVS. P. F. AVG.

FL. DELMA TIVS. NOB. C.

FL. CL. HANIBALLIANO. REGI.

* NAZARII PANEGYRICUS CONSTANTINO AUGUSTO.

VII.

CAP. I. *Dicturus Conſtantini auguſtiſſimas laudes, qui tantùm ultrà omnium ſeculorum Principes eminet, quantùm à privatis cæteri Principes receſſerunt, & dicturus in cætu gaudiorum exultantium, & lætitiæ geſtientis, quam cumulatiorem ſolito beatiſſimorum (a) Cæſarum (b) quinquennia*

PANEGIRICO DI NAZARIO A COSTANTINO AUGUSTO.

VII.

CAP. I. A Dir le lodi auguſtiſſime di Coſtantino, che ſopra i Principi di tutt'i ſecoli traſandati tanto grandeggia, quãto s'innalzarono gli altri Principi ſopra i privati, ed a ciò fare in mezzo al giubilo e all'allegrezza, che brilliano, e che in queſto primo cinquennio de' beatiſſimi Ce-

* *Nazarii.* Nazarium hunc puto, de quo extant teſtimonia apud *Auſonium, Profeſſ. Burdig. Epigr.* 14. & *Euſeb. Chron.* in fine, cujus verba ſub A. 328, *Nazarius Rhetor inſignis habetur.* Ejuſdem verò filiæ Eunomiæ mentionem facit *D. Hieron. Contin. Chron.* ejuſdem, ſub A. 339, hiſce verbis, *Nazarii Rhetoris filia Eunomia Virgo Chriſtiana in eloquentia patri coæquatur.*

a *Cæſarum.* Criſpi, & Conſtantini Junioris; non etiam Conſtantii, & Conſtantis, ut puto. Nam, ſi hæc Oratio dicta A. circiter 321, ut conjectavit *P. de la Baune*, Conſtans, qui primus erat poſt Conſtantinum Jun. eo anno, aut nondum natus, aut vix natus erat; obiit enim anno circiter 350, cum trigeſimum circiter ageret ætatis. Hujus meæ opinionis non me fallit fuiſſe etiam *Jo. Le Clerc, Biblioth. T.* 3.

b *Quinquennia.* Mos ſignandi tempus Imperii per quinquennia, decennia, &c. ſub Auguſto natus, teſte *Dione.* Et ea quidem ludis, ac muneribus celebrabantur, & eorum memoria Nummis etiam ſignabatur. Hoc tamen obſervo frequenter fieri non cæpiſſe, niſi temporibus circiter Conſtantini: Ante ipſum verò nonniſi rarò factum, ut in aliquibus Nummis Alexandri Severi, Balbini, & Philippi, videas. Votorum quinquennalium, &c. ſpecimen exhibeo *Tab.* 4, *n.* 4, 5, & 6. Primus Nummus Conſtantini Junioris ſecundus, ac tertius Criſpi eſt. In Nummis Theodoſii legitur etiam *Votis XXX. Multis XXXX.* Imitatus eſt omnino periodi hujus ſententiam *Politianus, Præfat. in Homer.*

sia prima fecerunt, sentio, nullam eloquentiam nec optari nec concipi posse, quæ dignam afferat, aut tempori gratiam, aut materiæ copiam, aut vestris studiis (a) *facultatem. Jactat quippe se nunc cum maximè alacris omnium ac beata devotio, nec operta mentium rimari necesse est; extat in vultu cujusque hilaritatis publicæ decus, & in serenis frontibus animorum judicia præleguntur. Non enim se capit exundantis lætitiæ magnitudo, sed dedignata pectorum latebras ita multa & candida foris prominet, ut intelligatur non ingentior esse, quàm verior. Nec verò mediocribus bonis gaudent, qui exultandi modum non habent.*

Cesari sono maggiori del solito, mi appongo non potersi desiderare, nè concepire facondia, che sia degnamente, o di fregio al tempo, o di abbondanza alla materia, o di eccitamento alle vostre inclinazioni. Imperciocchè più che mai ora si scuote il lieto e beato ossequio di tutti; nè v'ha uopo di spiare ciò, che le menti si facciano: Stà sul volto di ognuno la maestà di un pubblico giubilo; e leggesi nelle fronti serene il giudicio de' cuori. Poichè non capisce già in se la grande allegrezza; ma sdegnando i ripostigli del petto n' esce sì chiara, e sì copiosa, che si conosce per non men grande che vera. E per verità non è in una mezzana fortuna chi non può moderarne il contento.

CAP. II. *Fruimur quidem nos præsentium maximâ voluptate, sed lenocinatur his jam futuri ratio; & quæ temporibus disseparata sunt, animorum præsumptione junguntur.* (b) *Quintumdecimum annum maximus Princeps salutaris Imperii degit, sed* (c) *auguramur jam vicennalia; & venturi fidem superiorum felicitate sancimus. Quinquennalia beatissimorum Cæsarum occupatos in gaudiis habent, sed in destinatis decenniis jam vota properantia, & spes volucres consistunt; horum dehinc compotes propagabimus optabi-*

CAP. II. Godiamo noi bensì sopramodo del presente, ma fusingaci anche il pensier di ciò, che ha da essere; e ricongiugnesi dal nostro intendere quanto si divide dal tempo. Corre il quindicesimo anno del salutevole Imperio del nostro gran Principe, ma ne auguriamo il ventesimo; e sulla felicità del presente ci assicuriamo dell'avvenire. Ci tiene in giubilo il cinquennio de' beatissimi Cesari, ma la smania de' voti, e la rapidezza della speranza già stanno nel destinato decennio; e giuntici stenderemo la serie di un sì desiderabile bene.

Co-

a *Facultatem.* Ministerium, libertatem, aut stimulos vestris affectibus.

b *Quintumdecimum.* Nam Imperator dictus A. 306, mortuo Patre. Quinquennia autem ista celebrabantur, ut jam dictum, A. 321.

c *Auguramur.* Explicant hoc Nummi, in quibus legitur, *Votis V. mult.* (hoc est *multis*) X. Vide *Tab. 4, n. 7.*

Es

bilis boni ſeriem. Ita omnia, quæ ex Principibus noſtris proſperè veniunt, continuatos fructus ferunt; nec magis recepta delectant, quàm expectata juverunt. Verùm quid agimus vicenis, aut jam tricenis annis circumſcribendo, quæ æterna ſentimus? Ampliora ſunt merita Principum, quàm optata votorum. (a) *Eſt quinimmò immenſus felicis curſus Imperii, nec humanorum terminos curant, qui ſemper divina meditantur. Certè cupitorum irriti non ſumus, qui, cùm optemus maxima, id faciamus benigniùs, quàm ſecuriùs, quòd propter cæleſtem in illo favorem tam certa adipiſcendi ſpes eſt, quàm optandi ſoluta* (b) *libertas. Has igitur gratulationes, quæ præſentibus excitantur, quæque ſuperiorum memoriâ vigent, aut quaſi in poſterum* (c) *redundatura cogitatio avida depaſcitur, quis omnium queat flagrantiſſimis audientium ſtudiis ſatisfacere dicendo? Jam verò cùm publicas tantùm utilitates amplecti velim, & unuſquiſque privatim ſua cogitet, tremebunda proferatur oratio, quæ* (d) *tacitâ reputatione vincenda eſt. In ipſis etiam publicis geſtorum ingentium profeſſa laudatio, cùm augendi cupiditatem præferat, non injuriâ minuendi metum faciunt, quæ ſpem*

Così quanto da' noſtri Principi felicemente ſi fa lungo frutto ci porge; e tanto diletta poichè ſeguì, quanto piaceva nell' aſpettarlo. Ma che riſtrigniamo fra venti, o trent'anni ciò, che conoſciamo eſſer'eterno? Sono più vaſti i lor meriti de'noſtri voti; anzi non ha miſurà il corſo di un'Imperio felice; nè cura delle coſe umane i confini chi ſempre penſa alle divine. E per dir vero le noſtre brame mai non falliſcono, ſicchè il formarle vaſtiſſime ſia più cortesia, che certezza; poichè, ſendo deſſo sì favorito dal Cielo, in tanta ſperanza ſiam di ottenerle, in quanto piena libertà di formarle. Chi dunque avrà lingua, che rappreſenti baſtevolmente agli acceſi affetti di chi mi aſcolta le allegrezze, che naſcono dalle coſe preſenti, e che per la memoria delle paſſate ancor durano, o quelle, che dovendoſi ancora rifondere all' avvenire, dall'avido penſiero già già ſi apprendono? Ma volendo io toccar ſolo il vantaggio pubblico, e ripenſando ciaſcuno al ſuo proprio, non può formarſi ſenon pieno di ſpaſimo quel diſcorſo, che ſarà tacciato da'ſecreti rifleſſi degli altri. Volendoſi poi da chi loda le grandi azioni de'Principi anche aggrandirle, con ragione ſi teme di minorarle, quando la

a *Eſt quin.* Sic repoſui juxta Genevenſem Editionem A. 1638, cui favet etiam, quod adnotat *Acidalius*. In aliis legitur *eſt in immenſum*.

b *Libertas.* Quia nec cogimur vota nuncupare, ut olim ſub malis Imperatoribus; quadere dictum ad *Plin. Paneg.* non ſemel.

c *Redundatura.* Non dubito quin ſit legendum *redundaturas*.

d *Tacita reput.* Secretà conſideratione eorum, qui ſecum advertent, parum me pro rerum merito dixiſſe.

spem amplificationis ex magnitudine sustulerunt.

CAP. III. *Quis, oro, Constantine maxime, (praesentem enim mihi alloqui videor, qui etsi conspectu abes, revelli tamen mentibus non potes) quis, inquam, aspirare laudes tuas valeat, aequiparandi magis spe, quàm gratiâ non tacendi? Quis tam potens fandi, cujus copia tam larga, tam felix, qua, cùm virtutes attreclaverit, non, aut circumventa numero, desperato exitu, stupeat, aut (a) obterat magnitudinem, aut splendore obsoletacta tantum nitoris habeat, quantum ex rerum luce collegerit? Cujus cùm Divina (b) virtus, & ejus misericordia comes, appendixque (c) victoria urbem Romam non praecipitantem exceperit, sed afflictam ac planè jacentem excitarit, recreârit, erexerit, cùmque aliis felicissimis tuis prius ac deinceps (d) expeditiones non minus in se operis amplexa sint, quàm exipsis fatibus Roma servata, quid dignum magnitudine tuâ excogitari ac dici potest, in cujus laudibus id maximum non est, quod in*

la loro grandezza leva ogni speranza di accrescerle.

CAP. III. E Chi mai potrà, ò gran Costantino, (poichè mi sembra di ragionarvi dinanzi, e benchè siate lontano da'nostri occhi, non potete esserlo però dalle menti) chi potrà, dissi, cimentarsi alle vostre lodi più con isperanza di agguagliarle, che per non avere a tacerle? Chi avrà sì robusta, sì abbondante, sì felice facondia, che avendo maneggiate le vostre virtù, o non si arresti come stupida, disperando di sciorsi da sì gran numero, che l'accerchia, o non ne resti oppressa dalla grandezza, o dal loro chiaror fatta vile non comparisca solo con quella luce, che riceve dalle medesime? Posciachè, avendo il divin vostro valore, colla pietà sua compagna, e con le vittorie sue seguaci non solo preso a sostener la città di Roma che rovinava, ma risvegliata, ristorata, sollevata la stessa, afflitta già e quasi a terra, e le vostre prime ed ultime felicissime mosse avendo niente men'operato, che cavarla di gola al destino, qual cosa degnamente divisar' o dir puossi della vostra grandezza, di cui non è la lode mag-

a *Obterat magnit.* Conlecit, & bene, meo Judicio, *Puteanus* legendum *obterat magnitudine*. Lectionem tamen mutare nolui, cum desit Librorum fides.

b *Virtus.* Constantini bellicæ virtuti plaudunt præter Historiarum fidem Nummi plurimi. Vide, quem exhibet *Tab. 4, n. 8*, in quo Imperator ipse cernitur cum Leone decertans.

c *Victoria.* Plures extant Constantini Nummi, in ejusdem victoriarum memoriam. Vide allatum ad *Paneg. super. cap. 18.* Duos addo *Tab. 4, n. 9, & 10*; quorum alter Sarmaticam victoriam repræsentat, quam Constantinus de Gothis, & Sarmatis retulit, Anno V.C. 1534. Alter Felicem Victoriam nominat; estque Nummus maximi Moduli a *Paullantio* laudatus, in suo opere de Numismatis sceleste ribus.

d *Expeditiones.* Putat in Francos, Germanos, Gothos, aliosque.

Al-

in terrarum orbe primarium eſt? Nobiliſſimorum quoque Cæſarum laudes exequi velle ſtudium quidem dulce, ſed non & cura mediocris eſt, quorum in annis pubeſcentibus non eruptura virtutis tumens germen, non flos præcurſor indolis bonæ latior quàm uberior apparet, ſed jam facta grandifera, & contra rationem ætatis maximorumque fructuum matura perceptio. Quorum (a) alter jam obtrectandis hoſtibus gravis terrorem paternum, quo ſemper Barbaria omnis intremuit, derivare ad nomen ſuum capit; (b) alter jam (c) Conſulatum, jam venerationem ſui, jam Patrem ſentiens, ſi quid intactum aut parens aut frater reſervet, declarat mox victorem futurum, qui animo jam vincit ætatem. Rapitur quippe ad ſimilitudinem ſuorum excellens quæque natura, nec ſenſim ac lentè indicium promit boni, cùm involucra infantiæ vividum rumpſit ingenium. Unde enim Principis Maximi tam effuſus in liberos animus, niſi quod in illis jam ſimulacrum ſui conſpicit?

maggiore quella, ch'è la più alta nel mondo? Di formare poi le lodi de' nobiliſſimi Ceſari egli è benſì dolce il deſiderio, ma la fatica non è mezzana; poichè ne' verdi anni loro non ſi veggono già ſoli ſegni di virtù, che abbia da ſpuntare una volta, nè più lieti che fertili fiori forieri di un'indole buona, ma operazioni ſublimi, e ricolte mature de' frutti più grandi, e contra l'ordine della età loro. E già l'uno di eſſi, calpeſtando i nimici incomincia ad acquiſtare al ſuo nome il terrore del Padre, per cui ſempre ſpaſimarono tutti i Barbari; l'altro conoſcendo il grado del Conſolato, la venerazione che gli ſi porta, la grandezza del Padre, dimoſtra che, ſe lo ſteſſo o il fratello laſcierangli materia, ſarà vincitore ben preſto chi già coll'animo vince gli anni. Poichè è sforzata ad imitare i ſuoi ogni ſopraggrande natura; ed ove ſi ſpezzino i legami della fanciullezza da un'ingegno vivace, non dà ella già a poco a poco e lentamente ſegno di conoſcere il bene. Ed ond'è sì innamorato de' ſuoi figliuoli il gran Principe, ſe non dal veder ne' medeſimi l'immagine di ſe ſteſſo?

CAP. IV. *Commendet inferioribus ſuos ſola neceſſitudo naturæ, & qualeſcunque diligant, qui in illis quod ex ſe deſiderent non habent; præſtantiſſimum Principem hoc maxi-*

CAP. IV. Renda pur cari a' privati i propri il ſolo vincolo della natura, e gli ami quali ſi ſono chi non ha in loro che bramar di ſe ſteſſo; al gran Principe piacciono ſpecialmente cer-

a *Alter*. Criſpus, qui major.
b *Alter*. Conſtantinus, minor.
c *Conſulatum*. Quod geſſit cum Criſpo A.C. 321, cùm tunc ipſe eſſet annorum circiter ſex.

xime juvat, quòd in annis primoribus jam sunt ducta lineæ, quibus virtutum suarum effigies posset includi; & Pater optimus, sed melior Imperator non tam sibi, quàm Reipublicæ gaudet, cùm liberos sibi similes intuetur, quibus ad perficienda, quæ (a) *ingenerata sunt bona, non segnis virtutum opifex disciplina conjungitur, ut spes æquiparandi Patris certa sit; quippe indole similes, sed sub eodem magistro discendi fortuna felicior. Ipsum a tenero intuentes, in ipsum oculis ac mente conversi nihil ab ejus contemplatione deflectunt, incerti miretur, an diligant; nisi quòd necesse est utrumque permixtè simul fieri; nam & amor factorum commendator est, unde nascitur admiratio, & facta, cùm mira sunt, amorem invicem creant. Ita, spectantibus liberis qui quid ab eo pulcherrimè geritur, cùm propter ipsum magis placuit, tum studio imitationis inolescit. Jam tibi quidem in erudiendo, Imperator optime, non omnia proponebantur, quæ sequi velles; nisi quòd rectè factorum contemplator acerrimus, si quid secus fieret, a spectandi curâ pudentes oculos abstrahebas: Dabit enim veniam clementia tua, si audaciorem veritas facit.*

certi lineamenti ne' primi anni loro, che potrebbero ben disegnare tutta la immagine delle sue virtù; e desso, ottimo Padre, ma miglior Principe, non gode sì per se stesso, come per la Repubblica, quando vede somiglianti a se stesso i figliuoli, ne' quali a perfezionare i beni della natura si aggiugne la educazione, non ozïosa madre delle virtù, onde sicuramente si spera, che agguaglino il Padre; poichè, rassomigliandolo nella indole, hanno poi la ventura di apprèdere sotto la sua disciplina. In ello fissati dalla più tenera età, a lui rivolti colla mente e cogli occhi mai di riguardarlo nò lascia. no, dubbiosi se lo ammirino, o l'amino; se non che assieme l'uno e l'altro si vuole: Poichè approva le operazioni l'amore, onde la maraviglia ne nasce, e le operazioni maravigliose producono scambievolmente l'amore. In tal guisa osservando i figliuoli ciò, che di nobile da lui si fa, come quello più lor piace in se stesso, così per disio d'imitarlo più se ne imbeono. A Voi bensì, ottimo Imperadore, nell'educarvi si proponeano alcune cose da non seguire; se non che sottilissimo esaminator del ben fatto torcevate gli occhi modesti dall'osservare quanto altrimenti faceasi; perdonerammi la vostra clemenza, se la verità mi fa essere troppo ardito.

CAP. V. *Existimare quidem de Principibus nemini fas*

CAP. V. Non è lecito, egli è vero, ad alcuno formar

(a) *Ingenerata*. Bona naturalia, quæ ab ortu nobiscum trahimus; non studio parta, aut per educationem acquisita.

Ful-

fas eſt ; nam & in veſtibulo ſuo inquirentem repellit obiecta veneratio , & ſi qui mentem propiùs adegerunt (quod oculis in ſolem ſe contendentibus evenit) , præſtrictâ acie , videndi facultate caruerunt . Verùm tu facis , Principum maxime , ut patere videantur , quæ priùs obſtructa fuerant , qui tam optas totus videri , quàm cæteri recuſabant . Non terror obtentui eſt ; nec occultandis , quæ plerumque intrinſecus latent , demorandoque aſpectu oſtentatio ſpecioſa perhibetur . Obtutus hominum benignus receptas , nec intuentem iniquus (a) fulgor retundit , ſed ſerenum lumen invitat . Nunc demùm intelligimus , quæ deſiderandæ in prioribus fuerant , poſtquam ea , quæ operta in cæteris veriti ſumus , in te reſerata veneramur . Igitur , ut facitis , beatiſſimi Cæſares , per omnes patrum laudum vias ite ſecuri Non ſimplici quidem itinere numeroſæ ejus virtutes ingrediuntur , ſed omnia ad eundem gloriæ exitum ferunt . Nulla cupiditatum deflexiones , nullus erroris anfractus , ut verenda progredientibus non ſit diſpendioſa revocatio . Itaque maturiorem curſum inſtituiſtis , qui moram conſiderandi itineris non habetis . Sed mihi circumventò hac ipsâ rerum copiâ , quæ potiſſimùm capeſſenda ſit via , qui aditus ſiat incertum eſt ; ita ſe multa offerunt ſpecie

mar giudicio de' Principi , poichè la maeſtà venerabile che ſi affaccia ne ributta chiunque vuole in eſſi ſpiare ; e ſe alcuno avanzò troppo la mente , abbagliatone (come avviene a chi tenta di fiſſare gl'occhi nel ſole) perdè il vigor della viſta . Voi però , grande Imperadore , rendete pubblico ciò , che ſtava prima coperto , bramando sì di eſſere interamente veduto , come lo ricuſavano gli altri . Non ci mettete ſpavento ; nè con occultare quanto per lo più dentro ſi aſconde , ed impedirne la viſta , fate una moſtra di ſola apparenza . Ricevete con benignità gli ſguardi degli uomini , non rintuzzati da un malvagio riverbero , anzi da un chiaro lume invitati . Ora infine intendiamo che doveaſi bramare ne' Principi traſandati , poichè veneriamo paleſe in Voi ciò , che coperto tememmo negli altri . Seguite dunque ſicuri , beatiſſimi Ceſari , le ſtrade tutte delle lodi del Padre , come già incominciaſte . In sì numeroſe virtù non entraſi per un ſolo ſentiero ; tutti però conducono alla ſteſſa meta di gloria . Non anvi traviamenti di voglie sfrenate , non paſſi perigliosi di fallire ; onde non può temer chi ſi avanza di eſſerne richiamato con ſuo ſvantaggio . V'inſtradaſte perciò più per tempo , non avendo a tardare in conſiderarne il viaggio . Ma io affollato da queſt'abbondanza di materia , dubito a quale ſtrada , e a qual principio appigliarmi ; poi-

a *Fulgor.* Auguſtus *gaudebat ſi quis ſibi acriùs contuenti , quaſi ad fulgorem ſolis , vultum ſubmitteret .* Auctor *Suet. c. 79.*

cie paria, magnitudine congruentia.

CAP. VI. *Verùm, ut in magnis domibus interiorem ornatum vestibula ipsa declarant, sic nobis venturis ad ingentium virtutum stupenda penetralia debet laudationis ingressum, & prædicationis januam Roma præbere, quæ demersa quondam (a) tyrannidis impiæ malis, quò major eò miserabilior, majestatis pristinæ decus ad misericordiæ ambitum conferebat; tibi tamen, Constantine maxime, etiam in illâ sui sorte venerabilis, quòd quos impensè amamus, observantia illorum integra est, etiamsi fortuna dilapsa est. In abiectos officia gratiora sunt, quæ non ex misericordiâ, sed ex honore venerunt. Sed nimirum rectè a Sapientibus ponitur (b) connexio inter se apta virtutum; sic enim mutuò & opera juvant & fructum operæ partiuntur, ut facilè appareat inseparabilis & indiscreta permixtio. Gessisti bellum, Imperator maxime, quod tibi non minùs honos Urbis imposuit, quàm ejusdem ærumna persuasit: Itaque non plus ex eo laudis fortitudini tuæ datum, quàm pietati tributum est, quòd dum*

poichè più cose mi si presentano di eguale apparenza, e di uniforme grandezza.

CAP. VI. MA, come negli alti palagi si comprendono dagli antiporti medesimi gli ornamenti più interni, così dovendo noi passare a' maravigliosi gabinetti delle segnalate virtù, aprici deve l'entrata alle lodi, e la porta del panegirico Roma, che affondata già nelle miserie di un'empia tirannia, e tanto più compassionevole quanto più nobile, chinava il decoro della primiera sua maestade a chiedere ajuti; venerata però da Voi, Costantino, in quello stesso suo stato, poichè dura sempre costante il rispetto verso chi amiamo assai, benchè sia in rovina la sua fortuna. Le dimostranze, che agl'infelici si fanno, sono più grate quando vengono da riverenza, non da gramezzi. Pongono giustamente i Savj una unione proporzionata fra le virtù; poichè così scambievolmente nell'operare si ajutano, e si dividono il frutto dell'operato; sicchè ne apparisca la non mai distinta, e l'inseparabile mescolanza. Facesti una guerra, grande Imperadore, a cui non obbligovvi sì l'onor dell'Imperio, come vi mossero le traversie del medesimo: Perciò non lodossi men la vostra pietade, che

a *Tyrannidis.* Maxentianæ, de qua sæpe superioribus Orationibus dictum.

b *Connexio.* Multi ex antiquis Philosophis, ut Aristo, Zeno, aliique virtutem moralem unam esse pluribus nominibus appellatam crediderunt; ita ut, qui unam habet, omnes habeat. Videantur *Plutarch. de Virt. Moral. & de Contr. Stoicor. Cicero* pluribus in locis; *Seneca Epist.* 45, ac *de Vitâ Beatâ.* Consentit *D. Ambros. l. 6 in Lucam; Connexæ sibi sunt, concatenatæque virtutes, ut, qui unam habet, plures habere videatur.*

Ple-

dum ſceleſtos perſequeris, miſeros liberaſti; conſtituta enim, & in perpetuum Roma fundata eſt, omnibus, qui ſtatum ejus labefactare poterant, cum ſtirpe deletis.

CAP. VII. *NOn enim, qui bellorum eventus ſolent eſſe, per varios & volubiles caſus Mars dubius erravit, nec fortuna viciſſitudo, qua (a) plerunque proſperis rebus triſte aliquid agglutinat, victorum lætitiam vulneravit, ſed tanta hoſtium & tam ampla cædes, tam felix & incruenta victoria fuit, ut credas, non bello ancipiti dimicatum, ſed ſolas impiorum pœnas experiri. Tantum etiam inter arma bona conſcientia ſibi vindicat, ut jam caſerit non virtutis magis, quàm integritatis eſſe victoria. Speclat enim nos ex alto rerum arbiter Deus, & quamvis humanæ mentes profundos gerant cogitationum receſſus, inſinuat tamen ſeſe totam ſervatura divinitas; nec fieri poteſt, ut, cùm ſpiritum, quem ducimus, cùm tot commoda, quibus alimur, divinum nobis Numen impartiat, terrarum ſe curis abdicaverit, nec inter eorum vitas dijudicet, quorum utilitates gubernat. Illa igitur vis, illa majeſtas fandi ac nefandi diſcriminatrix, qua omnia meritorum momenta perpendit, libra-*

che la fortezza; poichè, ſcacciando gli ſcellerati, liberaſte gl' infelici, ſtabilita e ripiantata già Roma alla eternità, e tolti di mezzo con tutta la loro ſtirpe quegli, che poteano indebolire il ſuo ſtato.

CAP. VII. NE ſuron già varj e dubbioſi, com'è l'uſato, gli avvenimenti di quella guerra, nè fu ferita l'allegrezza de' vincitori dalle vicende della fortuna, che agli accidenti felici ne accoppia ſempre alcun diſuneſto; ma sì ampia e grande de' nimici la ſtrage, sì venturoſa e ſenza ſangue fu la vittoria, che ſi crederà, non eſſervi già Vo' impegnato in una dubbioſa battaglia, ma ſol venuto a gaſtigar que' felloni. Tanto può fra le armi una coſcienza buona, che incominciò la vittoria ad eſſere, non più del valore, che della innocenza. Guardaci dal Cielo Idio l'arbitro delle coſe; e benchè abbian le menti degli uomini profonde aſcoſaglie di penſieri, entravi però deſſo tutto; nè può eſſere che, diſpenſandoſi a noi dal divino volere l'aria che reſpiriamo, tanti comodi che ci paſcono, abbia rinunziato egli a ogni penſier per la terra; e non rifletta di propoſito al vivere di coloro, de' quali e' diſpone i vantaggi. Quella forza dunque, quella maeſtà, che il bene dal male diſtingue, che peſa, bilancia, eſamina tutto il valore de' meriti; quella, diſſi, fiacco la pazzia

a *Plerunque*. Bellè *Quintilianus, Declam.* 7; *O triſtis, indigniorque ſemper menſura calamitatum magna felicitas!*

Et-

brat, examinat, illa pietatem tuam texit, illa nefariam illius tyranni fregit amentiam, illa invictum exercitum tuum, tot victoriarum conscientiâ plenis pectoribus ardentem tantis insuper viribus juvit, quantas præstare, aut Deus potuit, aut amor tuus debuit, ut horrendas acies, ut incognita ferri & corporum robora fulmineus miles everteret, ut quidquid instruxerat diuturni sceleris longa molitio (a) felici congressione consumeres.

zia scellerata di quel tiranno; quella difese la vostra pietà; quella al vostro esercito, che già tutto avvampava alla memoria di tante vittorie, aggiunse tanto vigore, quanto, o potè Idio, o dovè darne l'affetto verso di Voi; sicchè fulminando sterminasse orride schiere, macchine non più vedute di armi e di corpi; onde con una sola felice battaglia stritolaste quanto avea fabbricato il lavoro di una lunga scelleratezza.

CAP. VIII. *O Tuam, Imperator, non victoriam magis, quàm clementiam prædicandam! Gravatè etiam apud animum tuum mali pereunt; invitus pugnasti, qui tam facilè vincebas. Jamdudum quippe prævideras hominem non imperando habilem, non tantæ majestatis capacem, quòd magnitudo malè crediti muneris extra animi angustias effluebat; quòd qui tueri nequeunt, ubi sub tanto onere fortunæ infirmitas lapsa est, faciunt licentiam de potestate. Quid ego referam infelicium indignissimas cædes? quid inexpletos libidinum pastus? quid miseras patrimoniorum direptiones? Sileantur hæc sanè, non tantùm nè sopitam malorum memoriam oratio mea suscitet, sed nè sanctissimæ Principis laudes, dum aliena vitia depromimus, sermo talis incestet. Incrementum quidem adepta felicitatis est malorum*

CAP. VIII. O' Vostra clemenza, Imperadore, niente men lodevole della vittoria! Con rammarico del vostro cuore periscono gli scellerati. Combatteste vostro mal grado Voi, che vincevate sì facilmente. Avevate già antiveduto, non poter colui comandare; non esser capace di sì alta maestà, non potendo la grandezza di quella carica male appoggiatagli capire in quell' animo vil' e ristretto; e chi non può reggere, quando cede la sua fiacchezza al gran peso della fortuna, cambiare in isfrenatezza il comando. Che riferirò gl' indegni macelli degl'infelici? gli sfoghi della libidine non mai satolli? i miseri strazj de' patrimoni? Tacciamli perdio, non solo perchè il mio dire non risvegli la memoria delle sciagure, ma perchè non macchi le purissime lodi del Principe questo racconto, con cui si spiegano gli altrui vizj. Cresce bensì la felicità che si go-

a *Felici*. Legendum potiùs *facili* existimat *Juretus*; nec fallitur, ut puto.

Illum

rum commemorata depulsio : Verùm , ut in segetibus , etiamsi multa , quæ humum obsederant , industriâ revellenda sunt , laborem tamen purgati soli nesciunt , qui fructus editos intuentur ; sic Constantini laudibus satis est , dum efflorescentia bona cernimus , nè mala excisa reputemus .

gode alla memoria de'mali, che si passarono: Ma, come nel tempo delle biade, benchè più cose, che ingombravan le terre, debbansi schiantar colla industria, non conosce però la fatica, con cui ripurgossi il terreno, chi ne vede i frutti cresciuti, così nelle lodi di Costantino basta egli, che, osservando i beni che ci horiscono, non ripensiamo a'mali già sbarbicati.

CAP. IX. *Ferebas tamen, Imperator . ferebas* (a) *illum in tantis malis ludentem ; & cùm omnia tu scires , vota hominum connivendo , patiendo fatigabas , qui ne sic quidem injustè arma caperes , etsi nondum ab homine lacessitus , jam tamen vitiorum ejus inimicus . Sed , quod erat consentaneum clementiæ tuæ , experiebaris* (b) *remedia molliora , ut quod leniri quàm resecari malles , mitior medicina sanaret . Quin extorques animo tuo & conveniendi studium & concordiæ voluntatem ; si concordiam quàm veniam appellari fas est , cùm qui potest vincere , optat ignoscere? Et non dubito quin hanc rationem cælestis prudentia tua duxerit , quòd conjunctione suâ flagrantissimas hominis cupiditates vel extingueret penitus , vel modicè temperaret . Nulla quippe est libido tam vecors , quam non capiat* (c) *cùm in con-*

CAP. IX. Tolleravate però, Imperadore, tolleravate lo scherzare di colui in così grandi miserie se tutto ben sapêdo stancavate però colla connivenza, e sofferenza i desiderj degli uomini, come se non voleste prendere ingiustamente le armi, quantunque, sebben da colui non ancor' adizzato, foste però nimico de'di lui vizj. Ma, come conveniasi alla vostra clemenza, tentavate i rimedj più dolci, perchè si sanasse con soave medicamento la parte, che volevate anzi mitigar che troncare. Che non istrappate dal vostro animo e desiderio di pace, e volontà di concordia, se concordia non perdono chiamarsi de', quando vuole perdonar chi può vincere? Nè dubito già che la vostra divina prudenza non abbia ripensato a spegnere, o a moderare alquanto le voglie ardentissime di colui con unirsi figli, non essendovi sisfrenata baldanza, che non re-

sti

a *Illum*. Maxentium.

b *Remedia moll.* Fœderis nempe conditiones offerre volens, quàm statim arma capessere; ut sic vulnus lenires, non resecares.

c *Cum in consort.* &c. Sicut enim *malignus comes quamvis candido & simplici rubiginem suam affricuit*, Juxta *Senecam Epist. 7*, sic e converso virtutis consortium, vitiorum si non extinctio, saltem repressio est.

Quàm

consortium temperantia venerit. Deiecit oculos deformis ignavia, ubi ei pulchritudo virtutis objecta est. Tergiversari atque harere petulantiam videas gravitate, modestia, & decore confusam; ut appareat, te, Imperator optime, concordia imperandà non illi impunitatem vexandæ Urbis daturum, sed leniorem petiisse victoriam, cùm malles vitia ejus, quàm arma superare.

lli vinta dalla moderatezza, ove questa se gli accompagni. Abbassa la codardia mostruosa le ciglia, quando il bel valor le si affaccia. Vedresti arrestarsi e dar di volta la tracotanza, dalla gravità, dalla modestia, dal decoro confusa; onde si vegga che, progettandogli la concordia, non volesse già dargli braccio a tormentare Roma, ma cercasse una men' aspra vittoria, volendo vincere anzi che le sue armi, i suoi vizj.

CAP. X. *Sed profectò nulla vi possunt coire, quæ naturali divortio dissident; nec ulla tam fidelis est copula, quæ in diversum tendentia nexu suo teneat. Perpendit scilicet secum excellens prudentia tua, eique semper pietas applicata omnes concordiæ commoditates; illam esse fundamentum ac radicem otii, bonorum civilium seminarium, quietis publicæ segetem, & almam pacis altricem. Sed oh (a) quàm ager est ad honestatem recursus his, qui jam gradum ex nequitiâ protulerunt! Vocas ad societatem; (b) appetitum tuum refugit, adversatur, horrescit; nihil sibi putat secum commune, quia nihil simile est. Jam certè quiescere virtuti integrum non est; nam bellum animo gerere armis abstinentem non concordia ratio est, sed ignava dissensio.*

CAP. X. NOn può però per dir vero mai accoppiarsi quanto per natura è distinto; nè v'ha sì fedele catena, che tringa insieme cose contrarie. Esaminò dunque seco stessa la vostra somma prudenza, colla pietà che le stà sempre allato, tutt'i vantaggi della concordia; esser essa la pianta e la radice dell'ozio, il seminario de'beni delle città, il cibo della pubblica quiete, e la vera nutrice della pace. Ma come fiaccamente corre alla virtù chi si parte dal vizio! Lo invitate all'alleanza; egli fugge la vostra brama, la contraria, l'ha in orrore; crede di non poter'avere cosa comune con Voi, perchè non ne ha veruna di somigliante. Nò; più non può contenersi il valore; ed il far guerra coll'animo, e starsi lontano dall'armi non è un motivo di concordia, ma una inimicizia codarda.

Li- Ben-

a *Quàm ager*. Idem *Seneca*; *Difficulter reciduntur vitia, quæ nobiscum creverunt*.

b *Appetitum*. Reponere *affectum* gestit *Livinejus*, & glorianter emendationem tuetur. At, meo judicio, tanti ea non est; nec video quantùm differat vox hæc ab illâ.

Ne-

CAP. XI. *Licèt non sit in his ratio desideranda, qui semel de viâ præcipites ire cæperunt, mirari tamen* (a) *nequeo cùm id delatum non amplexus sit, quod impudens esset si auderet optare. Utrum Urbis funestam illam lacerationem lentè ac remissè te laturum putavit? Sed natura affert, ut injuriæ ejus, quem diligas, etiam si re ipsâ graves sunt, fiant tamen amore graviores. An credidit conferenda manù non inferiorem? Hoc verò quàm opinari non potuerit exitus docuit, cùm signis* (b) *tam sæpè collatis, nihil unquam fuerit, quod aut spes aucuparetur, aut fortuna promitteret. Dolis (credo) existimavit decipi posse: Sed non virtus tua de congressione, quàm prudentia est de fraude securior? Quis enim ad præsentiendum sagacior, quis vigilantior ad videndum? Quis contemplatur præsentia acriùs, ventura prolixiùs, ambigua certiùs, captiosa felicius? Non hinc tecum Lynceus ille certaret, qui, ut* (b) *poetæ ferunt, parietum septa, & arborum truncos visu facilè trajiciebat;* (d) *aut etiam*

CAP. XI. Benchè non si possa ricercare ragione alcuna da chi toltosi una volta di strada incominciò a traboccare, non posso non istupire però, che non abbia accettato colui quel partito, cui se avesse osato chiedere dovrebbe accusarsi di troppo audace. Stimò forse, che tollerasse lentamente e con dolcezza quello strazio infelice di Roma? Ma la natura pur vuole, che le stranezze fatte a chi si ama, benchè grandi in se stesse, rendansi maggiori però dall'amore. Stimolli forse di forza eguale a combattere? Ma che stimarlo mai non potesse insegnollo il fine; poichè azzuffatosi tante fiate, non potè acquistarsi una sola speranza, una promessa della fortuna. Pensò, credo, di potervi cogliere coll'inganno: Ma non è forse sicura sì dalle frodi la vostra prudenza, come lo è il valore nelle battaglie? Chi di Vo'in antivedere più accorto? Chi in osservare più vigilante? Chi esamina con più di attenzione il presente, di pesatezza l'avvenire, di sicurezza il dubbioso, di felicità l'ingannevole? Non gareggierebbe con Voi quel Linceo, che

a *Nequeo*. Legendum sanè *non nequeo*, ut adnotavit *P. de la Eaune*; & ante ipsum *Gruterus*.

b *Tam sæpe*. Videtur Noster plura innuere Maxentii prælia cum Constantino; at ab Historicis nonnisi illius ad Milvium Pontem fieri mentionem observo. Nam si pugnam cum Severo Cæsare intelligas, ipse quinimmo victor fuit, capto occidoque ipso Severo, testibus *Sex. Aur. Victor. Eutrop. l.* 10, *Oros. l.* 7, *cap.* 25, & 28; in illiusque victoriæ memoriam credo cusum etiam Nummum Maxentii cum Victoriâ, quem exhibet *Tab.* 4 *n.* 11.

c *Poetæ*. Immo etiam & *Strabo*, & *Plutarchus* referunt; ille *Geograph. l.* 6; hic *Lib. adv. Stoic.* Item & *Solinus*, *c.* 6.

d *Aut etiam ille*. Hæc fere ad unguem e *Plutarcho* videntur expressa; sic namque ille loco citato; *Sanè Lynceus ille dicitur visu per saxum, & quercum penetrasse; & quidam in specu à Siculis fodina numeravit Carthaginensium naves sexaginta navigantes*, &c.

Lon-

etiam ille, quem eadem vetustas locuta est, cùm in Siciliensi speculâ constitisset, conspicari solitum naves, quæ Africæ portum subirent, cùm prospectum hominis non aer effusus, quem crassiorem exhalatio maris faceret, non tam disjunctarum regionum (a) *longinquitas impediret.*

CAP. XII. *CUm spes omnis frigere debuerit, & voluntas pacificandi alienata sit, quis dubitet divinitus armis tuis deditum, dum eò dementiæ processerit, ut* (b) *ultro etiam lacesseret, quem ambire deberet? O quàm acres habet dolorum aculeos contumelia, quam imponit inferior! Ecce enim (proh dolor! verba vix suppetunt) venerandarum* (c) *imaginum acerba dejectio, & divini vultus lituræ deformis. O manus impia! O truces oculi! Ita non caligastis? In quo lumen mundi obscurabatis, meritas ipsi tenebras non imbibistis? Commovere tandem, conscia virtus; nec permittas hoc furori, cui de te* (d) *aliud non licebat. Sed quid tandem assequeris cæca dementia? Aboleri hic vultus non potest: Universorum pectoribus*

che, al dire de' Poeti, trasforava colla vista e pareti e tronchi di alberi; o colui ancora, di cui l'antichità medesima disse, che, standosi sopra una vetta nella Sicilia, solea veder entrare le navi ne' porti dell'Africa; non recandogli impedimento all'occhio, o l'aria ingrossata dall'esalazioni del mare, o la distanza di sì lontane provincie.

CAP. XII. QUando dovea dunque intepidirglisi ogni speranza, ed era da lui già lasciato ogni pensiero di pace, chi non crederà, essere stato consegnato alle vostre armi da Idio quel fanatico, giunto ad aizzar quello stesso, cui anzi doveva chinarsi? Oh come pugne aspramente l'onta fatta da un' inferiore! Ecco (truovo appena di dolor le parole) le venerabili statue gittate a terra, e quelle facce divine orrendamente bruttate. Mani empie! Occhi crudeli! Dunque non vi abbaglialte? Non v' imbeeste delle tenebre ben meritate in oscurare la luce del mondo? Scuotiti finalmente, ò valore, che ciò vedi; nè voler tanto concedere a quel furore, che altro contro di te non poteva. Che otterrai finalmente cieca pazzia? Cancellarsi nõ può cotesto volto: Ne' petti

a *Longinquitas*. Quæ a Siciliæ promontorio Lilybæo, nunc *Capo Cocco*, quod Africam spectat, ad Africæ ejusdem littus centum circiter milliarium est.

b *Ultro*. Ipse enim ad bellum acriter se accinxit; pontem supra Tiberim struxit; copias eduxit ex Urbe, teste *Zosimo, l.* 1.

c *Imaginum*, &c. Constantini imagine, qui Imperator salutatus fuerat, in Urbem delatâ, Maxentius Imperium occupandi libidine arsit. Auctor *Zosimus*, qui tamen ejusdem jussu ipsam dejectam non refert.

d *Aliud non*. Qui in ipsum Constantinum sævire non poterat, in ejusdem imagines grassabatur, quod unum poterat.

Vul-

bus infixus est ; nec commendatione ceræ , aut pigmentorum fucis retinet , sed desiderio efflorescit animorum . Una demum Constantini oblivio est humani generis occasus . Nunc verò commendabiliorem injuria tua faciet patientiam ejus ; avidiùs expetent , quem pictura non reddit . Flagrantiora sunt animorum desideria , cùm oculorum solatia perdiderunt .

CAP. XIII. *Nihil profectò gravius , nihil miserius Roma doluisti . Quamvis recondita altè magis gemeres , & ingestos quotidie luctus callo quodam obdurata patientia sustineres , confessus est se inconsultior dolor , nec timuit deprehendi , & malè clausi signa mœroris per* (a) *vultus indices exierunt : Hoc enim Roma tot vulneribus saucia vindicari volebas , cùm tamen præstantissimus Princeps injuria sua negligens ulcisci tuas mallet . Ita ambo benigni ratiocinatores officiorum paria fecistis ; tu voto , quo solo valebas , ille amore pariter & facultate ; ut tantum bonorum tibi tribueret , quantum te sibi velle recognosceret . Pugnasti igitur , Imperator , coactus quidem , sed hoc maximè victoriam meruisti , quia non desiderabas . Optasti pacem ; sed ignosce si plùs omnium* (b) *vota valuerant . Nec illa solita obsecundare*

ti di ognuno sta fisso ; nè risplende in fregi di cera , o in abbellimenti di colori, ma fiorisce ne' desideri de' nostri animi : La sola estinzione dell'uman genere finalmente farà dimenticarci di Costantino . Or sì l'oltraggio che gli facesti renderà più pregevole la di lui tolleranza; cercheranlo più avidamente or ch'esso non istà ne' ritratti . Ardono più le brame de' cuori , quando perdettero la consolazione degli occhi .

CAP. XIII. NOn avesti certamente, ò Roma , dolor, nè più grave , nè più degno di compassione . Benchè provassi l'ambascia di spasimi più segreti , e con pazienza quasi incallita tolleraſſi nuovi affanni di giorno in giorno , palesossi però il tuo sconsigliato dolore , che non temè di scoprirsi , e ne uscirono dal volto manifestatore i segnali della mal coperta gramezza . Così vendicar ti volevi piagata di tante ferite; ma , donando il gran Principe le offese proprie , volea vendicare anzi le tue . Vi ricompensaste così con benigno cambio di cortesia l' uno l'altra : Tu col desiderio , con cui solo potevi ; desso coll'amore insieme e colla forza , per fare a te tanto di bene , quanto conoscea , che tu avresti voluto a lui fare . Combatteste dunque , ò Imperadore, sforzato sì , ma non desiderando vittoria, la meritaste più appunto . Bramaste pace; ma perdonate s'ebbero più forza i voti di tut-

a *Vultus ind.* Sic *Pacatus*; *Pan. c.* 37. *Proditor vultus* .
b *Vota* . Belli , ut Tyrannus cum assectis suis penitus exscinderetur .

Exerci-

dare captis tuis divinitas in hoc refragata est ; sed aliquid ex sententiâ tuâ non cedit , ut plus pro meritis iniret . Negata est concordia , cui erat parata victoria.

tutti . Quello stesso Idio, solito secondare le vostre imprese , in ciò non si oppose : Fece seguire però qualche cosa contro il vostro volere , per secondare i vostri meriti. Fu negata la colleganza a chi già preparavasi la vittoria.

CAP. XIV. *IN ore denique est omnium Galliarum, (a) exercitus visos , qui se divinitus missos præferebant. Et quamvis cælestia sub oculos hominum venire non soleant , quòd crassam & caligantem aciem simplex & inconcreta substantia naturæ tenuis eludat , illi tamen auxiliatores tui aspici audirique patientes , ubi meritum tuum testificati sunt , mortalis visus contagium refugerunt . Sed quænam illa fuisse dicitur species , qui vigor corporum , quæ amplitudo membrorum , quæ alacritas voluntatum ? Flagrabant verendum nescio quid umbone coruscî , & cælestium armorum lux terribilis ardebat ; tales enim venerant , ut tui crederentur . Hæc ipsorum sermocinatio , hoc inter audientes ferebat ;* Constantinum petimus; Constantino imus auxilio . *Habent profectò & divina jactantiam ; & cælestia quoque tangit ambitio . Illi cœlo lapsi , illi divinitus missi gloriabantur quòd tibi militabant . Ducebat vos (credo) Constantius pater ; qui terrarum triumphis altiori tibi cesserat , divinas expeditiones*

CAP. XIV. NElle Gallie per fine passa per la bocca di ognuno, essersi veduti eserciti, che diceansi spediti da Idio. E benchè le cose del Cielo non cõparischino agli occhi umani, perchè la pura e non composta sostanza di una sottilissima natura fugge dalla grossa e fosca vista, quegli ajutatori vostri però, lasciandosi veder'e sentire, sparirono da'nostri occhi poichè attestarono il vostro merito. Ma che sembianze furon mai quelle? Che robusti corpi? Che membra giganteschè? Che prontezza di volontà? Avvampava non sò che di spaventevole dagli scudi lor luminosi, e nelle armi loro celesti ardea una luce terribile: Vennero appunto in tale comparsa per essere creduti vostri. Era questo il lor dire; così esprimeansi: *Cerchiamo Costantino; andiamo in ajuto di Costantino.* Hanno perdio la sua boria , e provano la sua ambizione anche le cose divine, e celesti . Coloro calati dal Cielo , spediti da Idio vantavansi di combatter per Voi. Credo che ne fosse alla testa vostro Padre Costanzo; e desso, che ne'trionfi sulla terra a Voi già più grande ceduto avea, divenuto Idio faceva spe-

a *Exercitus*. De his fere apud Historicos nulla mentio; & tamen *Nazarius* tam aperte memorat.

Illi

bes jam Divus agitabat. Magnus hic quoque pietatis tuæ fructus, quòd, quamvis particeps Cœli, ampliorem se fieri gratiâ tuâ senserit, & cujus munera in alios influere jam possent, in eum ipsum tua munera redundarint.

spedizioni da Idio. Gran frutto della vostra pietà si è pur questo, che desso, quantunque in Cielo, si vede mercè vostra divenuto maggiore, e pruova riversati i vostri benefizj sopra se stesso, che potrebbe altri beneficare.

CAP. XV. *Cedat tibi, non recentium sæculorum modò, sed totius memoriæ vetustas, quamvis illa recti appetens, & nullo unquam depravata in officio glorietur penes se sanctitatis famam stetisse. Sed nec leguntur præconia hominum ubi quæruntur judicia divina. (a) Illi igitur veteres laudati vitæ moderatores, qui refrænandis cupiditatibus restrictè comptèque vixerunt, quorum omnis ætas armis conterebatur, quando tantam in prælio divinam opem pro merito integritatis habuerunt, ut qui longè a virtutibus tuis distant, in proximo saltem justitiæ gradu reponantur? Romano (b) quodam in bello ferunt, duos cum equis (c) juvenes, spectatos formâ pariter ac viribus, quia in dimicando præter cæteros insignes fuissent, jussu (d) Imperatoris ad remunerandam industriam requisitos: Ubi nulli inveniebantur, fides habita est, divinos fuisse, quòd cum*

CAP. XV. A Voi cedano le memorie, non solo de' secoli vicini, ma di tutta l'antichità; benchè dessa amante del vero, e da veruna parzialità mai non travolta si vanti di sempre essersi tenuta appresso fama d' illibatezza. Ma nemmeno si osservano le lodi degli uomini dove cercansi le approvazioni del Cielo. Quegli antichi dunque, lodati per lo vivere moderato, che per imbrigliare l'appetito vissero con istrettezza, e osservanza, che logoravano tutta la età sotto l'armi, quando mai ebbero nelle battaglie sì grande ajuto dal Cielo al merito della loro bontà, che, dove sono molto lontani dalle vostre virtù, possansi almen riporre nel pollo vicino? Dicono che in certa guerra di Roma, veduti in due giovani di bello aspetto, e di riguardevole robustezza a cavallo, che nel combattere si erano distinti dagli altri, comandò il Generale, che si cercassero per premiargli: Non ritrovatosi alcu-

a *Illi igitur*. Romanorum exercituum antiqui illi Imperatores, puta Curii, Coruncani, Fabritii, & his similes.

b *Quodam in bello*. Contra Latinos, apud Regilli Lacum. Res narratur ab *Halicarn. l. 6.* Innuit etiam *Florus, l. 1, cap. 11.*

c *Juvenes*. Quos credidere Romani Castorem, & Pollucem.

d *Imperatoris*. Auli Posthumii Dictatoris. *Dionysius* tamen loco citato, non ab Imperatore quæsitos in castris refert, sed Romæ ab Urbis Præfecto: Ibi etiam post pugnam dicuntur apparuisse, & victoriam nunciasse.

cùm laborem sedulò communicavissent, laboris pretium respuissent. Equidem historiæ non invitus assentior; neque enim in hoc veri interpolatrix tenenda, quæ se non vanam antiquitatis nuncium pollicetur: Sed tamen illi, qui hoc annalium monumentis illigaverunt, verebantur nè apud posteros miraculi fidem claudicaret. Estote, ò gravissimi auctores, de scriptorum religione securi; credimus facta, qui majora nunc sensimus. Magnitudo Principis nostri gestis veterum fidem conciliat, sed miraculum detrahit. Pro auxilii copiâ negotiorum ratio metienda est. Duo quondam juvenes, sed nunc exercitus visi. Hoc certè uberius, nec infirmius veritate. Stat argumento duplici fides nixa: Sic Constantinus juvari meruit, sic debuit Roma servari.

alcuno, si credè che fossero Iddi, i quali, impiegate in quella bisogna le lor fatiche, ne avessero ricusata la ricompensa. Io per verità porgo l'assenso di buon grado alla storia; poichè non de'credersi, che confonda col vero il falso dessa, che si protesta per non bugiarda novelliera dell'antichità: Pure chi scrisse negli annali il successo, temea che non fosser per porgere i posteri tutta la fede al miracolo. Siate pur sicuri, ò Scrittori gravissimi, di una religiosa credenza a' vostri racconti; crediamo il fatto noi, che vedemmo assai più. La grandezza del nostro Principe fa credere le azioni degli antichi; ma leva loro l'ammirazione. Dalla quantità degli ajuti la qualità degli affari de'misurarsi. Allora due giovani, ora un'intero esercito. Questo si è ben più copioso, e non men vero. Il crederlo dipende da due ragioni: Di essere così ajutato meritò Costantino; Roma così dovè conservarsi.

CAP. XVI. *Magnum hoc, Imperator maxime, sed de tuâ pietate non mirum. Adesse tibi in omnibus summam illam majestatem, quæ te circumflexa tueatur, conjecturâ mentium tenebamus, essi nondum ad fidem patebat oculorum. Etenim cùm mens tua, mortali contagione secreta, pura omnis, funditus sincera ubique se promerendo Deo præstet, cùm gloria tua humanum modum supergressa sit, quis est hominum, quin opitulari tibi Deum credat, cùm id & vita mereatur & rerum gestarum*

CAP. XVI. Grande si è questo fatto, ò massimo Imperadore; ma se riguardiamo la pietà vostra, non è miracolo. Conghietturavamo già, benchè cogli occhi non lo vedessimo, esservi affianco in tutte le operazioni quella sovrana maestà, che cintovi vi difenda; poichè, meritando sempre appo Idio la vostra mente lontana da ogni cosa mortale, tutta monda e pienamente sincera, passata dalla vostra gloria ogni umana misura, chi non crederà, che Idio vi assista, quando e il vostro vivere il merita,

tam magnitudo teſtetur? Parumper igitur ab inſtituto curſu non ingrato diverticulo recedamus; tenebo hunc orationis modum, ut nec inhumanè de cæteris muta ſit, nec odioſè de inſtantibus obloquatur. Tu, Imperator optime, inito Principatu, adhuc ævi (a) immaturus, ſed jam maturus imperio oſtendiſti, curſum ætatis non expectandum in feſtinatione virtutis. Tu exindè domi militiæque juxtà bonus nuſquam gradum extuliſti, quin ubique te gloria, quaſi umbra, comitata ſit. Tu ferociſſimis (b) regibus Aſcarico & comite ſuo captis, tantâ laude res bellicas auſpicatus es, ut jam inauditæ magnitudinis obſidem teneremus. Ut Herculem ferunt tenerum adhuc atque lactentem (c) duos angues manu eliſiſſe, ut jam in infantulo indoles futuri roboris emicaret; ſic tu, Imperator, in ipſis Imperii tui cunabulis, quaſi geminos dracones necares, per ſæviſſimorum regum famoſa ſupplicia ludebas.

rità, e la grandezza delle voſtre imprese il conferma? Togliamci dunque alquanto dalla incominciata carriera con una digreſſione non increſcevole, in cui conterrommi in guiſa di non tacere ſcorteſemente il reſtante, e di non parlare con odioſità del ſuggetto. Entrato Voi al governo, ottimo Imperadore, immaturo ancora di età, ma già maturo per comandare, moſtraſte non doverſi aſpettare il corſo degli anni quando ſi affrettano le virtù. Voi poſcia, ottimo egualmente in pace che in guerra, non moveſte mai paſſo, che non vi accompagnaſſe, qual' ombra, la gloria. Voi, fatti prigioni Aſcarico, ed il ſuo collega Re ferociſſimi, incominciaſte le voſtre imprese con sì gran lode, che già ne avevamo la caparra di una non più inteſa grandezza. Come Ercole ancor tenero e lattante ſchiacciò, come diceſi, colle mani due ſerpi, perchè in lui bambino sfolgoraſſe la qualità della robuſtezza avvenire, così Vo', Imperadore, nella ſteſſa infanzia del voſtro Imperio, come ſe sbranaſte due draghi, ſcherzavate co' famoſi gaſtighi de' Re crudeliſſimi.

Fran-

I Fran-

a *Immaturus.* Quando tamen Imperator dictus eſt mortuo patre, trigeſimum ſecundum circiter agebat annum. Sic autem a Noſtro dici puto, prædicto Diocletiano, & Maximiano ſenioribus, ut viſum etiam *Patri de la Baune.*

b *Regibus.* Aſcarico, & Ragaiſo; de quibus & *Paneg.* 5. c. 4, & alibi.

c *Duos angues.* Dracones duos immodicæ magnitudinis, juxta *Apollodorum* l. 2. Hos Juno immiſerat, ut infantulum necarent.

CAP. XVII. (a) *Franci ipsi, prater ceteros truces, quorum vis cùm ad bella efferveſceret, ultra ipſum Oceanum æſtu furoris evecta, Hiſpaniarum etiam oras armis infeſtas habebat; ii igitur ſub armis tuis ita conciderunt, ut deleri funditus poſſent, niſi divino inſtinctu, quo regis omnia, quos ipſe adflixeras, conficiendos filio reſervaſſes. Quamquam ad gloriam veſtram facunda malis ſuis natio ita raptim adolevit, robuſtèque recreata eſt, ut fortiſſimo* (b) *Cæſari primitias ingentis victoriæ daret, cùm memoriâ acceptæ cladis non infracta, ſed aſperata pugnaret. Differamus parumper Italicas expeditiones, quibus* (c) *Seguſienſium civitatem, quæ ſuperatis Alpibus Italiæ clauſtrum obiicit, cùm vi & virtute veluti januam belli refregiſſes, inde per obiectas acies, per exercitus obvios uſque ad Romana mœnia inoffenſus victoriarum impetus percucurrit.*

CAP. XVII. I Franchi ſteſſi, barbari ſopra gli altri, che infiammati alla guerra, e portati dal furore di là dallo ſteſſo Oceano infeſtavano le ſpiagge ancor della Spagna, caddero di tal fatta ſotto le voſtre armi, che poteano dal primo all'ultimo eſſer disfatti, ſe con quell'inſtinto divino, con cui regolate ogni coſa, dopo averli tormentati non gli aveſte riſervati da ſterminare al figliuolo. Benchè quella nazione, feconda a noſtra gloria e ſuo danno ſi toſtamente moltiplicò e preſe forza, che fu al fortiſſimo Imperadore la primizia di una grande vittoria, combattendo non già fiaccata, ma più inaſprita dalla memoria di quella ſtrage. Soſpendiamo per poco le ſpedizioni nella Italia, onde atterrata colla forza e col valore, come porta di guerra, Seguſio, che ſuperate le Alpi ne ſerra il paſſo, volaſte poſcia con un non mai fermato empito di vittorie per mezzo le armi e gli eſerciti, che vi affrontavano, infino alle mura di Roma.

CAP. XVIII. Q*uid memorem* (d) *Bructeros?*

CAP. XVIII. C He ſtarò a rammentare i Brutte-

a *Franci.* Poteſt hoc intelligi, vel de Francis iis, qui Gallieno Imperatore *directâ Galliâ Hiſpaniam* poſſederunt, *vaſtato, ac penè diruto Tarraconenſium oppido, nullibique in tempore navigiis pars in Africam* permearunt: Verba ſunt *Aur. Vict. de Cæſar. in Gall.*; vel de iis, qui ſub Probo, ut refert *Zoſim. lib. 1*, in Græciam, Siciliam, & Africam uſque delati ſunt, ubi incendiis, & cædibus variè graſſati. De hiſce mentio fit etiam *Pan. 10, c. 18.*

b *Cæſari.* Criſpo.

c *Seguſienſ.* De Seguſio Civitate dictum eſt *Paneg. antecedc. 5.*

d *Bructeros.* Germaniæ populos, qui olim Friſiam incoluere, poſt in regionem illam, ubi nunc fere Weſtphalia, ſedes tranſtulerunt. Horum mentionem, necnon & Tubantum, vide apud *Tacitum, Annal. l. 1*, non uno loco.

Cha-

ros? quid (a) *Chamavos? Quid* (b) *Cheruſcos, Vangionas, Alamanos, Tubantes? Bellicum ſtrepunt nomina, &* (c) *immanitas Barbariæ in ipſis vocabulis adhibet horrorem. Hi omnes ſigillatim, dein pariter armati conſpiratione fœderatæ ſocietatis exarſerant. Tu tamen, Imperator, cùm tantam belli molem videres,* (d) *nihil magis timuiſti, quàm nè timereris. Adis Barbaros, & diſſimulato Principis habitu, quàm proximè poteras cum duobus accedis. Nunquam eſt excelſior principatus, quàm cùm ſe publico ſubmittit officio. Facis verba, ſpem illorum agitas, & verſas crudelitatem, negas te eſſe præſentem. O verè cæca Barbariè, quæ in illo vultu ſigna Principis non videris; quem nec ſic quidem ſenſeris, cum intra jactum teli ſecurus ſui ſtaret, Conſtantinum eſſe! Qui hoc poterat non timere, dubitare quidquam potes per omnia ſubnixum Deo vadere? Invictos ducis, & ſolus timeris. Tot regna, tot populi, & tantarum na-*

teri, i Camavi, i Cheruſci, i Vangioni, gli Alamanni, i Tubanti? Sonano i nomi non sò che di guerriero; e ſpaventa la crudeltà de' Barbari cogli ſteſſi vocaboli. Queſti tutti apparte, ed inſieme poi preſe l'armi, e uniti in alleanza ſi moſſero: Voi però Imperadore, nell' oſſervare macchina sì grande di guerra nulla temeſte più, ch' eſſer temuto. Vi portate in mezzo de' Barbari; e cambiato il portamento di Principe, con due ſoli compagni quanto più potete vi avvicinate. Non è più alto il principato, che quando a pubblico ſervizio ſi abbaſſa. Parlate, abbattete la loro ſperanza, angustiate la crudeltà, e come non foſte preſente. O' Barbari perdio ciechi, che non ravviſaſte in quel volto ſegni di Principe; e nemmen quando era egli in ſicuro, a tiro di arco da voi lontano, vi accorgeſte quegli eſſere Coſtantino! Ora Voi, che poteſte non ſpaſimare a queſto azardo, dubiterete con sì aperto ajuto del Cielo di porvi in qualunque cimento? Guidate ſoldati invitti; e pur Voi ſolo ſiete il temuto. Tanti regni, tanti popoli,

a *Chamavos*. Seu Chamaves, ut aliis placet. Populi hi dicuntur a nonnullis Tranſiſalaniæ, a nonnullis Pomeraniæ. Ego cum melioribus ſentiens gentem puto Bructeris finitimam, in tractu ipſo Vveſtphaliæ, non longè a Monaſterio. Videtur conſentire *Auſonius, in Moſellâ* canens: *Accedant tires, quas Franci, quaſque Chamaves, Germanique timent*; ubi vides Chamaves inter Francos, & Germanos poni, ubi ferme regio, quam adnotavimus.

b *Cheruſcos*, &c. Cheruſci populi Ducatus Brunſuicenſis, & Luneburgenſis, ubi nunc ferè Alberſtadium, Hildesheimia, & Magdeburgum. Vangiones nunc pars Archiepiſcopatus Moguntini, ubi Vormacia. Alamani, qui & Alemani, regionem, quæ modò Suevia dicitur, tenuere, univerſæ inde Germaniæ nomine ſuo indito. Tubantes, juxta quoſdam auctores, Friſiæ hodiernæ fuere populi, juxta alios Vveſtphaliæ.

c *Immanitas*. Quare *Lucanus, l. 1: Vangiones, Batavique truces*.

d *Nihil magis*, &c. Similis locus apud *Claudianum, l. 1, de laud. Stilic. Res mira relatu, Nè timeare times*, &c.

nationum congregatio indignam se viribus tuis putat, quem credit absentem. Tibi tamen incrementum laudis ex multiplicatione terroris est; magnificentiùs congregata obteris, qua scrupulosiùs dispersa sequereris. Innumera simul gentes ad bellum coacta, sed uno impetu tuo fusa, dum collativam vim comparant, compendiosam victoriam præstiterunt.

poli, tante nazioni stimansi non meritevoli di provare le vostre forze mentre vi credon lontano. A Voi però cresce la lode dal moltiplicarsi negli altri il terrore; con più di magnificenza opprimete uniti i vostri nimici, che più difficilmente inseguireste divisi. Genti innumerabili, che si collegarono per farvi guerra, disfatte da un vostro sol'urto, mentre si riunisco-no per opporsivi, più brieve vi rendettero la vittoria.

CAP. XIX. *UNa hoc bella si debitis laudibus immorari vacaret, dies integer conderetur. Nunc ita omnia pretervolans cecidit Oratio, ut victoriarum tuarum non summam evolueret, sed ornamenta monstraret. His rebus semper e republicâ gestis tantâ virtute tantoque successu, ut nunquam virtuti tuæ intremuerit, prudentia hæserit, felicitas claudicarit, satis, ut opinor, probatum est, perpetuam in te benignæ majestatis opem fluere; ut cælestes exercitus tui non tunc primò missi, sed tunc demum intellecti esse videantur. Talis igitur ad liberandam Italiam & tam tutus accedis, ut cùm res bellica casus habeat eventus, in te tamen dimicandi voluntatem pro victoriæ pignore teneres, etsi abessent auxilia divina. Aderat enim robustus & florens, plenus virium, animi plenus exercitus, latus armis, & militiæ munia exequens studio magis quàm necessitate; quippe cui stipendia sunt pauciora, quàm*

CAP. XIX. SE mi potessi fermare nelle lodi dovute a questa sola guerra, si compierebbe una intera giornata: Ma, toccando questa Orazione ogni cosa di volo, non tratto della tutte le vostre vittorie, ne accennò solo i lor pregi. Terminatesi da Voi sempre a prò del pubblico con valor'e fortuna sì grande le imprese, senza che mai spasimasse il vostro valore, o perdesse la prudenza il consiglio, con sempre uguale fortuna, credo abbastanza provarsi, che per Voi scende un continuo ajuto dal Cielo benigno; onde sappiasi, che i vostri eserciti non vennero allora la prima volta, ma per tali allora sol si conobbero. Veniste dunque a liberare la Italia con gloria, e con sicurezza sì grande, che, sendo dubbiosi per altro gli avvenimēti delle guerre, era per Voi pegno di vittoria il solo voler combattere, anche senza gli ajuti del Cielo. Avevate un'esercito vigoroso e fiorito, pieno di spirito e di coraggio, che combattea con lieta faccia, e adempica le parti dell'armi, anzi che per forza per genio; che fatte

avea

quàm prælia (cum dico prælia (a) significo victorias), præterea tam amans tui, quàm tibi carus; ignosce enim superba virtus, quantumvis fiducia & spiritus capias, amor Principis facit militem fortiorem.

avea men campagne chè battaglie, e quando dico battaglie intendo vittorie; in oltre verso di Voi sì amoroso, come a Voi caro. Perdonami valor superbo abbia tu pur quanto vuoi di confidanza e di ardire, rende però più forti i soldati l'amore del Principe.

CAP. XX. (b) *Antiqua admodum res est, quam proferam, sed non indigne immeratu. Illyrici quondam, despicientes (c) Europi Regis infantiam, Macedones bello lacesserunt; & prima quidem congressio secundum illos fuit: Verùm Macedones, cùm bellum reciperent, Regem suum in curis ad aciem detulerunt. Cum illes ira, hos miseratio, illos signorum canor, hos pueri vagitus accenderet, mutata est ratio certaminis; vicerunt (d) qui amore pugnabant. Quanto igitur est amor fidelior accepti beneficii memoriâ, quàm præsumptione futuri, quòd illic percepta res juvat, hic expectata blanditur, tanto tui animosius dimicaverunt, qui non puro spem gratiæ remunerabantur, sed Principi post natos homines benignissimo meriti debitum rependebant.*

CAP. XX. Riditò un fatto assai vecchio, ma non indegno di mentovarli. Mossero già gl'Illirici guerra a' Macedoni, spregiando la fanciullezza di Eropo Re loro, e vinsero anche nel primo fatto; ma rimessisi gli Macedoni portarono al campo in culla il lor Principe. Accesi quelli di rabbia, di pietà questi, quelli allo squillar delle trombe, questi a' vagiti del fanciulletto, cambiossi l'ordine della battaglia; vinse chi combattea per amore. Quanto dunque più fedel'è l'amore per la memoria de' benefizi ricevuti, che per la sola loro speranza, perchè in quella ha il prò del bene ottenuto, in questa il solo diletto dell'aspettarlo, con tanto più di coraggio combatterono i vostri, che non pagavano già ad un fanciullo la speranza di essere amati, ma al più benigno fra i Principi un' obbligo di tutto il merito.

Pri-

La

a *Significo victorias.* De eodem Constantino *Euseb. Vit. c. 6; Deus ipsum remuneraturus dominum, ac victorem, solumque ex omnibus, qui unquam fuerint, Imperatoribus, semper invictum, atque insuperabilem præstitit.*

b *Antiqua.* Narratur a *Justino, l. 7, c. 2; & Ammiano l. 26, c. 9;* & ab aliis.

c *Europi.* Europus dictus a *Justino.*

d *Qui amore,* &c. Ammianus citatus; *Ostendentque quæ historiæ sunt, priore bello Regem Macedonibus, non virtutem defuisse.*

CAP. XXI. *Primam igitur Segusiensium civitatem, quam primam iter dederat, victoria facilis amplexa est, qua resistendi pertinacia ita in se Imperatoris vim convertit, ut pietatem tamen non alienaverit. Nam cùm introitus vi, manu quæreretur, & portarum inflammatio ignem latè distulisset, cujus facilis per adjuncta contagio pastu pestifero valescebat, maxima benignissimi Imperatoris fuit cura, non modò ut incendium non adjutum senesceret, sed oppressam emori posset; & longè operosior (a) clementia ejus, quàm fortitudo perspecta est, cùm plus in conservandâ urbe, quàm in capiendâ fuerat, laboris oriretur. Itaque digrediens sic cupidam sui fecit, ut eam ad omne obsequium non victoria metus componeret, sed admiratio lenitatis.*

CAP. XXI. LA prima vittoria dunque, e ben facile fu sopra Segusio, presentatasi la prima sul passo. Dessi colla caparbietà del resistere si tirò contro lo sdegno del Principe, in guisa però di non fargli sbandir la pietà; poichè, tentandosene ad ogni pruova la entrata, ed allargatosi il fuoco acceso alle porte, che toccando le materie vicine fieramente cresceva, procurò colla più diligente sollecitudine l'Imperador benignissimo, non solo che l'incendio non più fomentato mancasse, ma subito si spegnesse; osservatosi, operar più in lui la clemenza della fortezza, mentre il conservar la città fu di stento maggiore che il prenderla. Eccitò in essa perdò nel partire sì gran brama di se, che si ridusse ella a tutto l'ossequio, non per lo terrore della vittoria, ma per lo stupore di una dolcezza sì grande.

CAP. XXII. *OPtima ajunt esse remedia, quæ ad usum corrigendi nostri ex alienâ calamitate nascuntur; verùm animus pravitate, velut morbo, impeditus dilectum boni non habet. Ecce jam apud (b) Taurinos venientem pugna gravior expectat; nec Segusiensium vastitas monet, ut sibi caveant; nec*

CAP. XXII. DIcono che per correggerci sieno i rimedj migliori quelli, che nascono dalle altrui miserie; ma un'animo allacciato dal vizio, come da un malore, non può distinguere il bene. Ecco mentre egli avviasi verso i Taurini, lo attende una più fiera battaglia; nè il guasto di Segusio gli avvisa di guar-

a *Clementia.* Victoribus inde laus maxima. Quare Eunomes ille apud *Tacit. Ann. l. 12.* *Bellorum egregios fines quoties ignoscendo transigatur.* Lege *Cicer. Orat. pro M. Marcello.*

b *Taurinos.* Fuere olim Italiæ populi ad Alpes Cottias, quorum urbs præcipua Augusta Taurinorum, nunc *Torino*, sedes Sabaudiæ Ducis. Vide *Paneg. 6. cap. 6.*

Man-

nec cogitant quo cum Principe res futura ſit, quòd neque vis ejus reſiſtendi ſpem faciat, nec (a) *manſuetudo rationem. Campum latè jacentem tantus miles oppleverat, ut non improbaret fiduciam, qui inſtructos videret. Qua enim illa fuiſſe dicitur ſpecies, quàm atrox viſu, quam formidoloſa, operimento ferri equi, atque homines pariter obſapti!* (b) *Clibanariis in exercitu nomen eſt.* (c) *Supernè omnibus rectis equorum pectoribus demiſſa lorica, & crurum tenus pendens ſine impedimento greſſus a noxâ vulneris vindicabat.*

guardarſi: Non penſano a dover combattere con un Principe, di cui nè il valore dà ſperanza, nè la clemenza cagion di reſiſtere. Aveano riempiuta una vaſta campagna tanti ſoldati, che non condannerebbe la loro baldezza chi li vedeſſe così ordinati. Che fiera e ſpaſimevole viſta, come vien detto, ſi era mai quella! Uomini, e cavalli tutti chiuſi nel ferro: Chiamanſi Clibanarj coſtoro. Copriva un'armatura dall'alto al baſſo tutto il petto a'cavalli, e calando fino alle gambe, ſenza impedir loro il moto, difendeali dalle ferite.

CAP. XXIII. *TE tamen, Imperator, non terruit, nec quòd tanto numero duplicabat armatura terrorem, nec quòd vim armis numerus addebat; certum eſt enim pro negotii modo animoſam eſſe virtutem, quòd ex ſe rerum captum ſuum temperat. In parvis prope ad ſecuritatem remiſſa, in mediocribus modicè intenſior, ubi magna venerunt, juxta magnitudinem exantlandi operis erigitur. Illa armorum oſtentatio, & operti ferro exercitus, qui imbelles oculos vulneraſſent, invictas mentes incitaverunt, quòd imbutus Imperatoris exemplo totis animis ejus miles ardeſcit: cùm invenit ho-*

CAP. XXIII. NOn iſpaventovvi però, Imperadore, che a numero sì grande raddoppiaſſe il terrore quel ferro, o che il numero aggiugneſſe forza alle armi, ſendo vero, che giuſta la biſogna è coraggioſo il valore, perchè prende la vera miſura nel concepire le coſe. Nelle piccole come ſicuro ſi ſtà rimeſſo; nelle mediocri alquanto più teſo; quando aſſai monta, ſollevaſi a miſura dell'opra, che ſi ricerca. Quella pompa di armi, quegli eſerciti coperti di ferro, che avrebbero feriti gli occhi a'codardi, deſtarono que' non mai vinti cuori; perchè imbeuti all'eſempio dell'Imperadore di tutto il

a *Manſuetudo rat.* Quia eà eſt benignitate, ut victis pareat; ideo quilibet ſanus mente optimè ſibi conſulit non reſiſtendo.

b *Clibanar.* Vox hæc Perſica, ut patet ex *Lampridio in Alex. Sev.* & *Ammiano l.16, c.10*, qua ſimilis armaturæ genus appellant, cujus deſcriptionem hic habes a Noſtro. Græci vocant Cataphractos; aliis dicuntur etiam Cataphractarii; *Tacito Ann. l.3*, Crupellarii.

c *Contin.* &c. Citatus *Tacitus ibid.*; *Continuum ferri tegmen*, &c.

Iſſe

hostem, quem vinci deceret. Cataphractos equites, in quibus maximum steterat pugnæ robur, (a) ipse tibi sumis. His disciplina pugnandi est, cùm aciem arietaverint, fervens impressionis tenorem; & immunes vulnerum quidquid oppositum sine hæsitatione perrumpant.

il suo coraggio i soldati, ardono quando incontran nimici degni di essere vinti. Quelli, ch'erano lo sforzo maggiore della battaglia, ve li prendete Voi stesso. L'ordine del loro combatter si è, urtare, e mantenersi in fila; e non temendo ferite, sbaragliare senza fermarsi quanto si oppone.

CAP. XXIV. *Sed tu, Imperator prudentissime, qui omnes bellandi vias nosses, opem ex ingenio reperisti; (b) quòd tutissimum est eludere, quod est difficillimum sustinere. Deductâ acie, in irrevocabilem impetum hostes effundis; deinde quos ludificandos receperas, reductis agminibus includis. Nihil proderat contra tendere, cùm ex industriâ tui cederent; flexum ad insequendum ferreus rigor non dabat. Ita nostri proditos sibi clavis adoriuntur, quæ gravibus ferratisque nodis hostem vulneri non patentem cædendo defatigabant; ac maximè capitibus adflictata, quos ictu perturbaverant, ruere cogebant. Tunc ire præcipites, labi reclines, femineces vacillare, aut moribundi sedilibus astineri, permixtâ equorum cladi impliciti jacere, qui reperto sauciandi loco passim equitem effreni dolore fundebant. Ad unum interfectis, omnibus tuis in-*

CAP. XXIV. MA Vo', Imperadore prudentissimo, che sapevate ogni arte di guerra, inventaste con finezza il rimedio; perchè cotal forta di nimici è partito più sicuro lo scansare, difficilissimo il sostenere. Mosso l'esercito, vi tirate dietro rovinosamente i nimici; poi riunendo le squadre, ingannatili, gli accerchiate. Nè giovava loro l'opporsi, mentre cedeano i vostri con arte, e la durezza del ferro non lasciava che si potesser voltare per inseguirli; così i vostri assalirongli colle mazze, che co'nodi pesanti e di ferro gli stancavano a colpi, ove non poteano ferirgli, e piombate specialmente sul capo cader li facevano sbalorditi. Allora chi si fuggiva a precipizio, chi cadea, chi mezzo morto vacillava, od attaccavasi boccheggiante all'arcione; stavansi mischiati nella strage uomini e cavalli, che bene spesso tra piastra e piastra feriti scompigliavano di dolore i pa-

a *Ipse tibi sumis.* Supple oppugnandos. *Vide la Baune.*

b *Quod tutiss.* Quoniam genus hoc militum tutissimum est eludere, difficillimum autem sustinere. Ipsi enim vulneribus ferè imperuii; ideo præstat in eos arte uti, & ferri pondere prægraves distrahere, ac delassare; mox in ipsos motui, ac celeritati impares irruere. Locum hunc sic interpretor, aliis aliud dicentibus.

An-

integris, horrorem armorum ad miraculum victoriæ transtulerunt, quòd qui invulnerabiles habebantur, sine suorum vulneribus interiissent. (a) *Antoninus Imperator, in togâ præstans, & non inersnec futilis bello, cum adversùm Parthos armis exceriretur, visis Cataphractis adeò totus in metum venit, ut ultro ad Regem conciliatrices pacis literas daret; quas cùm Rex immodicus animi respuisset, insolentia quidem Barbari debellata est, sed patefactum est, in his armis tantam inesse violentiam, ut & vincendus fideret, & superaturus timeret.*

padroni. Uccisi tutti i nimici, e salvi gli vostri, passò l'orror delle armi in istupore di quella vittoria, in cui morti fossero senza un ferito fra'vostri gli creduti impenetrabili alle ferite. L'Imperadore Antonino, grande in pace, e non codardo nè dappoco in guerra, venuto alle armi co' Parti, in veder le Corazze loro rac. capriccioſſi, onde spedì lettere per accordare la pace; ma, rimandatele il Re superbo, restò vinta sì bene la insolenza de'Barbari, fu però chiaro, avere avuto quelle armature tanto di forza, che di esse fidavasi il vinto, il vincitore ne spasimava.

CAP. XXV. *Quid ego referam, post tantam, & tam gravem pugnam quòd apud Brixiam magnus quidam, & acer equitatus cùm esset, fugâ quàm vi suâ tutior, & primo impetu tuo pulsus Veronam usque contendit ad præsidia majora? Neque id dedecori fuit, quòd excusati fugiunt, qui tibi cedunt. Contingat quinimmo timiditati misera res ostentanda, fuga, quæ habuerit dignitatem. Ipsa autem Verona, freta immanibus copiis, quas in unum adventus tui formido conduxerat, cùm multorum jam clades accepisset, facta est parumper metu cautior, non ratione felicior; muris se ab impetu vindicat. Aderat quidem Ruricius, experientissimus belli, & tyrannicorum duces.*

CAP. XXV. Dirò che, dopo battaglia sì grande, e di sì alto rimarco, un grosso e forte corpo di cavalleria poco lungi da Brescia, credutosi più sicuro in fuggir che in resistere, rispinto già da Voi al primo urto, ritirossi a formar presidio più forte in Verona? Nè ciò fu a lui di vergogna; ha la scusa del suo fuggir chi a Voi cede. Abbiasi anzi il timore infelice di che vantarsi, con una fuga onorata. Verona poi, confidata nel numero immenso di gente, allo spavento del vostro arrivo quivi ammassata, fatta da gli altrui danni più cauta in temere, non perciò più felice, volle difendere le sue mura da'vostri assalti. Eravi dentro Ruricio, soldato di tutta esperienza, sostegno de'capitani di quel tiranno, e per

a *Antoninus.* Non recordor id apud Historicos legisse; itaque fides sit penes auctorem, inquit *Livinejus.*

Spi-

ducum columen ; per tota admodum mœnia magna vis hominum , sed apud Brixiam plerique jam fracti . Ut in corpore , cùm aliqua pars ægra est , valetudo omnis contaminari solet , sic illius multitudinis portio malo affecta totum exercitum timoris contagio dissiparat . Quàm faciles lapsus infirmitas haberet cùm eam intempestiva movit audacia , cum sæpe aliàs , tum maximè in illâ obsidione perspectum est . Clausi impetum faciunt ; & qui se aliquamdiù latendo a morte defenderant , factâ pugnandi copiâ , pœnas eruptionis temerariæ pependerunt : Idemque Ruricius magnâ suorum clade rejectus in mœnia , spe jam lassâ , sed adhuc mente vesanâ , cum se Veronâ proripuisset , novos eòdem egit exercitus ; & præcipitante jam die bellum non detrectavit , pugnæ avidior quàm salutis . Sed eum exitus magis , quàm merita fefellerunt ; nam furorem mors domuit , quem non potuerat , nec considerati ratio , nec victi formido sanare.

per tutti i posti gran numero di gente, ma il più di essa fiaccato già sotto Brescia. E come in un corpo, quando una parte n'è inferma , suole alterarsi tutta la sua sanità , così pochi di coloro tocchi di spavento avean disordinato collo stesso tutto l'esercito. Come presto cada chi è debole, ove si muova con ardire mal consigliato, ben si conobbe, come parecchi altre fiate, così specialmente in quell'assedio. Sortiscono gli assediati; e dove collo starsi rinchiusi eransi salvi dalla morte per qualche tempo, venuti alle armi pagaron le pene della temeraria sortita. Ruricio stesso rispinto dentro le mura con grande scempio de'suoi, privo ormai di speranza, ma di furor più invasato, volando fuor di Verona quivi ne strascinò un nuovo esercito ; e sebben tramontava il giorno, non rifiutò la battaglia , avido più di combattere, che di salvarsi. Ma restonne più che dal merito ingannato dal fine ; poichè la morte domò quel furore, che non avea potuto acquetarsi , nè alla considerazione delle cose , nè al timore delle sue perdite.

CAP. XXVI. *O Nox illa æternis sæculis monumentisque mandanda ! Cùm* (a) *spiris tenebrisque congressis Fortuna totum liceret , tu tamen , Imperator , non intutior tempore ,*

CAP. XXVI. O Notte da registrarsi in eterne memorie per tutt' i secoli! Quando in mezzo a tenebre e a confusioni era sol' arbitra la fortuna, Voi però, Imperadore, quanto mal

a *Spiris, tenebr.* Retinere malui vulgatam lectionem, quàm emendare cum *Puteano*, & *P. de la Baune*, *spissis tenebris*. Non est novum durioris phrasis in hisce Orationibus exemplum, in hac præcipuè, quæ longè barbaro dicendi genere abundat. Legimus & apud *Ennium* ; *Spiras legionibus nexunt*, quod appositè adnotat *Livinejus*, quidquid dicat *Gruterus*.

In-

re, quàm Deo tectior, ſæviſſimo hoſti multus (a) *inſtares; & libertate cædis exultans donum noctis duceres quòd pugnantem nemo ſervaret. Per infeſtas acies interritus vadis; denſiſſima quæque perrumpis, deiicis, proteris.* (b) *Mortis decus perdunt, quos ignoratus affligis; niſi quòd te ipſa vis tua cogit agnoſci. Nihil enim te promovent tubarum fracta voces, horrendus militum clamor, permiſſa caſibus vulnera, illiſi cominus gladii, cadentium graves gemitus, arma latè ſtrepentia, & in unum quendam ſonitum diverſi fragoris acta confuſio, quòd hæc omnia aut virtus negligit aut ira non ſentit. Nox ipſa, juſtiſſima bellantibus cauſa terroris, vehementiorem te agendis ſtragibus fecerat: Quod ſolum enim virtutis tuæ impedimentum eſt, miſerationem tenebræ non habent; ut intelligi liceat quantum illo in bello vis tua perfecerit,* (c) *pietate non retentâ, & majeſtate ſecurâ. Prælio vix multâ nocte confecto, feſſus cædibus, anhelus ex bello, cruore oblitus, ſed hoſtili, ad obſidionis vigilias recurrebas. O Fortuna! O prapotens Roma! Quam tu unquam gratiam pro tantis his laboribus referes? Niſi quòd indulgentiſſimus Princeps, tanquam hoc*

mal ſicuro in quel bujo, altrettanto più difeſo da Idio, battevate il nimico fieriſſimo cõ tuttoil vigore, e con liberamente farne ſtrage, mercè della notte, nella quale non vedeavi alcuno a combattere. Vi lanciate ſenza timore in mezzo a' nimici; sbaragliate, atterrate, calpeſtate le file più folte. Perdono l'onore della ſua morte coloro, che ſenza conoſcervi ſotto vi cadono, ſenonchè la ſteſſa voſtra forza vi fa diſtinguere. Nè vi ſgomenta il rotto ſquillar delle trombe, l'orrido gridar de' ſoldati, il lanciarſi accaſo de' colpi, le ſpade che ſi odono colpir da vicino, i gravi ſinghiozzi de' cadenti, il vaſto romore delle armi, e la confuſa meſcolanza de' varj ſtrepiti in un ſol ſuono; che ciò o il valore non cura, o non diſtingue la rabbia. La notte ſteſſa, ch'è la più giuſta cagione di ribrezzo per chi combatte, aveavi più adizzato alle ſtragi; poichè non dan luogo le tenebre alla pietà, ch'è il ſolo ritegno del valor voſtro, onde ſi poſſa conghietturare quanto operaſſe il voſtro braccio in quella battaglia, in cui e la maeſtà fu ſicura, e la pietà nõ ebbe luogo. Finita la miſchia appena dopo il più della notte, ritornavate ſtanco di ſtragi, anſante di fatica, bagnato di ſangue, ma de' nimici, a vegliare all' aſſedio. O fortuna! O Roma potente! Come ricompenſerai fatiche

a *Inſtares.* Sunt qui legant *inſtare*, & mox *ducere*. Ego nihil immuto.

b *Mortis decus.* Decorum enim viri fortis telo cadere, nec plebejâ perire manu. Sententia ab omnibus ferè Poetis expreſſa. *Ovid. Metam. l.* 11: *Solamen habeto Mertis, ab Æacidâ quòd ſis jugulatus Achille.* Sic *Virgil. l.* 10; *Æneæ magni dextrâ cadis.*

c *Pietate non ret.* Quia non videbat, quibus ignoſceret.

Inha-

hoc ipsum tibi debeat, eò cariorem habet, quò majore labore servavit.

che sì grandi? Senonchè il Principe benignissimo, come se ti fosse così debitore, tanto più ti gradisce, con quanto maggiore stento ti conservò.

CAP. XXVII. *ET quoniam me ad Urbis commemorationem fors quædam insulit, non rerum ordo deduxit, neque revocare inde orationem fas est, quò jamdudum contenta veniebat, præterco te, Aquileja, te, Mutina, cæteraſque regiones, quibus propter insecutas incredibilium bonorum commoditates gratissima fuit ipsius oppugnationis injuria. Senserunt enim, translatis ad fortissimum Principem fortunarum suarum gubernaculis, quàm facilè omnia ad salubrem cursum redirent, quæ ita deferebantur, ut mox, aut malorum omnium scopulis illiderentur, aut miseriarum vadis adhærescerent. Præterco, inquam, & hæc, & alia complura, quorum est & sigillatim onerosa moles, & omnium simul acervus onerosior. Nam quæ diducta ferre nequeas, his congregatis subire spei importunioris est, quàm fiduciæ promptioris. Recuperatâ igitur Italiâ, hic primus fuit liberandæ Urbis gradus, & ad victoriam facilis adscensus, quòd illum semper exedendæ Urbis viscеribus (a) inhærentem ex assuetis latebris vis divinitatis excussit. In quo quidem tantum momenti fuit ad perficienda rei facilitatem, ut non tam*

CAP. XXVII. E Giacchè accesso, non per ordine di materia, nominai Roma, nè conviene che io ritiri il discorso di là, dove di buon grado istradavasi, vi lascio, o Aquileja, o Modona, ed altri luoghi; cui a cagione de' vantaggi incredibili che ne seguirono, piacque altamente l'oltraggio di essere assediati. Imperciocchè, posta in mano del Principe valorosissimo la direzione della loro fortuna, provarono come facilmente sieli rimessa in felice strada ogni cosa, che già si stava in politura, o di urtare nelli scogli di tutti i mali, o di arenare nelle miserie. Lascio, dissi, le cose già dette, ed altre più, delle quali il carico pesa troppo se ad una ad una, e più se tutte unite le prendo; sendo anzi forsennata speranza, che ardito coraggio il caricarsi di tutto insieme quel peso, che non puossi portare diviso. Racquistata dunque la Italia, il primo passo a liberare Roma, e il facil mezzo per vincer si fu; che colui sempre attaccato alle viscere che rodea della stessa, fu da una certa forza divina cavato da' soliti suoi nascondigli; cosa d'importanza sì grande per facilmente ultimar la bisogna, che non dovete, grande Imperadore, vantar-

a *Inhærentem.* Consonant dicta superiori *Panegyr. cap.* 14.

Sta-

tam gloriandum ſit virtuti tuæ, præſtantiſſime Imperator, quòd eum viceris, quàm gratulandum felicitati, quòd ad pugnam potueris evocare.

CAP. XXVIII. *Non enim caſu, non fiducià factum putemus, ut ultrò etiam exercitum educeret adverſùm eum, cujus adventus ſtridorem ipſum perhorreſceret, niſi animum jam metu devictum infeſtior Deus, & pereundi maturitas perpuliſſet; quòd ipſa ratio diſponendi exercitus docuit illum mente perditâ, implicatoque conſilio, cùm eum pugnæ locum caperet, ut, interclusâ fugâ, moriendi neceſſitatem imponeret, cùm ſpem victoriæ non haberet. Quod quidem Imperatori noſtro optandum largiter fuit, qui hoc uno maximè offenditur, ſi certamen lubricum faciat ſpes prompta fugiendi. Relaxaverit acies, aut frons impulſa titubaverit, fiducia manuum ad pedes migrat. Non amat, Imperator, bella, niſi ferventem hoſtem in gradu ſuo præciſa fuga teneat, ut aut ferro concidat, aut miſeratione ſervetur. Apud Tiberim igitur ſuos inſtruxit, ſic ripæ locatos, ut ultimorum veſtigia præſagio quodam eventuræ cladis unda fatalis allueret; ita verò multitudine ſuppeditante, ut ultra quàm viſus agi poſſet extenta acies pertineret; non quo frons imbecillâ tractu invalido duceretur, ſed tantâ ſubſidiorum atque ordinum confirmatione, ut acies non porrectior quàm robuſtior murum utrin-*

tarvi tanto del valor voſtro per averlo vinto, quanto rallegrarvi della voſtra felicità per averlo potuto ridurre a combattere.

CAP. XXVIII. NE poſſiamo già credere che per caſo o per coraggio abbia condotto fuori primo l'eſercito contro di Voi, alla ſola fama del cui arrivo raccapricciavaſi, ſe Idio a lui contrario, e la voglia di preſto morire non lo aveſſe ſpinto a ciò fare. E già ben' egli ſi vede dal modo dello ſchierarſi, ch' egli era privo di ſenno, e confuſo in riſolvere; poichè piantoſſi dove, ſerrato ogni ſcampo, gli era forza di morire quando non aveſſe potuto più ſperare vittoria. Così appunto bramavaſi dal noſtro Principe, che molto ſi offende, ſe la ſperanza di facilmente fuggire rende men ſalde le battaglie. Ove ſi rompan le file, o ne vacilli la vanguarda, paſſa il coraggio delle mani ne' piedi. Non amate, Imperadore, le guerre, ſe il nimico, troncato ogni ſcampo, non arde sì nel ſuo poſto, che o cada ſotto il ferro, o reſti preſervato colla clemenza. Schierò dunque i ſuoi in riva al Tevere in guiſa, che gli ultimi con un certo preſagio della ſtrage avvenire erano bagnati dalle onde fatali; sì numeroſi però, che giugnea il campo a più che ſtender ſi poteſſe la viſta, con vanguarda lunga bensì, ma non debole, con file sì ordinate e sì forti di combattenti, che l'eſercito non meno lungo che ſaldo ſembrava una muraglia per ogni lato,

non

utrinque præberet, quòd eam nec constipatio contraxisset, nec longitudo tenuaret.

CAP. XXIX. *Prætermittam hoc loco, Constantine maxime, disponendi militis tui miram incredibilemque rationem; hoc enim persequi vellem, quem tenuisset locum cœlestis exercitus dicere, quanquam non illos arbitror stetisse, nisi tecum; difficillimam enim pugnæ partem tibi diligis, & tanquam pro fortunæ gradu modus virtutum debeatur, ita inter tuos non vis principatu magis excellere, quàm labore. Cumulatissimum quidem Principis munus est, si manu cessat, non cessasse consilio; sed tu, non segnior gerere quàm jubere, simul exercitus tuos monitu regis, opere juvas, incendis exemplo; quod hic etiam facis promptius quàm in cæteris prœliis, quòd in præsenti erat tam ampla pugnæ merces, quàm pugnator illustris, & (a) statim Roma victoris. Cujus rei cùm imaginem cepi, dicturus horresco. Invadis primus aciem, solus irrumpis; obumbrant cuntem telorum irriti jactus, sonat ictibus umbo securus. Hos, quos trabalis hasta deiicit, insultans (b) ferus proterit. Fulget nobilis galea, & coruscâ luce gemmarum divinum verticem monstrat. Auro clypeus, auro arma collucent. O quantam vim possi-*

non avendolo, nè la unione ristretto, nè la lunghezza infiacchito.

CAP. XXIX. Lascierò quì, o Costantino, la maravigliosa, ed incredibile maniera con cui vi schierarste, chea questo passo dir vorrei dove fiesi fermata quella squadra celeste; sebben credo, non essere stata dessa, se non con Voi, che vi sceglieste il più azardoso posto della battaglia; e come se a misura della fortuna tanto di virtù impiegar si dovesse, così fra' vostri non volete più distinguervi nella sovranitade, che nello stento. L'officio veramente più alto di un Principe egli si è non mancare nel consiglio, ove manchi ne' fatti; ma Voi niente più pigro in operare che in comandare, reggete cogl'insegnamenti, ajutate colle opere, accendete i vostri eserciti coll'esempio; vie più ora poi, che dovea essere sì grande il premio della battaglia, com' era insigne chi combatteva, e che Roma dovea tosto essere del vincitore. Quando vi ripenso in quell'atto, a dirlo mi raccapriccio. Attaccate primo i nimici, li urtate solo; vi tolgon di vista i dardi indarno scagliativi contro; risuona sicuro a' colpi lo scudo. Calpesta l'orgoglioso destriero quegli, che atterra l'asta smisurata; sfolgora il nobil elmo, ed a luce di gemme risplendentissime fa spiccare la sacra testa. Di oro lo scudo, di oro le armatu-

a *Statim R. v.* Roma confestim esse debebat ejus, qui prælio vicisset.
b *Ferus.* Equus; poetice dictum.

Sum-

possides virtus, qua in hoc habitu plus terroris præferas, quàm decoris! Secuti hunc ardorem fortissimi milites, & dignos se ductu ejus imperioque testati, sic viritim laboraverunt, quasi (a) *summa res singulorum manu niteretur.*

matute risplendono. Quanta si è la tua forza, o valore, che in tali arnesi porti con te più terror, che ornamento! Seguendo cotanto ardore i valorosi soldati, e dimostrandosi degni di essere da lui condotti, ed a lui ubbidire, faticarono tutti in modo, come se la cosa a ciascheduno di loro si fosse appoggiata.

CAP. XXX. *NOn commemorabo hic tectas continuis stragibus ripas, non opletum acervis corporum Tiberim, & inter congestas altè cadaverum moles ægro nixu, ac vix* (b) *eluctantibus gurgitibus exeuntem, quòdque illum ipsum Tyrannum non mors virilis, sed fuga turpis prodidit, & dignum ignavia & savitia exitu fluctus sanguinei necaverunt. Perstringi hæc satis est, quòd &* (c) *pridie prolixiùs mihi dicta sunt, neque pro dignitate exequi copia est; & nè pugna raptim gesta diutius narrata, quàm confecta videatur. O si nunc mihi facultas daretur sermonis pro rerum dignitate figurandi! Adhiberem omnes flosculos, & abuterer exquisito quodam lepore, ac venustate dicendi. Jam strepitus Martis, jam tubarum sonores festivis vocibus, & resultanti favore mutantur. Dicen-*

CAP. XXX. NOn rammenterò, che si vestirono di stragi tutte le rive; che il Tevere si riempiè, e si ammontò di cadaveri, onde appena fiaccamente scorrea con tutto il furor de' suoi vortici; che il Tiranno medesimo la finì, non con una morte da valoroso, ma con una fuga vilissima; e con un fine ben degno della sua codardia, e crudeltà nell'onde insanguinate restò affogato. Basta ristrignere questo fatto; e perchè già jeri più stesamente ne favellai, nè posso rapportarlo come dovrebbesi; e perchè non sembri, essersi speso più tempo in descrivere una sì presta battaglia, che ne abbia speso la stessa in seguire. Oh se potessi abbigliar'ora il discorso giusto il merito delle cose, come vi spargerei tutt'i fiori, ed userei liberamente una rara grazia e leggiadria di parole! Ma i romori di guerra, ed il suon delle trombe cambiansi in allegre vo-

a *Summa res*, &c. Sensus; quasi rei summa, & victoria ex uniuscujusque illorum sigillatim dextrâ penderet.

b *Eluctant*. Simile quid *Pacat. Pan. c.* 34, ubi vide adnotata.

c *Pridie*. Alii *pridem*. Ansa hinc *Puteano*, & P. *de la Baune* Orationem superiorem Nazario attribuendi, conjecturâ tamen meo judicio nimis infirmâ; nam videtur mihi sanè stilus longè diversus, necnon & latinæ linguæ usus in Nazario nostro durior, & impurior, ac in præcedentis Orationis Auctore.

cendus in Urbem ingreſſus eſt Imperatoris ; & in exprimendo Senatus Populique Romani maximo gaudio ingrata , niſi & ipſa laſciviat oratio . Nullus poſt Urbem conditam dies Romano illuxit Imperio , cujus tam effuſa , tamque inſignis gratulatio aut fuerit , aut eſſe debuerit ; nulli tam læti triumphi , quos annalium vetuſtas conſecratos in literis habet .

voci, e in applauſi. De' mentovarſi l'entrata in Roma dell'Imperadore ; ed è ingrato il diſcorſo , ſe in eſprimere il giubilo sì grande del Senato e del Popolo non iſcherza ancor' eſſo . Non iſpuntò a Roma dopo la ſua fondazione giorno , che abbia avuta , o dovuta avere una sì piena ed inſigne allegrezza ; nè fu mai sì lieto verun trionfo , fra quanti ne tengono conſecrati colle lettere gli antichi annali .

CAP. XXXI. *NOn agebantur quidem ante currum* (a) *vinctli Duces , ſed incedebat tandem ſoluta Nobilitas : Non conjecti Barbari in carcerem , ſed deducti e carcere* (b) *Conſulares : Non captivi alienigenæ intravitum illum honeſtaverunt , ſed Roma jam libera : Nihil ex hoſtico accepit , ſed ſeipſam recuperavit ; nec præda auctior facta eſt , ſed eſſe præda deſivit ; & quo nihil adici ad gloriæ magnitudinem majus poteſt , imperium recepit , quæ ſervitium ſuſtinebat . Duci ſanè omnibus videbantur ſubacta vitiorum agmina , quæ Urbem graviter obſederant ; ſcelus domitum , victa perfidia , diffidens ſibi audacia , & importunitas catenata . Furor vinctus , & cruenta crudelitas inani terrore frendebant ; ſuperbia , atque arrogantia debellata ; luxuries coercita , & libido conſtricta nexu ferreo tenebantur .*

CAP. XXXI. NOn ſi ſtraſcinavano, è vero, inceppati dinanzi al cocchio Generali nimici, ma vi camminavano Nobili ſcatenati: Non s'imprigionarono Barbari, ma ſi ſprigionarono ſuggetti Conſolari: Non abbellirono quell' entrata ſchiavi ſtranieri, ma Roma ormai libera: Eſſa nulla tolſe a' nimici, ma racquiſtò ſe medeſima; nè riportò una ricca preda, ma finì ella di eſſerlo ; riebbe finalmente l' Imperio deſſa , che ſtavaſi in vaſſallaggio , gloria , che non può eſſer maggiore . Parea ad ognuno , che ſi ſtraſcinaſſero ſoggiogati a ſchiera que' vizj , che aveano aſſediata Roma con tanto ſuo danno ; la ſcelleratezza domata , la miſlealtà vinta , l' orgoglio già intimorito , la inſolenza incatenata . Digrignavano con terror vano fra le ritorte la rabbia , e la crudeltà ſanguinaria:

Se-

L'al-

a *Vinctli Duces* . Hoſtium bello capti , ut moſ olim triumphantibus.

b *Conſulares* . Quos Maxentius in vincula conjecerat . Quare *Prudentius , l. 1. adv. Symm.* ad Romam ; *Lugebas longo damnatos carcere centum , Ut ſcis ipſa , Patres* .

Ca-

Sequebatur hunc comitatum ſuum Tyranni ipſius teterrimum (a) caput; ac, ſi qua referentibus fides eſt, ſuberat adhuc ſævitia, & horrenda frontis minas mors ipſa non vicerat. Iniiciebantur vulgo contumelioſiſſimæ voces; nam & ludibriis oppreſſoris ſui auſpicari libertatem juvabat, & mirâ cum voluptate conceptus (b) e vitâ terror inſultatione interitus obterebatur.

L'alterezza, la preſunzione fiaccate; L' intemperanza, la libidine raffrenate ſtavanſi in ceppi. Seguiva queſto accompagnamento l'orrido capo del Tiranno medeſimo; e ſe alle nuove de' crederſi, ne uſciva di eſſo ancora la crudeltà; nè avea vinte la ſteſſa morte le minacce di quella orrida fronte. Lanciavanſi voci di obbrobrio dal volgo, che godea d'incominciare la libertà dallo ſprezzo dell' oppreſſore; e col ludibrio della ſua morte calpeſtavaſi a tutto giubilo lo ſpavento provato già lui vivente.

CAP. XXXII. *Quis triumphus illuſtrior? Quæ ſpecies pulchrior? Quæ pompa felicior? Dicam itaque, Imperator, quo uno fatis mihi videor divinam gloriam tuam ſignificaturus, quot in illo turpitudinum notas extinxeras, tot in te laudum inſulæ reſulſerunt. Fraudari indulgentiſſimus Princeps eâ gratiâ neminem voluit, quominus omnia, quò odium ejus pervaſerat, ſpectaculum Tyranni funeris expiaret. Ubique jam quidem lætitiam geſta rei diffuderat fama velox, & ad celeritatem nuncii (c) pennata victoria; inſequebatur tamen uberiore cum gaudio ipſius rei fructus, quòd ad animum langui-*

CAP. XXXII. Qual trionfo più nobile? Qual più bello ſpettacolo? Qual pompa ſi fu mai più felice? Dirò dunque, Imperadore, e con ciò parmi di eſprimere baſtevolmente la voſtra gloria divina, che quante macchie di vizj in lui cancellaſte, tante corone di lode in Voi sfolgorarono. Non volle il benigniſſimo Principe, che alcun ſi frodaſſe di quella grazia, perchè alla viſta del funerale del tiranno ſi purgaſſe ogni luogo, dove l'odio di lui foſſe giunto. Aveano già ſparſa per tutto l'allegrezza del fatto la fama veloce, e la vittoria per più affrettarne gli avviſi impennataſi; ſeguiale però con più giubilo il frut-

a *Caput*. Vide dicta *Paneg. antec. cap.* 18.
b *E vitâ*. Vivente Maxentio; e vità nempe tyranni.
c *Pennata victor*. Ex Poetarum commento, quod præter Mythologos referunt nobis etiam innumera Numiſmata. Unum exhibeo Neronis typo elegantis: Victoria dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam gerit, *Tab.* 5, *num.* 1. Vide & *Tab.* 4, *n.* 10, & 11.

guidiùs (a) *accedunt, quæ aurium viâ manant, quàm quæ oculis hauriuntur. Itaque tanti per Italiam concursus hominum excitabantur, tanta ex oppidis effusiones, ut facilè anteacti terroris testificatio in præsenti exultatione luceret. Pari studio missum ejusdem Tyranni ad* (b) *permulcendam Africam caput, ut quam maximè vivus affixerat, laceratus expleret; & nondum satis tempestivo mari, affuerunt tamen navigantibus felices auræ, & fluctus secundi, beatissimamque victoriam ipsa etiam elementa juverunt. Caput, in quo* (c) *titulus tantæ laudis circumferebatur, reddidit Tiberis, prosecuti sunt venti, maria servarunt. Quonam modo te, potens Africa, quanto lætitiæ fremitu, quàm insolenti voluptate jactasti? Nihil quippe est immoderatius, quàm post longam tristitiam repens gaudium. Impetu suo fervet, nec, ut primum liberum, continuò defæcatum statim purum est. Nam, ut fistulæ, cùm diu intercepta sunt, exitu dato, quò largiores, eò crassiores aquas evomunt, sic vota hominum metu interclusa turbidè aliquid egerunt, cùm cumulata eruperunt.*

frutto del fatto stesso, arrivando all'animo più freddamente quanto per le orecchie, che quanto per gli occhi gli si spedisce. Vedeansi perciò per la Italia ragunanze sì numerose di gente, e stuoli che uscivano delle città in numero così pieno, che ben leggesi in que'rallegramenti la testimonianza dello spasimo trasandato. Mandaste con bontà eguale la testa dello stesso Tiranno nell' Africa per mitigarla; perchè colui, che vivendo aveala flagellata cotanto, la fattollasse sbranato: E benchè il mare non fosse ancora da navigarsi, felici però furono i venti, e favorevoli l'onde; e beneficarono una sì beata vittoria gli stessi elementi. Quel capo, che portava seco una divisa di sì alto pregio, fu renduto dal Tevere, accompagnato da'venti, preservato da'mari. Con che voci di giubilo, di che strano piacer ti scuotesti, Africa poderosa? Non v'ha cosa più smodata di un'allegrezza improvvisa dopo una lunga malinconia. Bolle di empito, nè, come il vino novello poichè depose le feci, tosto chiaro diventa. Imperciocchè, come nell'aprirsi i cannelli per lungo tempo turati, quanto son'essi più larghi, tanto più impura l'acqua ne sgorga, così le brame degli uomini oppresse dallo spavento ravvolgono qualche torbido, se tutte sboccano ad una volta.

Que-

a *Accedunt*. Sic legunt *Vaticani Codices*, & unus aut alter impressus. Alii legunt *descendunt*. In aliis corrupte est *decedunt*. Congruit hic locus cum illo *Horatii, l. de Ar. Poet. Segnius irritant animos demissa per aures, Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus.*

b *Permulcendam Afric.* Præcipuum Constantini erga Africam amorem exhibent Nummi ab Occone citati, in quibus legitur *Conservatori Africæ Suæ*, & *Conservat. Kart. Suæ*.

c *Titulus*. Nomen Imperatoris.

Exan-

CAP. XXXIII. *Hæ victoriarum gratulationes ; nec minùs uberes fructus reliquarum virtutum fuerunt . Implicatam quidem , atque obſitam Urbem graviſſimis malis evoluerunt indefeſſa vis , atque eximia fortitudo , ſed quantum boni prudentia excogitavit , benignitas & clementia contulerunt : Quorum quid magis juverit difficilis æſtimatio eſt ; nam & calamitate obſeſſis finis eſt voti miſeriâ liberari , & mox vacuitas miſeriarum parum grata eſt , niſi lætitia conſequatur . Ita pro ſe quaque officiis ſuis functa fortitudo & liberalitas Imperatoris, cumulatiſſimam Urbis beatitudinem* (a) *exhauriendâ , & congerendis commodis reddiderunt . Facilior quidem , & multò proclivior ladendi quàm commodandi ſemper eſt via , vulnerare integrum , quàm ſauciato mederi , diſſipare rapta quàm divulſa componere ; ceſſit tamen rerum hac conditio Principi noſtro ; nam quidquid mali ſexennio toto dominatio feralis inflixerat , bimeſtris ferè cura ſanavit . Sanavit dico ? Redintegratio ſtatus priſtini permulcendo dolori ſatis eſt , non & arceſſenda gratulationi ; nec amplius poſtules , quàm ut eum ſui non pœniteat , qui non ſolummodo id egit , ut recuperatis , quæ amiſerat , non doleret , ſed etiam ut novorum adoptione gauderet . Præterea privatim red-*

CAP. XXXIII. Queſte ſi furono le gioje per le vittorie ; nè men fecondi furono i frutti delle altre virtù : Svilupparono Roma involta, e guaſta dà malori graviſſimi un non mai ſtanco valore , ed una coſtanza ſingolare; ma quanto di bene ſi diviſò da un ſavio conſiglio, ciò tutto fu eſequito dalla benignità, e dalla clemenza. Ed è difficile da ſtimarſi qual'abbia giovato più ; mentre e chi ſtà in mezzo le ſciagure null' altro brama che l' eſſerne ſciolto, e l'eſſerlo è poi poco grato , ſe non vi ſuccede qualche contento . Così la fortezza, e la liberalità dell'Imperadore, impiegateſi ognuna dal canto proprio, reſtituirono a Roma una piena felicità , con votarla di mali, e ricolmarla di beni . Ed invero ſempre più pronta e facile ſi è la ſtrada di offendere, che di giovare, di ferire un ſano, che di medicare un ferito, di fare in pezzi ciò che ſi afferra, che di riunire ciò che ſi ſmembra: Cedette però al noſtro Principe queſta legge; poichè quanto di male avea cagionato una crudele tirannia di ſei anni, ſi riſanò in poco più di due meſi . Che dico ſi riſanò ? Per mitigare il dolore baſta il rimetterſi nello ſtato di prima , ma ciò non baſta per ripigliar l'allegrezza . Ora nulla de' ricercarſi di più , ſenonchè non abbia a pentirſi di quanto fece chi, non ſolamente fece che l' infelice non aveſſe a dolerſi dappoi avere ricu-

a *Exhauriendâ* . Coniiciunt omnes addendam vocem , *calamitate* , aut quampiam ſimilem ; & rectè, nam alioquin ſenſus mutilus eſt .

reddita omnibus patrimonia, quos illa monstruosa labes extorres domo fecerat; fratereo, inquam, quia vix sufficit oratio facta publicitùs explicare: Quanquam cùm ex singulis sit coagmentata Respublica, & quidquid in eam conferatur ad omnes proportione permanat, & vicissim necesse est, quod sigillatim omnes adipiscuntur, in commune Reipublicæ redundare.

ricuperato il perduto, ma che ancora si rallegrasse per l'acquisto di nuovi beni. Lascio l'essersi restituiti i patrimonj ad ogni privato, cacciato ramingo da quella peste mostruosa; lo lascio, dissi, perchè a ridire quanto faceste in pubblico appena basta il discorso. Sendo però composto il pubblico di particolari, quanto gli si dà, fra tutti a proporzione si riparte; e così pure bisogna, che ricada in pubblico beneficio quanto da ogni privato si acquista.

CAP. XXXIV. *JAm illa vix audeo de tanto Principe commemorare, quòd nullam matronarum, cui forma emendatior fuerit, boni sui pigniit, cùm sub abstinentissimo Imperatore species luculenta non illecebrix licentiæ esset, sed pudoris ornatrix: Quæ sine dubio (a) magna, seu potius divina laudatio, sæpe & in ipsis etiam Philosophis, non tam re exhibita, quàm disputatione jactata. Sed remittamus hoc Principi nostro, qui tam temperantiam ingenerare omnibus curavit, ut eam non ad virtutum suarum decus adscribendam, sed ad naturæ ipsius honestatem referendam arbitremur. Quid (b) facilem aditus; quid aures patientissimas; quid benigna responsa; quid vultum ipsum augusti decoris gravitate, hilaritate permixtâ, venerandum quiddam & amabile renidentem, quis dignè exequi*

CAP. XXXIV. RAmmentar poscia di sì gran Principe, che a niuna matrona dotata di bellezza dovè rincrescere il suo bel pregio, lo ardisco appena; sendo sotto di un'Imperadore sì casto, non mantice alla licenza, ma ornamento del rossore un bel volto: Lode, che senza dubbio grande od anzi divina, sovente fu fra gli stessi Filosofi, non solo professata co'fatti, ma disputata con le parole. Ma doniamo ciò al nostro Principe, che brama d'innestare in tutti la temperanza; onde non pensiamo già, che debba aggiugnersi dessa a lode delle sue virtù, ma riferirsi ad onestà di natura. Che dirò della facilità in dare udienza? Delle orecchie sì tolleranti? Delle riposte cortesi? Quello stesso volto, che misto di maestoso splendore, e di giovalità risplende sì, che merita venerazione ed amore, chi mai degnamente potrà descrivere? Era sì fat-

a *Magna.* Dignissima Principe inquit *Lipsius*, *Monit.* c. 17.
b *Facilem ad.* Laus hæc pariter inter principales, quam & de Theodosio *Pacat. Pan.* 21 prædicat.

Ex

qui possit? Quarum rerum miraculo sic omnes devinciebantur, ut non tam omnes dolerent, quòd illum Tyrannum tam diu tulerant, quàmquòd tali Principe tam serò fruerentur.

fattamente legato ognuno da questi miracoli, che non lagnavasi tanto di aver pazientato quel Tiranno così alla lunga, quanto di sì tardi godere un cotal Principe.

CAP. XXXV. *Longum est ex illo percensere beneficia Principis, qua in orbem sine modo redeuntia, contexta ejus benignitate fulserunt, ita infinita numero, commodis magna, ut nunquam oblivione gratiam obductura sit vel multitudo omnium, vel utilitas singulorum. Sensisti, Roma, tandem arcem te omnium gentium, & terrarum esse reginam, cùm (a) ex omnibus provinciis optimates viros Curiæ tuæ pignoraveris; ut Senatus dignitas non tam nomine, quàm re esset illustrior, cùm ex totius orbis flore constaret. Populi verò Romani vis illa, & magnitudo venerabilis ad imaginem antiquitatis relata, non licentiâ effrenis exultat, non abjecta languidè jacet, sed sic assiduis divini Principis monitis temperata est, ut, cùm ad nutum ejus flexibilis & tenera ducatur, morigeram se non terrori ejus præbeat, sed benignitati: Placidam quippe rerum quietem, & profundum Urbi otium gentes perdomitæ condiderunt. Vacat remissioribus animis (b) delectamenta pacis adhibere. Celeberrima qua-*

CAP. XXXV. EGli è lungo poscia il ridire i benefici fatti a Roma dal benignissimo Imperadore in tanta copia, e con sì grandi vantaggi, che non se gli scorderà mai, o la moltitudine di tutti, o il prò di ogni particolare. Ti accorgesti infine, o Roma, di essere il capo di tutte le genti, e la regina della terra, quando vedesti impegnati i più alti suggetti di ogni provincia nel tuo Senato, perchè risplendesse la di lui dignità, non meno che nella sostanza nel nome, avendolo composto del fiore di tutto il Mondo. Quella quantità poi numerosa e venerabil di popolo, divenuta ritratto dell'antichità, non tripudia con iscapestrata licenza, nè scioperata si giace, ma è così retta da' continui ricordi del divin Principe, che ad ogni cenno pieghevol' e tenera si arrende però alla di lui bontà, non mai alle minacce. Si stabilì una placida quiete di cose, e un'ozio profondo in Roma colla oppressione de' nimici. Possono gli animi più allegri godere in oggi le delizie della pace. Le fabbriche più celebri della città compariscono con

a *Ex omnibus Prov.* Constantini beneficentia, ac benignitas eò pervenit, ut alienigenas etiam Romanis honoribus decoraret, teste *Eusebio lib. 4. cap. 7.* Quod in ipso notatum a Juliano Imperatore, aperte incusante, *Quid Barbaros omnium primus ad usque fasces auxerat, & trabeas Consulares.* Verba sunt *Amm. Marcell. l. 21. c. 10.*

b *Delect. pacis.* Puta ludos, spectacula, & similia.

quaque Urbis novis operibus enitescunt ; nec obsoleta modò per vetustatem redivivo cultu insigniuntur, sed illa ipsa, quæ antehac magnificentissima putabantur, nunc auri luce fulgentia indecoram majorum parsimoniam prodiderunt. Circo ipsi Maximo sublimes porticus, & rutilantes auro columnæ tantum inusitati ornatus dederunt, ut illo non minùs cupidè conveniatur loci gratiâ, quàm spectaculi voluptate.

con nuove aggiunte; nè le antiche sole si abbelliscono di nuovi fregi, ma quelle stesse, che già stimavansi le più magnifiche, rilucenti di oro condannan'ora per troppo bassa la parsimonia de' tempi antichi. Gli alti portici stessi, e le indorate colonne del Cerchio Massimo furono di ornamento sì raro, che a folla quivi si corre più per solamente vedergli, che per lo diletto degli spettacoli.

CAP. XXXVI. *Tantorum Roma compos bonorum, quæ quidem ei sunt cum toto orbe communia, haurit insuper ingentis spei fructum, quem propositum sibi ex (a) Cæsaribus nobilissimis habet, eorumque (b) Fratribus, quorum (c) jam nomina ipsa veneramur, etsi vota nostra interim proferuntur. Nec Lacedæmoniis magis licuerit hoc instituto Rempublicam tueri suam, cùm Regem, nisi (d) ex stirpe Herculis non haberent. Tuos, Constantine maxime, tuos liberos, ac deinceps nepotes tecum optat, ut tantò a pluribus petantur, quantò ad ma-*

CAP. XXXVI. Beneficata Roma di beni sì grandi a lei communi con tutto il mondo, gode in appresso il frutto della grande speranza, che le recano i nobilissimi Cesari, ed i loro fratelli, de' quali ne veneriamo già i nomi come di Cesari, benchè ne formiamo sol'ora i voti. Non avranno saputo gli Spartani conservar meglio la loro Repubblica colla massima di non avere altro Re, che del casato di Ercole. Brama Roma, o grande Costantino, i vostri figliuoli, e poscia i nipoti con Voi, perchè sieno tanto più sospirati dagli uomini, a quanto maggiori cose essi nascono.

a *Cæsaribus*. Crispo, & Constantino Juniore.

b *Fratribus*. Constantio, & Constante, quorum omnium Numismata habes in Tabellâ præfixâ. Iisaddidi Delmatium etiam, & Anaballianum, seu Haniballianum, illum Constantini Magni ex fratre Haniballiano nepotem, Cæsarem ab eodem patruo creatum, hunc Delmatii fratrem, Regem Ponticarum Gentium dictum. Horum mentio fit apud *S. Aur. Vict. Zosim. l. 2, Anonym. de gest. Constant.*

c *Jam nomina*. Quos veneramur, tanquam jam nomine Cæsaris insignes, licèt adhuc non sint.

d *Ex stirpe Herc.* Ex Aristodemo enim, seu Aristomacho juxta *Æl. anum*, qui de Herculis progenie fuit. nati Euristhenes, & Procles, seu Patrocles, qui auspicia geminis familiis dedere, equibus Spartæ Reges continuâ serie profluxerunt. Fuse *Pausan. l. 3; Strabo l. 8*; è recentioribus *Meurs. Miscell. Laced. l. 3, cap. 9.* Vide etiam dicta *Pan. 2, c. 9.*

Vi-

majora naſcuntur. Declarant eæ rationem, cupiditatemque votorum facta Criſpi Cæſarum maximi, in quo velox virtus, ætatis morâ non retardata, pueriles annos gloriis triumphalibus occupavit; cujus ita jam uberes ſcatent laudes, ut plena poſſent videri, niſi capiſſe & partem cogitaremus; qui quidem nunc nobiliſſimus Cæſar venerandi Patris, Fratrum, ſuorumque omnium fruitur aſpectu, ſeque fruendum omnibus præbet. Crudâ adhuc hieme iter gelu intractabile, immenſum ſpatio, nivibus infeſtum incredibili celeritate confecit, ut intelligamus, alacritatibus nihil aſperum, qui ipſam, quam a ſuis petebat, tam laborioſam inſtituerit voluntatem.

no. Ecco dimoſtrano la giuſtizia de' noſtri voti ardentiſſimi le impreſe di Criſpo, il maggiore de' Ceſari, in cui il valore non trattenuto dall' età vinſe colle glorie e cogli trionfi gli anni della fanciullezza. Deſſo abbonda già tanto di lodi, che potrebbe parerne ricolmo, ſe non ripenſaſſimo, che ne incominciò ſolo una parte. Deſſo, il più nobile ora fra' Ceſari, gode in vedere il Padre venerabile, i Fratelli, i ſuoi tutti; e fa ſe ſteſſo godimento di ognuno. Ne' rigori del verno compiè con incredibile preſtezza un viaggio di ghiaccio impraticabile, lungo ſenza miſura, travaglioſo per le nevi; onde intendiamo, niente eſſere ſcabroſo agli ſpiriti pronti, avendo egli avvezzato a ſtenti sì grandi, come bramava, l' animo ancora de' ſuoi.

CAP. XXXVII. *QUa tuum, Conſtantine maxime, mite pectus inundavit gratulatio, cui tanto intervallo videre Filium licuit, & videre (a) victorem? Narravit utique exhauſta bella, & hoc ad ſuam gratiam, non ad ſui oſtentationem; qualis excipiendo hoſte, quàm reſiſtenti vehemens, quàm facilis ſupplicanti. Audivit hæc (b) Frater intentus, & puerilem animum ſpes lata, & blanda gaudia titillarunt; cùmque miraretur Fratrem, etiam ſibi favit, quòd ex annis ejus quàm*

CAP. XXXVII. CHe allegrezza, ò gran Conſtantino, inondò il voſtro petto amoroſo, quando dopo tanto tempo vi toccò vedere il Figliuolo, e vedervelo innanzi vincitore? Vi raccontò egli le guerre paſſate, e ciò per pura ſua gentilezza, non mai per vantarſi; come affrontò i nimici; come gl' incalzò reſiſtenti; come aſcoltò facile le loro ſuppliche. Si fiſsò ad udirlo il Fratello; ed allettarono l'animo di quel fanciullo una lieta ſperanza, e un dolce contento; ed oſſervandolo conſolò ancora ſe ſteſſo, poichè

a *Victorem*. Sic *Cellarius*, aliique. Alii legunt *victoriam*, meo judicio minùs aptè.

b *Frater*. Conſtantinus Junior: Nam illa de Criſpo dicta, qui primâ juventâ vicit Alemanos.

quàm proximus tantæ gloriæ esset agnovit. Nunc te, Constantine maxime, omnes rogamus, cùm præsentem laudaveris, cùm jam Reipublicæ flagitanti, cùm Gallis desiderantibus reddes, iterum atque iterum moneas revertentem (neque enim persuaderi facilè potest) ut, si quando armis vestris contusa Barbaria aliquid tamen moverit, sit ille animo, sit consilio tui similis; temperet modo dextræ, manui parcat, & sit aliquid (quæsumus) in quo te iterum nolit imitari. Te verò, Constantine Cæsar, incrementum maximum boni publici, quibus votis amplectitur Romana felicitas, quæ de te tantum expectat, quantum (a) nomine polliceris? Et licèt ætas adhuc revocet ab imitatione virtutis paternæ, jam tamen ad pietatem ejus naturâ reducit. Jam maturato studio literis habilis; jam felix dextera fructuosâ subscriptione lætatur. Delegat multa indulgentissimus Parens; & quæ per te concedit, referri ad gratiam tuam mavult.

chè dagli di lui anni conobbe come vicino si fosse a gloria sì grande. Vi preghiam'ora tutti, o gran Costantino, che, dopo averlo in persona lodato, quando lo restituirete alla Repubblica che lo dimanda, a'Galli che lo sospirano, replicatamente lo avvisiate (che il persuaderlo non è sì facile) che se i Barbari domati dalle vostre armi facessero alcun movimento, sieli egli di viscere, e di risoluzioni simile a Voi; usi con moderazione la destra, trattenga la mano; e per grazia voglia di nuovo in qualche cosa non imitarvi. E Voi, o Costantino Cesare, che siete l'ingrandimento maggiore del pubblico bene, con quali voti vi abbraccia la fortuna di Roma la qual che da Voi tanto attende, quanto promettete col nome? E benchè la età vi trattenga dall' imitare ancora il valore del Padre, vi fa però giugnere alla di lui pietà la natura. Avanzatovi già negli studj acquistaste le lettere; già la vostra destra felice gode di maneggiar con frutto la penna. Più cose a Voi rimette il Padre benigno; e quanto per mezzo vostro concede, vuol'egli che anzi da Voi riconoscasi.

CAP. XXXVIII.

Quid igitur his temporibus fortunatius, cùm beneficio Constantini maximi, qui tam maturè nobis Cæsares dedit, utamur maximis eorum commodis, & integra ætas supersit? Nihil imminuitur, & plu-

CAP. XXXVIII.

Che possiam' or dunque bramar di più prosperevole, se mercè del gran Costantino, che ci diede i Cesari sì per tempo, ne riceviam'ormai da'medesimi bene sì grande, e tutta quasi la loro età de ne resta? Nulla si scema, e molto

(a) *Nemini*, Paterno, quo gaudes.

Exor-

plurimum ſumitur ; ut , cùm res largiter ſuppetat , ſpes tamen illibata permaneat . Quinquenniis igitur feliciter inchoatis , decennia Cæſarum nobiliſſimorum , ultra poſteros noſtros extendenda , quàm impensè rogare & orare nos conveniat , ipſis bonis temporum & Reipublicæ utilitatibus admonemur . Jacet in latere Galliarum , aut in ſinu ſuo fuſa Barbaria . Perſæ ipſi , potens natio , & poſt Romanam magnitudinem in terris ſecunda , amicitiam tuam , Conſtantine maxime , non minùs trepidè quàm amabiliter petiverunt . Nulla in terris tam ferox natio eſt , quæ te non metuat , aut diligat . Omnia foris placita , domi proſpera , annonæ ubertate , fructuum copiâ . (a) Exornatæ mirandum in modum , ac prope de integro conditæ civitates ; (b) novæ leges regendis moribus , & frangendis vitiis conſtitutæ ; veterum (c) calumnioſæ ambages reciſæ , captandæ ſimplicitatis laqueos perdiderunt ; pudor tutus , munita conjugia . Secura facultates ambitione ſui gaudent ; nec aliquis habendi quamplurimum metus , ſed in tantâ bonorum affluentiâ magna verecundia non habendi . Hic denique ſtatus rerum

to ſi coglie ; ſicchè abbondando i beni, intera reſtacene ancor la ſperanza. Incominciato dunque felicemente il cinquennio de'nobiliſſimi Ceſari, ci avviſa il vantaggio del tempo, ed il prò della Repubblica quanto ci convenga ſcongiurare il Cielo per lo diecennio, che a'noſtri poſteri poi ſi ſtenda. Giaccion', od in un'angolo delle Gallie, o dentro al loro proprio paeſe fiaccati gli Barbari. Chiedettero con non meno di ſpavento, che di affetto la voſtra amicizia, o gran Coſtantino, i Perſiani, nazionè potente, e la ſeconda in terra dopo la grandezza di Roma. Non v'ha popolo sì feroce, che non vi tema, o non vi ami. In città tutto è felice, con abbondanza di vittuaglia, e di frutti; fuori non v'ha coſa, che ſpiaccia. Sono abbellite a miracolo le città, e quaſi fabbricate da' fondamenti; ſtabilite nuove leggi per riformare i coſtumi, e per diſtruggere i vizj; tolte di mezzo le baratterie delle antiche calunnie, e ſpezzate le trame, onde allacciavanſi i ſemplici ; ſicura la caſtità, difeſi li maritaggi. Si godono in pace la loro ambizione le ricchezze private, nè haſſi a temere inpoſſeder moltoſanzi in sì gran ſoprabbondanza di beni egli è gran vergogna il non averne. Queſto final-

a *Exornatæ*, &c. Refert *Euſeb. VI. Conſt.* præcipuè *lib.* 3, quàm magnifico ille ingenio fuerit, & quanta conſtruxerit. Civitates etiam ab eodem ſcimus de integro penè reſtitutas Conſtantinopolim, & Helenopolim.

b *Novæ Leges*. Vide ſis apud *Euſeb. in l.* 2, *c.* 30, &c. Hinc Nummus etiam Conſtantino percuſſus, qui Sapientiam Principis repræſentat, in cujus medio Ara, cui inſidet noctua, ex tranſverſo haſtile quoddam, e cujus unâ parte clypeus, ex aliâ verò cauſis propendet; quæ omnia Minervæ, hoc eſt Sapientiæ, dicata eandem indicant. Vide *Tab.* 5, *n.* 2.

c *Calumn. amb.* Adnotavi *Pan.* 3, *c.* 4.

Ob-

rum est, ut (a) obtinendæ potiùs felicitatis votum geramus, quàm augendæ cupiditatis. Unum modò est, quo fieri posset Roma felicior, maximum quidem, sed tamen solum; ut Constantinum conservatorem suum, ut beatissimos Cæsares videat; ut fruendi copiam pro desiderii modo capiat; ut vos alacris excipiat, & cùm Reipublicæ ratio digredi fecerit, receptura dimittat.

finalmente si è lo stato delle cose, che bramiamo anzi di conservarci la presente felicità, che di accrescerne il desiderio. Una sola cosa, grande sì, però sola potrebbe rendere più felice Roma; cioè che possa veder Costantino suo conservatore, ed insieme i beatissimi Cesari; che a misura del desiderio possa godergli; che lieta vi riceva, e che quando le bisogne della Repubblica a partir vi costringano, vi accommiati ella per modo, che in brieve ne ritorniate.

a *Obtinendæ*. Hoc est servandæ, & fortiter tenendæ; quo in significatu verbum *obtinere* usurpari non novum puris etiam Latinis.

* EUMENII GRATIARUM ACTIO Flavienſium nomine CONSTANTINO AUGUSTO.

VIII.

CAP. I. SI (a) *Flavia Æduorum, tandem* (b) *æterno* (c) *nomine nuncupata, Sacratiſſime Imperator, commovere ſe funditus, atque huc venire potuiſſet, tota profectò co-*

RINGRAZIAMENTO DI EUMENIO Per nome della Città Di Flavia. A COSTANTINO AUGUSTO.

VIII.

CAP. I. SE la città degli Edui, chiamatasi finalmente col nome di Flavia, nome per lei di eternità, avesse potuto, Sacratiſſimo Imperadore, moverſi dalle fondamenta, e qui venire, vi ſpie-

* *Eumenii*. Orationem hanc, & geminas, quæ ſequuntur, Eumenii nomine inſcriptas, Eumenii non eſſe contendit acriter *Stephanus Pighius* in ſuo *Hercule Prodicio*. Et quidem ſi ad aliqualem ſtyli diverſitatem inter haſce, & illam pro Scholis attendamus, in Viri doĉti ſententiam abire procul dubio quaſi neceſſum erit. Cùm tamen Libri omnes conſentiant, ideo titulum mutare nolui, cùm parum intereſſit ſintne Orationes ipſæ Eumenii ejuſdem, an alterius Oratoris. Contendit iterum *Pighius* idem, non unius Oratoris, ſed triplicis eſſe orationem hanc cum ſequentibus, in quam quidem non ineptam opinionem ire penè non dubitarim, cùm, tum in ſtylo, tum in caractere varietas aliqua ſatis pateat, proximam præſertim ab hac legentibus. Hæc cum tertiâ mihi plus videtur convenire.

a *Flavia*. Credidere quidam, Flaviam hanc eam eſſe, quæ nunc *Flavigni* in Ducatu Burgundiæ; ſed ex hoc Panegyrico liquet, Flaviæ nomen aſſumpſiſſe urbem ipſam Auguſtodunum, quæ nunc *Autun*, in eodem Ducatu, ubi olim Ædui populi. Idem credidit & *Cellarius*, cui illi enter aſſentior.

b *Æterno*. Quo ſibi nomine immortalitatem pollicetur.

c *Nomine*. Flaviæ, a Flavio ſcilicet Conſtantino.

Or-

coram de tuis in se maximis pulcherrimisque beneficiis unâ voce loqueretur, tibique restitutori suo, immò, ut verius fatear, conditori, in eâ potissimùm civitate gratias ageret, cujus eam similem facere cepisti. Sed quoniam id non potest (gestit animo), quod natura non patitur, clamoresque suos, quibus quotidie laudes tuas tollit in Cœlum, exaudiri a te non sinit interjecta longinquitas sua, id quod fieri decebat, gaudiorum patriæ meæ nuncium sponte suscepi; ut essem jam, non privati studii literarum, sed publicæ gratulationis Orator. Nolui enim, Sacratissime Imperator, cùm in illo aditu Palatii tui stratum ante pedes tuos (a) ordinem indulgentiæ tuæ voce divinâ, porrectâque hac invictâ dexterâ sublevasti, Numini tuo gratias agere. Nec mihi verba, quamvis imparata, defuissent; (quis enim aut præparare se ad beneficia tam insperata potuisset, aut ab tantâ gratulatione cohiberet?) sed habui rationem loci, ac temporis; nè meus ille ardor animi, studiumque dicendi tibi quidem (quod mihi ad immortalitatem sufficeret) probaretur, sed propter assistentium paucitatem minùs, quàm te dignum esset, iret in populos; & te uno die de salute nostrâ multa tractantem moraretur oratio, quæ pro magnitudine

spiegherebbe ella dinanzi per verità a tutta voce gli alti e nobilissimi benefizi, che le faceste; e ringrazierebbe Voi suo restitutore, anzi, per meglio dir, fondatore in questa città, cui farla simile incominciaste. Ma perchè far non può ciò che la natura non vuole, e perchè la distanza de' luoghi non lascia udire le grida, con cui alza essa tutto giorno al Cielo le vostre lodi, hò io, festeggiando ella intanto coll'animo, preso spontaneamente come doveasi l'ufizio di rapportarvi il giubilo della mia patria, per essere non più un'Oratore privato di lettere, ma un pubblico Ambasciador di allegrezze. Nè hò già voluto, Imperador Sacratissimo, ringraziare la Maestà Vostra, quando prostesi a' vostri piedi sulla soglia del vostro Palazzo ci rizzaste colla voce divina della vostra benignità, e con cotesta destra invincibile che ci porgeste. E certamente mancate non mi sarebbero le parole, sebbene non istudiate (e chi avrebbe potuto apparecchiarsi a' benefici sì lontani dalla speranza, o contenersi in un'allegrezza sì grande?) ma ripensai al luogo, ed al tempo; perchè quella mia interna impazienza, e quella brama di lodarvi, benchè da Voi approvata, il che ad immortalarmi bastava, per iscarsezza però di assistenti non si pubblicasse meno, che conveniasi; e perchè, trattando Vo' in un sol giorno tanti affari a

a *Ordinem*. Aut vox hæc abundat, & *stratum* de Eumenio intelligendum; aut ordinis nomine credendum, innui Magistratum quempiam, aut Legatos, aut aliquem alium Civium ordinem, ante pedes Constantini stratum urbis suæ nomine, quod magis puto.

Hac

ne meritorum tuorum festinare non posset.

ri a prò nostro, non ve ne ritardasse una diceria, che per la grandezza de' vostri meriti non avrebbe potuto finire sì prestamente.

CAP. II. *NUnc itaque, cùm in (a) hac urbe, quæ adhuc assiduitate præsentiæ tuæ præ cæteris fruitur, (habebit enim felicitatis æmulam Flaviam nostram) totus tibi amicorum tuorum comitatus, & omnis Imperii apparatus assistat, & cùm omnes homines omnium ferè civitatum, aut publicè missi, aut pro se tibi supplices adsint, dicam, Imperator, ea, quæ libenter agnoscas, & cæteri nobis indulta non crederent, nisi te cognoscente dixissem. Primum, elt autem, Sacratissime Imperator, in agendis gratiis ostendere, id, quod indultum sit, non fortuitæ felicitatis, sed justæ fuisse clementiæ: Nam cùm omnes homines coram non indigentes juvare boni sit Principis, tum præcipuè bene meritis, & graviter affectis subvenire sapientis est. Quod cùm ostendero, non tam studio prædicandæ patriæ meæ, quàm officio demonstrandæ providentiæ tuæ, tum potissimè beneficiorum tuorum magnitudinem prosequar, tam majore voto, quàm ingenio. Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Æduis se postulet anteponi? Qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliæ gentes plurimis Senatus consultis (b) fratres*

CAP. II. ORchè dunque in questa città, la qual gode di continuo più delle altre la vostra presenza, onde avrà rivale della sua felicitade la nostra Flavia, avete allato tutto il corteggio de' vostri amici, tutto il seguito dell'Imperio, con persone di ogni quasi città, o spedite in pubblico, o per bisogne loro private, vi ridirò, Imperadore, que' beneficj, che riconoscerete di buon grado, e che gli altri non crederebbero fatti a noi, se Voi non li riconoscesse nel tempo medesimo, ch'io gli ridico. Ma ne' ringraziamenti, o Imperadore, monta egli in primo luogo il dimostrare, che quanto si ottenne fu dono non di casuale felicità, ma di giusta clemenza: Imperciocchè, sendo azione di buon Principe tutti beneficare, benchè non ne sieno in bisogno, di savio ella è il sovvenire specialmente a chi merita, ed a chi è gravemente colpito. Dimostrato ch' io vi abbia ciò, non sì per genio di lodar la mia patria, come per debito di far palese la vostra provvidenza, tratterò allor a tutta lena la grandezza de' vostri beneficj con più di fervore, che d'arte. Qual popol dunque del mondo pretenderà nell' amore di Roma il primo luogo dagli Eduì? Dessi primi degli altri tutti

a *Hac urbe.* Trevirisfortasse, ut *Rhenanus*, aliique opinantur.
b *Fratres P.R.* Vide notata ad *Paneg.4. cap.4.*

Me-

tres Populi Romani appellati sunt ; & cùm a cæteris a Rhodano ad Rhenum usque populis ne pax quidem posset , nisi suspecta , sperari , soli & consanguinitatis nomine gloriati sunt ; & nuper , ut (a) media prætream , Divum (b) Claudium (c) parentem tuum ad recuperandas (d) Gallias soli vocaverunt ; & ante pauciſſimos annos (quod maximè prædicandum) plurima (e) Patris tui beneficia , partim rebus effecta percepevunt , partim animo significata lætantur.

tutti , fra quelle genti disumane e barbare della Gallia , con più decreti del Senato furono chiamati fratelli del Roman Popolo ; e quando dagli altri fra il Rodano e il Reno non potea sperarsi una pace nemmen dubbiosa , si vantarono soli del titolo ancor di parenti . Poi per lasciar quanto di mezzo a quello tempo è passato , chiamaron soli vostro Zio , il divin Claudio , a racquistare le Gallie ; e già pochissimi anni , il ch'è più osservabile , furon consolati da vostro Padre , parte con benefizj già fatti , parte colle promesse di altri da farsi .

CAP. III. *FUit olim (f) Saguntus fœderata ; sed cùm jam tædio (g) Punici belli novare imperium omnis cuperet Hispania . Fuit amica (h) Massilia ; (i) protegi se ma-*

CAP. III. FU già collegata Sagunto , ma quando per lo tedio della guerra Cartaginese bramava nuovi Signori tutta la Spagna . Fu amica Marsiglia , che godea dell'alta protezione di Ro-

a *Media* . Intelligo media , quæ intercesserе inter tempus illud , quo Populi Rom. fratres dicti sunt , & Claudii Imperatoris ætatem : Nec aliter ego explicem illa *Statii , Sylv. l. 3 , Carm. 2 ; Inque vicem medios narrabimus annos* ; hoc est illos , qui intercesserunt inter discessum , & reditum Metii Celeris , cui Carmen illud a Poeta inscriptum .

b *Claudium* . Hoc nomine secundum inter Imperatores , *Gothicum* cognomento Historicis , & Antiquariis ; qui electus est Anno Chr. 268 .

c *Parentem* . Quasi magnum patrem ; ex Claudiâ enim filiâ Crispi ejus fratris , & Eutropio viro nobilissimo natus Constantius Pater Constantini Magni . Nomen tamen parentis hic sanè nimis latè sumitur , ut adnotavit & *Rupertus , Observ. in Besold.*

d *Gallias* . Ubi tyrannidem invaserant Tetrici , Pater , & Filius .

e *Patris tui* . Constantii , qui ut plurimùm in Galliis degebat , easque plùs amabat . Vide dicta *Paneg. 4 , c. 5* , ad illud *Galliarum suarum* .

f *Saguntus* . Nota Civitas Hispaniæ Tarraconensis , nunc *Morvedre* , Romanis in historiis celebratissima fide , & constantiâ in Romanos , quorum erat socia . Ab Hannibale initio secundi Belli Punici capta , postquam cives armis ac fame obsessi , immani excitato rogo , se suosque cum omnibus opibus consumpsissent .

g *Punici belli* . Primi .

h *Massilia* . Urbs Galliæ Narbonensis in Provinciâ , incolis *Marseille* , a *Flero l. 3 , c. 2 , Fidissima , atque amicissima civitas* appellata .

i *Protegi* . Adversus præcipuè Salyos , qui ipsam incursionibus vexabant , ut refert Auctor citatus .

Ma-

majeſtate Romanâ gratulabatur. Imputavere ſe origine fabulosâ in Siciliâ (a) *Mamertini, in Aſiâ* (b) *Ilienſes: Soli Ædui, non metu territi, non adulatione compulſi, ſed ingenuâ, & ſimplici caritate fratres Populi Romani creditiſunt, appellarique meruerunt; quo nomine, prater catera neceſſitudinum vocabula, & communitas amoris appares, & dignitatis aqualitas. Deinde, cùm finitimæ nationes, ipſi illi Romanæ fraternitati, non gloriæ invidentes, & uſque in perniciem ſui odiis incitatæ, Germanos ſibi auxiliarios dominos invocaſſent,* (c) *Princeps Æduus in Senatum venit, rem docuit; cùm quidem, oblato confeſſu, minus ſibi vindicaſſet quàm dabatur, ſcuto innixus peroravit. Impetratâ ope, Romanum exercitum, Cæſaremque eis Rhodanum primus induxit; ſemita enim Galliæ uſque ad id temporis Tranſalpina Gallia nominabatur. Sed enim Ædui* (d) *totum iſtud, quod Rheno, Oceano, Pyrenæis montibus, cunctis Alpibus continetur, Romano Imperio tradiderunt, hibernis hoſpitaliter prabitis, ſuppeditatis largiter*

Roma. Favoloſa diſcendenza vantarono nella Sicilia i Mamertini, nell'Aſia que'd'Ilio: Gli Edui ſoli, non per timore, non per adulazione, ma per ſincero e ſemplice affetto furon tenuti per fratelli del Roman Popolo; e ne meritaron quel nome, in cui, più che negli altri vocaboli di parentado, ſi ſcuopre, e comunanza di amore, e parità di decoro. Quando poſcia i confinanti, invidiando lor, non la gloria, ma lo ſteſſo titolo di fratelli di Roma, e adizzati dall' odio infino a ſterminare ſe ſteſſi, chiamarono in difeſa, e per lor ſignori i Germani, il Capo degli Edui ſi portò al Senato, informò; e benchè invitato a ſedere, prendendoſi men licenza, che gli foſſe permeſſo, aringò appoggiato allo ſcudo. Ottenuti ſoccorſi, introduſſe egli primo le Armi Romane, e Ceſare di quà dal Rodano nella Gallia, che allora chiamavaſi Tranſalpina. Gli Edui dunque diedero all' Imperio di Roma quanto ſtà fra il Reno, l'Oceano, i Pirenei, le Alpi tutte; con aprire benignamente quartieri; con ſomminiſtrare vittovaglie abbon-

de-

a *Mamertini*. Siciliæ populi, Zancleietiam appellati, ubi Meſſana civitas, quæ nunc *Meſſina*, teſtibus *Plin. l. 3, c. 8, Strab. l. 6.* Genus, & cognationem cum Romanis ipſos jactaſſe memorat etiam *Polyb. Hiſt. l.* 1. Hinc magis impellor ut credam, Mamertinos ortum, non e Samo, ut quidam protulere, ſed ab Oſcis Campaniæ Populis traxiſſe, ſuum enim auctorem dicebant Capym illum, qui Campaniæ nomen indidit, unum ex Æneæ ſociis. *Silius l. 14, Incumbens Meſſana freto*, &c. *atque Oſco memorabilis ortu.*

b *Ilienſes*. Quorum urbs Troia, a Dardano Jovis filio condita.

c *Princeps*. Fortaſſe Divitiacus ille, de quo mentio apud *Cæſar. Comment.* præcipuè *lib. 6*, ubi habetur, quòd ipſe *neceſſitate adductus auxilii petendi cauſâ* contra Sequanos, *Romam ad Senatum profectus*, &c.

d *Totum iſtud*, &c. Hiſce terminis tota ferè Gallia comprehenditur; quare hæc amplificationis gratiâ dicta.

ter commeatibus, armis fabricandis, pedestribus equitumque copiis auxiliantibus. Ita in unam pacem sociatis omnibus Celtarum Belgarumque populis, eripuere (a) Barbaris quidquid junxere Romanis.

devoli, stromenti da guerra, ed ajuti di gente a piede e a cavallo. Uniti così in una sola pace tutt'i Celti ed i Belghi, quanto aggiunsero a'Romani, tutto il levarono a'Barbari.

CAP. IV. *Dicet aliquis; vetera illa sunt. Et quidem hoc sanctiora, quòd vetera; bonis enim meritis cum ætate dignitas, & pondus accedit. Atque ut magnos natu parentes magis magisque in dies veneramur & colimus, fratrum verò æqualitas, & liberorum soboles blandiore licèt, leniore tamen animos tangit affectu, ita beneficia antiqua graviora sunt, quamvis præsentia suaviora videantur. Sed tamen, si illa vetustate obsoleverunt, quid hæc recentia, quæ pueri vidimus? Attende (quæso) quanti sit, Imperator, quòd (b) Divum Claudium parentem tuum ad recuperandas Gallias primi solicitaverunt; expectantesque ejus auxilium, septem mensibus clausi, & omnia inopiæ miseranda perpessi, tum demum irrumpendas (c) rebellibus Gallicanis portas reliquerunt, cùm fessi observare non possent. Quòd si vobis, & conatibus Æduorum fortuna favisset, atque ille Reipublicæ restitutor implorantibus nobis subvenire potuisset, sine ullo detrimento Romanarum virium, sine*

CAP. IV. *Ntiche cose son queste* dirà qualcuno. Perchè tali appunto sono esse più riguardevoli; poichè il tempo aggiugne a'meriti onor', e pregio. E come ognuno più venera i genitori di giorno in giorno ch'essi vanno invecchiando, la dove la parità de'fratelli, la compagnia de'figliuoli toccan l'animo con affetto, benchè più dolce, però più leggero; così, benchè sembrino più soavi i benefizj presenti, sono però di maggior peso gli antichi. E se questi per antichità si obbliarono, che dirassi de'nuovi, che vedemmo già da fanciulli? Considerate, pregovi, ò Imperadore, quanto vaglia lo aver dessi sollecitato i primi vostro Zio il Divin Claudio, a racquistare le Gallie; e dopo tollerati per ben sette mesi di assedio, mentre da lui stavano aspettando soccorsi, tutti i disagi della carestia, lo aver finalmente abbandonate agli assalti de'Galli rubelli le porte, allorchè stanchi difenderle più non poteano. Che se la fortuna avesse favorito Voi, e gli sforzi degli Edui, ed avesse potuto quel restitutore della Repubblica sovvenirci, avrebbero gli Edui fratelli di Roma, senza il

a *Barbaris*. Germanos intelligit, quos Sequani sibi adjunxerant contra Æduos.

b *Divum Claudium*. Dictum jam supra, c. 2.

c *Rebell.* Tetrico Tyranno faventibus.

Cla-

he (a) *clade Catalaunicâ , compendium pacis reconciliatis provinciis attuliſſet fraternitas Æduorum . Ob hac igitur merita , & priſca Divus Pater tuus civitatem Æduorum voluit jacentem erigere , perditamque recreare , non ſolùm pecuniis ad* (b) *caldaria largiendis , & lavacris , quæ corruerant , extruendis , ſed & (c) metatis undique transferendis ; ut eſſet illa civitas provinciarum velut una mater , quæ reliquas urbes quodammodo Romanas prima feciſſet .*

il danno di lei , ſenza la ſtrage Catalaunica , colla riunione delle provincie ſtabilita in tempo più breve la pace . Mercè dunque de' meriti nuovi , e degli antichi volle il Divin voſtro Padre rialzar', e ripiantare la diroccata, e ſmarrita quaſi città degli Edui, non ſolo con donar ſoldo per la fabbrica delle Terme , e de' Bagni già rovinati , ma con traportar abitatori ancor da per tutto ; ond' ella foſſe quaſi ſola la madre di quelle Provincie , perchè avea la prima in certo modo generate a Roma le altre cittadi .

CAP. V. *Dixi quàm benemeritis Æduis ſubveneris , Imperator ; ſequitur ut dicam quàm graviter afflictis : Qui locus nimium quantum plus mihi ſuppeditaret orationis , ſi fas eſſet , audiente te , rebus triſtioribus immorari . Ut igitur in prædicandis laudibus patriæ meæ verecundiæ modum feci , nè arrogantèr inſurgerem , ita in commemorandis ejuſdem malis , & meus dolor , & tuarum aurium conſuetudo cohibebit ; nihil enim libenter audis , niſi quò pro tuis gratuleris . . Sed tamen , quæſo , Imperator , injunge patientiam ſenſibus tuis ; ut quemadmodum præſtantes ſcientiâ medici*

CAP. V. Dimoſtrai, ò Imperadore, quanto foſſero meritevoli gli Edui, cui ſovvenìſte; reſtami a provare quanto ne foſſero biſognoſi. E quì, ò quanto avrei più che dire, ſe, mentre Voi udite, foſſe lecito il ragionare di coſe funeſte ! Come dunque nel dir le lodi della mia patria mi tenne il roſſore in miſura, ſicchè con boria non le innalzaſſi, così nel rammentar le ſciagure della medeſima mi ſaran di ritegno il mio dolore, ed il ſolito riguardo di Voi, non aſcoltando Voi di buon grado de' voſtri cari, che materie di conſolarvi. Pure intimate a' voſtri ſenſi, ò Imperador, tolleranza, finchè intendiate bre-

a *Clade Catal.* In Campis Catalaunicis. ubi nunc *Chalons ſur Marne* in Campanià Galliæ. Ibi Tetrici copiæ, ipſas eodem Duce prodente, ab Aureliano fuſæ, ac cæſæ ſunt. *Eutrop. l. 9.*

b *Caldaria.* Sic lego cum *Acidalio, Rittershuſio, Grutero,* & aliis, qui hoc de Thermis intelligunt, Imperatoris indulgentiâ reſtitutis, ſicut etiam Lavacra noſter mox memorat. Alii *Calendaria* legunt, quæ lectio ſi cui placeat, pecuniam hoc nomine annui dicendum, quæ fœnori ad Calendas de more daretur.

c *Metatis.* Colonis. Hoc nomine ſignantur, *qui aliam urbem inhabitant, priore relictâ,* inquit *P. de la Baune.*

ri non aspernantur vulnera inspicere, quæ sanant, ita nunc tu paulisper audias Æduorum labores, quos sustuliſti: Neque (a) *enim potes sine experimento misericordiæ ad laudem clementiæ pervenire. Jacebat illa civitas, non tam invisa Romanis, quàm virium defectione prostrata, ex quo eam novi census exanimaverat acerbitas. Nec tamen juste queri poterat, cùm & agros, qui descripti fuerant, haberemus, & Gallicani census communi formulâ teneremur, qui fortunis nemini possumus æquari. Quò magis, Imperator, clementiæ tuæ gratias agimus, qui, remediis sponte concessis, feciſti, ut quod non poteramus jure petere, justè obtinuisse videamur.*

brevemẽte le ambasce degli Edui, che sollevaſte, come i valenti medici non isdegnano di guardar le ferite, che sanano: Poichè non potete giugnere alla lode di clemente, senza mettervi anche alla pruova di compassionevole. Giaceasi quella città, non sostenuta mai tanto da' Romani, quanto abbattuta di forze, dappoi che aveala disanimata l'aggravio d'un nuovo censo. Non poteasi dessa però doler con ragione, tenendo noi ancora i campi catasticati, ed essendo obbligati all'universale prescrizione del censo Gallicano noi, che nelle fortune però non possiamo a verun agguagliarci. Ringraziamo dunque vie più la vostra clemenza; poichè, recatoci spontaneamente il rimedio, parer faceste per giustizia da noi ottenuto ciò, che a ragione non potevamo dimandare.

CAP. VI. *Habemus enim, ut dixi, & hominum numerum, qui delati sunt, & agrorum modum, sed utrumque nequam hominum segnitiâ, terræque perfidiâ. Unde enim nobis* (b) *Rhemus, aut Nervius, aut ipse ille de proximo Tricassinus ager, aut arator, quo-*

CAP. VI. Abbiamo, come dissi, e quel numero di persone, e quella misura di campi, che stà nel catastico; ma l'uno e l'altra mancanti per la pigrezza degli uomini, e per la infedeltà del terreno. Imperciocchè quanto siamo diversi dalle campagne de' Remi, o de' Nervi; o de'

a *Neque enim*, &c. Antecedit nempe misericordia clementiam; nam priùs miseremur, postea ignoscimus.

b *Rhemus aut Nervius*, &c. Rhemi populi olim in Campaniâ Galliæ, ubi nunc le *Remois*. Nervii ubi nunc Hannoniæ Comitatus, *le Haynaut*. Hi omnes Æduis Septentrionales, & quidem longè dissiti, Nervii præsertim. Tricassini verò, de quibus mox, multò quidem propiores, in Boream ipsi quoque, seu potiùs inter Boream, & Occasum. In aliquibus legitur *Tricastinus ager*: At hi populi, quos in Ptolomæo novimus, Tricastini etiam dicti. Æduisipsi quidem finitimi, sed in meridiem, ubi etiam nunc *le Tricastin*, & Urbs *S. Paul*, in Delphinatu. Tricassini verò fuere, ubi olim Augusta Trecarum, nunc *Troyes*.

Quin

quorum reditus cum labore vorandum? Quanquam meritò quivis ignoscat ipsis cultoribus, quos piget laborare sine fructu. Siquidem ager, qui nunquam respondet impendiis, ex necessitate deseritur; etiam inopiâ rusticanorum, quibus in ære alieno vacillantibus nec aquas deducere, nec silvas licuit excidere. Ita quidquid olim fuerat tolerabilis soli, aut corruptum est paludibus, aut sentibus impeditum. (a) *Quinetiam ipse illo pagus Arebrignus* (b) *inani fertur invidiâ, cujus uno loco vitium cultura perspicua est; nam retro cætera silvis & rupibus invia, securarum sunt cubilia bestiarum. Illa autem, quæ* (c) *subjecta, & usque* (d) *Ararim porrecta planities, fuit quidem (ut audio) aliquando jucunda, cùm per singulorum fines continua cultura procursus fontium vallibus patentibus evehebat; nunc autem, intercluſis vastitate meatibus, quidquid humilitate suâ fuerat uberius, in voraginem, & stagna conversum. Ipsa denique vineæ, quas mirantur ignari, ita vetustate senuerunt, ut culturam jam penè non sentiant; radices enim vitium, quarum jam nescimus ætatem, millies replicando*

de' vicini stessi Tricassi, le cui rendite gareggiano collo stento? Con ragione però perdonerà ognuno a' nostri, se rincresce loro di faticar senza frutto. Quella campagna, che mai non corrisponde alle spese, è forza che si trascuri per la povertà de' villani, i quali vacillanti sotto il peso de' debiti non possono, nè condurr' acque, nè tagliar boschi. Così tutto il terreno, che non era affatto disutile, od è guasto da paludi, od ingombrato da spine. Anzi lo stesso territorio Arebrigno, dove pure si coltivano viti, indarno si vanta di essere perciò invidiato; poichè tutto il paese addietro, boschi e balze impraticabili, è fatto covil sicuro di fiere. La pianura poscia di sotto, che si stende infino all' Arari, fù bensì, come intendo, amena già, conducendovisi da ogni lato col lavoro continuo rigagnoli per larghe valli; ma schiusi ora per la scarsezza degli abitatori i canali, quanto per la sua bassura era fertile sprofondò, e cambiossi in maresi. Le viti medesime, onde trascola chi non sa, invecchiarono fino a non ammettere più cultura: Poscia chè le radici loro, delle quali non sappiamo gli anni, per lo tanto allignare aggruppatesi, riescono anzi all'

a *Quinetiam*. Sic locum hunc restitui ex editione Parisiensi, & auctoritate *Puteani*, quam sequitur & *Cellarius*, favente etiam *M. S. Divi Marci*, in quo notandum deesse vocem illam *Arebrignus*. Varias loci hujus lectiones, multasque Criticorum conjecturas referre supersedeo.

b *Inani fertur*. Frustra se jactat, tanquam invidiam in aliis excitet, quòd culturam vitium admittat; nam *retro cætera*, &c.

c *Subjecta*. Ad Septentrionem, & Orientem. Mentionem ejus facit & *Bartholo Chassenæo*, *Catal. Glor. Mundi*, P. 12, *Consid.* 60.

d *Ararim*. Gallis la *Saone*; fluvius est in Lotharingiâ, non longè a Mosellâ ortus; fluit meridiem versùs, labiturque in Rhodanum prope Lugdunum.

do congesta, (a) *altitudinem debitam scrobibus excludunt, & ipsam propaginem non debitam, sed obtectam produnt imbribus eluendam, & solibus perurendam. Nec possumus, ut* (b) *Aquitannis, aliisque provinciis familiare est, novis vitibus locum ubique metari, cùm supra saxa perpetua sint, infra humilitas pruinosa.*

all'insù invece di profondare, lasciando affogare all'acque, e bruciare al sole i germogli, non radicati, ma sol coperti da poca terra. Nè già possiamo, come gli Aquitanni, ed altri, piantar nuove viti in ogn'altro luogo, sendo il terreno di sopra tutto sassoso, di sotto tutto acquidosa bassura.

CAP. VII. *NAm quid ego de cæteris civitatibus illius regionis loquar, quibus illacrymasse te ipse confessus es? Vidisti enim, non, ut per agros aliarum urbium, omnia ferè culta, aperta, florentia; vias faciles, navigera flumina, ipsas oppidorum portas alluentia; sed statim ab eo flexu, e quo retrorsum via ducit in Belgicam, vasta omnia, inculta, squalentia, muta, tenebrosa; etiam militaris via* (c) *sit confragosa, & alternis montibus ardua, atque præceps, ut vix semiplena carpenta, interdum vacua transmittat. Ex quo sæpe accidit, ut obsequia nostra tarda sint, cùm paucarum frugum nobis difficilior sit evectio, quàm cæteris plurimarum. Quò magis, Imperator, pietati tuæ gratias agimus, qui, cùm scires itine-*

CAP. VII. CHe dirò delle altre città del paese, sulle quali confessaste di aver pianto Voi stesso? Non vedeste già, come altrove, campagne coltivate, aperte, fiorite; strade piane, fiumi navigabili, bagnanti alle castella le porte: Ma incominciando di là, dove si torce la strada verso del Belgio, tutto spopolato, incolto, mesto, mutolo, orrido; la strada stessa, per dove passano gli eserciti, sì dirupata, si erta, e rovinosa, che lascia passare appena i carri mezzo pieni, ed a certi passi i soli voti. Quindi spesso accade che tardano i nostri tributi, sendo più difficile a noi la cõdotta di pochi frutti, che ad altri di molti più. Ringraziamo perciò maggiormẽte la vostra pietà, o Imperadore, che, sebben sapeste, essere di cammino e di vista

sì

a *Altitud. deb.* &c. Sensus est, meo judicio, vites præ vetustate radices in altum emmittere, cum eas non possint amplius inferiùs agere, quæ tamen altè scrobibus essent defigendæ; Ideo sureulos e radicibus prodire parum obtectos terrâ, obnoxiosque inde aeris, ac cœli intemperantiæ. Videntur tenebræ quidem in lectione, quæ tamen negotium non facessant lectori, gnaro quibus temporibus, & a quo hæc Oratio dicta.

b *Aquitannis*. Galliæ populis ad Occidentem, ubi ferè regiones *Guienne*, & *Guascogne*.

c *Sit*. Non dubito quin sit legendum *fit*, unicà mutatà literà; alii legunt *situ*, alii *sit at*. Lectionem tamen non muto, cùm exemplarium desit auctoritas.

Pro-

serum regionum nostrarum adi-
tum atque aspectum tam fœ-
lum, tamque asperum, tamen il-
lò deflectere, & urbem illam solâ
tuâ expectatione viventem il-
lustrare dignatus es. Boni Princi-
pis est libenter suos videre felices;
sed melioris invisere etiam laboran-
te. Dii boni! Quisnam ille tum
nobis illuxit dies (jam enim ad pra-
dicanda remedia Numinis tui ordi-
ne suo pervenit oratio) cùm tu,
quod primum nobis signum salutis
fuit, portas ipsius urbis intrasti,
quasi habitu illo in sinum reducto,
& procurrentibus utrinque turri-
bus, amplexu quodam videban-
tur accipere?

si orride, e si aspre le nostre strade, degnaste però di quivi portarvi, e consolare quella città, che vivea di solo aspettare il vostro sovvenimento. Azione di buon Principe ella si è il veder volentieri i suoi vassalli in fortuna; di migliore il visitarli anche nelle sciagure. Idio buono! Che giorno fu quello (è giunto il filo del mio discorso ad esaltare gl'ajuti datici dalla vostra pietà) quando poneste il piede, che fu il primo segno della nostra salvezza, sulle porte della città, le quali parea che disposteſi a stendere da una parte e dall'altra le torri, con un certo abbracciamento vi riceveſſero?

CAP. VIII. *Miratus es, Impe-*
rator, unde se tibi tanta obviam effunderet multitu-
dio, cùm solitudinem ex vicino
monte vidisses: Omnes enim ex a-
gri omnium ætatum homines con-
volaverunt, ut viderent, quem
superstitem sibi libenter optarent.
Quod enim ad (a) propagandos
aliorum Principum solemni verbo-
rum more juratur, tibi, Constan-
tine, soli ultra omnium nostrùm
fata victuro securè vovemus, cui
tam longa ætas propria debentur.
Magna est profectò vis post diu-
turnam ægritudinem atque mœsti-
tiam surgentium gaudiorum: Ca-
luit in nobis ultra vires nostras
animus ad lætitiam, & quodam
præsagio futuræ felicitatis elati
tantâ te exultatione suscepimus,
quasi jam (b) indulgentiam,
quam

CAP. VIII. TRafecolaste, Imperadore, come mai v'incontrasse cotanta gente, avēdo veduto dal monte vicino il luogo sì spopolato. Volarono tutte insieme dalle campagne persone di ogni età a vedere chi si bramavano sopravvivente; brama, che, se agli altri Principi colle usate parole giuravasi, per Voi solo, o Costantino, che viverete oltre tutti, dovendovisi una età così lunga, formiamo noi con tutta la sicurezza. Grande, a dir vero, si è la forza del giubilo, che si rimetta dopo una lūga gramezza, e malinconia: S'incalorì più che portassero le forze il nostro animo al giubilo, ed incoraggiti da un certo presagio della felicità che seguì, vi ricevemmo con gioja sì grande, come se avessimo otte-

a *Propagandos.* Supple *annos*, ex omnium ferè conjecturâ.
b *Indulgentiam.* De qua infra, *cap.* 11.

quam daturus eras, haberemus. Exornavimus vias, quibus in palatium pervenitur, paupere quidem supellectile, sed omnium (a) signa Collegiorum, omnium Deorum nostrorum simulacra, pauciſſima clarorum instrumenta modulorum, per compendia (b) sæpius tibi occursura protulimus. Divites nos crederet, qui veritatem studio æstimaret. Sed enim providentiam tuam latere non potuit, quamvis bene dissimulata, paupertas; intellexisti officiosam, & honestam inopum vanitatem.

ottenuta allora la grazia, che poi ci faceſte. Addobbammo le ſtrade conducenti al Palazzo con tapezzeria bensì povera, pur vi portammo le inſegne di tutti i Collegi, di tutti gl'Iddj noſtri le immagini, e pochi ſtromenti di chiaro ſuono, che v'incontraſteo per le ſtrade più di una volta. Creduti avrebbeci dovizioſi chi giudicato aveſſe alle dimoſtrazioni. Ma non fu occulta alla voſtra provvidenza la noſtra povertà, benchè aſſai bene diſſimulata; intendeſte la cordiale, e lodevole boria di noi meſchini.

CAP. IX. *Sponte nos ad Numinis tui aditum vocas; sponte affari, sponte quid opis desideraremus interrogare dignatus es. Hæc sunt, Imperator, (c) vera beneficia, quæ non precibus efflagitata, sed ex voluntariâ tuâ bonitate proveniunt; & citra ullam petendi molestiam adipiscendi voluptatem dederunt. Neque enim parvi negotii est Imperatorem totius orbis pro se peculiariter rogare; sub tantæ majestatis affectu (d) perfricare frontem, vultum compone-*

CAP. IX. VOi ſteſſo ci chiamaſte dinanzi, degnando favellare con noi, e dimandar che bramaſſimo. Queſti ſono i veri benefizj, che non ſi chieggono con iſcongiuri, ma vengono dal voſtro genio benigno; e ſenza rincreſcimento alcuno di ricercarli ci recano la conſolazione di ottenerli. Che non è egli leggiero cimento per un privato pregare un'Imperadore di tutto il mondo, andar con fronte ardita dinanzi a così grande maeſtà, aggiuſtar la faccia, ar cuo-

a *Signa Coll.* Quam Romæ Numa Rex inſtituit Populi per artificia diviſionem, ſeu centuriationem, ut loquitur in ejus vitâ *Plutarchus*, eandem & in aliis urbibus uſu fuiſſe non dubito. Hinc patet quid ſint collegia Populi, ſeu ſodalitia, quibus etiam *concilia, & ſacra cuique ſectæ decentia*, juxta citatum Auctorem, attributa ſunt. Iiſdem & propria fuiſſe ſigna conſonum eſt; qua ſuper re videri poterit *Alex. ab Alex. l. 1. c. 26.* Minùs appoſitè, meo judicio, P. *de la Baune* interpretatus eſt *Eruditorum hominum ſigna, & imagines.*

b *Sæpius.* Ex defectu modulantium; quare iidem variis in locis Imperatori occurrebant.

c *Vera benef.* Nota doctrina iis, qui Senecam degustarunt; quare & a *Mamertino, Paneg. cap. 2* dictum; *Maximè vendit beneficium qui præcavit accipit.*

d *Perfric. front.* Hoc eſt pudorem deponere, quo ſenſu verbum hoc auctoribus uſurpatum. *Martial. lib. 11; Perfricuit frontem, poſuitque pudorem.*

Emi-

ponere, confirmare animum, verba concipere, trepidanter dicere, aptè desinere, expectare responsum. Has omnes difficultates, Imperator, verecundia nostra remisisti, non solum ultro percunctando quid remedii posceremus, sed etiam tibi ipsi suggerendo, quæ nos tacebamus, dum nos jacentes ad pedes tuos clementissimo attollis affatu. Vidimus misericordiam tuam humentibus oculis (a) *eminentem. Ibant per hæc ora lacrymæ, nobis salutares, tibi gloriosæ; & nos invicem, jam dolore discusso, flebamus gaudio. Nam sicut agros diuturno ardore sitientes expetitus votis imber ubertat, ita lacrymæ tuæ pectora nostra gaudiis irrigabant; ut quamvis nefas esset, te flente, lætari, vinceret tamen gratulatio religionem, cùm lacrymæ illæ pietatis essent indices, non doloris.*

cuore, concepir le parole, recitarle con tema, finirle con proprietà, attenderne la risposta. Donaste al nostro rossore tutte queste difficoltadi, non solo dimandando Voi primo che rimedio volessimo, ma suggerendo anche Voi stesso a Voi ciò, che noi tacevamo, sollevandoci intanto con parole di tutta clemenza. Vi vedemmo uscire sugli occhi bagnati la compassione; grondavano per coteste guance le lagrime, a noi di salute, a Voi di gloria; e scacciato già ogni rammarico, piagnevamo ancor noi di allegrezza. Imperciocchè, come le campagne assetate di una lunga arsura si fecondano dalla pioggia bramata, così dalle vostre lagrime si fecondavan di giubilo i nostri petti: Onde, sebben'era sacrilegio il ridere, piagnendo Voi, vinceasi però dalla consolazione questo rispetto, sendo in Voi quel pianto segnò di pietà, non di doglia.

CAP. X. *ET hæc quidem nobis ad summam gratulationem sufficere potuissent, etiamsi remediorum nostrorum spem distulisses, & quibus nos opibus levaturus esses dubium reliquisses: Sed tam prompta in te est natura bonitatis, ut quod piâ mente conceperis, statim voce declares. Sic ingenui largique fontes, ut ubique prosint, ire festinant; sic celeriter in terras cœlo missa perveniunt; sic denique divina illa mens, quæ totum mundum hunc gubernat, quidquid cogitavit*

CAP. X. BEn potea ciò bastare a pienamente consolarci, benchè aveste prolungata la speranza de'nostri rimedj, e lasciato in dubbio con quali ajuti sollevar ci voleste; ma egli è sì pronto il genio della vostra bontà, che quanto divisate nella mente pietosa, lo palesate subito colla voce. Così le limpide e piene fonti per recare quà e là giovamento affrettano il corso; così ciò che il Cielo spedisce, giugne tostamente alla terra; così per fine quella mente divina, che regola tut-

a *Eminentem.* Exundantem; & quasi conspicuam.

Oscu-

vit illico fecit. In quo tamen, Imperator, si consilium callidioris admisteres, esset quod forsasse reprehenderetur; nimium te scilicet facilè ea, quæ sis tributurus, aperire, & sine ullo artificio citò promere, quæ sperari diu debeant. Nescis, Imperator, tua commendare beneficia; præstandi celeritate (a) occupas tempus optandi. Sedenim indulgentiæ celeritate viciisti, Imperator, ipsa elementa, quibus animamur & vivimus. Diu venturi hominis partus optatur; diu vagitus inconditi locuturam differunt vocem; diu fruges hiems cohibet, ver elicit, æstas flore solidat, calor ematurat: Tu nobis vitam pariter totam dedisti; tu fructus meritorum tuorum statim nos metere, & inconditis referre jussisti. Relevaturus censum definisti numerum; reliqua debita remissurus, quantum deberemus interrogasti. Qua interrogatio manifesta promissio fuit; nam cùm is, qui omnia potest, quid sibi debeatur interrogat, non curiosè percunctatur ut sciat, sed liberaliter cupit audire quantum remittat.

tutto il mondo, ha già operato quanto divisa. Sopra la qual cosa però, Imperadore, se riceveste l'opinione di più accorta persona, forse sarebbeci che correggere; cioè il manifestare che fate troppo presto quanto volete donare, dando subito senz'artificio ciò, che comperar si dovrebbe con una lunga speranza. Non sapete dar credito a' vostri favori; colla prestezza del farli prevenire il tempo del desiderio. Vinceste con una generosità sì veloce gli elementi medesimi, che ci dano anima e vita. Lungamente si attende il nascer di un'uomo, e differiscono i rozzi vagiti ad articolare la voce; per molto tempo trattiene il verno le biade, le fa crescere la primavera, le rassoda la state, il caldo le matura. Voi ci deste tutta insieme la vita; voleste che tostamente mietessimo i frutti de' vostri meriti, e gli riponessimo tra le ricolte. Per alleggerire il censo ci numeraste; e per donarci il resto del debito c'interrogaste quanto esso fosse. Una manifesta promessa ci fu questo interrogare; poichè, quando ricerca che gli si debba chi tutto può, non lo dimanda e' già con curiosità per saperlo, ma per genio liberale vuol' intendere quanto rilascia.

CAP. XI. *Separatè igitur utraque dicam; neque enim quasi (b) per saturam con-*

CAP. XI. Dirò dunque distintamente l'una e l'altra di queste cose, non dovendosi con-

a *Occupat*, &c. Vix est quod optemus, cùm tu tam celeriter beneficia nobis præstes.

b *Per satur.* Confusè, commixtè. Satura enim est genus cibi ex variis rebus compactum; item genus quoddam carminis, quo de omnibus dicitur, Satyra etiam dictum: Unde *Juvenal. Sat.* 1; *Quidquid agunt homines, &c. nostri est farrago libelli.*

Ca-

confundenda ſunt tanta beneficia. Septem millia (a) capitum remiſiſti, quartam amplius partem noſtrorum cenſuum; & tamen utrum ſufficeret hoc nobis ſæpius requiſiſti. O nos, utrumne verecundos dicam nimiùm, an ſatis gratos? qui reticuimus, hæſimus, indulgentiæ tuæ amplè fluenti modum fecimus! Plus adhuc præſtare cupiebas, ſi auſi fuiſſemus expoſcere. Quantum ſit hoc, Imperator, beneficium, quàm neceſſarium nobis, quàm utile etiam devotionis officiis non queo ſatis dicere. Remiſſione iſtâ ſeptem millium capitum viginti quinque millibus dediſti vires, dediſti opem, dediſti ſalutem; pluſque in eo conſecutus es, quod roboraſti, quàm recidiſti in eo, quod remiſiſti. Quater tantùm tibi firmum, certumque redditum eſt id, quod irritò petebatur. Siquidem deſperatio perferendi debiti etiam id, quod dari poterat, inhibebat; nec erat ratio conandi, cùm non eſſet ſpes ulla complendi. O divinam, Imperator, tuam in ſanandâ civitate medicinam! Sicut ægra corpora, & onerata ſtupentium torpore membrorum, reſecatâ aliquâ ſui parte, ſanantur, ut imminuta vigeant, quæ exaggerata torpebant, ita nos nimiâ mole depreſſi, levato onere, conſurgimus.

si confondere a faſcio i voſtri favori. Ci donaſte il debito di ſette mille teſte, cioè più che la quarta parte del noſtro cenſo; e ricercaſte ancora più fiate ſe ciò baſtava. O noi, debbo dir troppo modeſti, o aſſai grati? che mutoli, e sbalorditi ponemmo argine alla voſtra beneficenza, che sì larga piena ſgorgava! Bramavate donarci più, ſe aveſſimo ardito di chiederlo. Non poſſo dire abbaſtanza queſto voſtro beneficio quanto ſia grande, quanto a noi neceſſario, e quanto giovevole agli atti del noſtro oſſequio. Rilaſciando il debito di ſette mille perſone, deſte lena, riſtoro, ſalute a venticinque mille; e più acquiſtaſte beneficando, che abbiate perduto nel rilaſciare. Vi aſſicuraſte per quattro volte di più ciò, che indarno da noi ſi eſiggeva; poichè la diſperazione di portare il peſo del tributo impediva il contribuire anche ciò, che ſi poteva pagare; nè vi era ragione di ſforzarci, perchè nō vi era ſperāza di ſoddisfar pienamēte. O divino voſtro rimedio, per riſanar la città! Come i corpi ammalati, ed oppreſſi da ſtupidezza in qualche membro, ſi riſanano col tagliarlo, perchè tronco ripigli forza ciò, che intiero ſtavaſi intirizzato, così noi oppreſſi dal ſoverchio carico, ſcematocene il peſo, ci ſolleviamo.

CAP. XII. *NEſcit taxare indulgentiam tuam, qui te putat ſeptem millia capitum ſola donaſſe: Donaſti omnia, quæ*

CAP. XII. NOn ſa pregiare la voſtra liberalità chi ſi crede, che ci abbiate donato il debito di ſolo ſette migliaja:

a *Capitum*. Tributa nempe pro ſeptem millibus capitum.

Reſ-

quæ fiare feciſti . Quanquam enim adhuc ſub priſtinâ ſarcinâ vacillemus , tamen levior videtur , quia vicino nemo præfertur . Exonerandi præſumptio dat patientiam ſuſtinendi . Certè & nunc liberi parentes ſuos cariores habent , & mariti conjuges non gravatè tuentur , & parentes adultorum non pœnitet filiorum , quorum onera ſibi remiſſa lætantur . Ita omnium pietas olim feſſa reſpirat ; & ſuos quemque juvat numerare ſecurum , cùm plures adjuvant obſequia paucorum . Quò magis ſpe futuri temporis elevamur ; recreatur animus ſecuritate præteriti ; remiſſiſque reliquis nihil eſt , quod (a) reſpectandum timendumque ſit , quod aliquid virium ventris penſitationibus necet . Ita duorum temporum , quæ ſunt maxima , molestiâ liberati ſumus ; unum , atque id minimum brevi labore tranſigimus . Nam cùm præteritum tempus pro modo ſuo longum , futurum autem infinitum ſit , præſens tempus breve , & ſemper in partem utranque mutabile , cùm & a præterito relinquatur , & tranſeat in futurum , unus hic annus prope ſenſum non habet difficultatis , duorum temporum indulgentiis coarctatus , & quaſi terminus quidam poſitus felicitati , & utriuſque confinii , quæ nos , & præterito liberos facit , & in futuro ſecuros .

ja: Fu dono quanto con ciò conſervaſte. Poichè, quantunque vacilliamo ancora ſotto il peſo di prima, eſſo però ci par più leggero, perchè l'un più dell'altro nol porta. Ci dà pazienza per ſoſtenerlo la ſperanza di ſcaricarcene. Ora sì, ed a' figliuoli ſono più cari i genitori, ed a' mariti non ſon di aggravio le mogli, ed a' padri non duole di aver' allevati i figliuoli, quando ſentonſi ſollevati dell'aggravio, che già portavan per eſſi. Reſpira così la pietà già ſtanca di tutti; e gode ognuno di noverare con ſicurezza i ſuoi, poichè da i molti ſi rinforza l' oſſequio de' pochi. Prendiam perciò più ſollievo dalla ſperanza dell' avvenire; conſolaci la ſicurezza del paſſato; e rilaſciatoci il reſtante, non v'ha di che ſoſpettare, di che temere, onde reſtino battute le noſtre forze dalle contribuzioni avvenire. Siamo dunque liberi dal rammarico de' due tempi più lunghi, e con poca pena ne paſſiamo un ſolo cortiſſimo. Poichè, ſendo il paſſato lungo a miſura del ſuo principio, l'avvenire infinito, il preſente brieve, e che ſempre o in queſto o in quello ſi cambia, laſciandoſi dal paſſato, e paſſando nell'avvenire, non provammo quaſi veruno ſtento in queſt'anno, che riſtretto fra' privilegi di due tempi, e collocato in certa guiſa nel mezzo della felicità fra un termine e l'altro, ci eſenta dal paſſato, e ci aſſicura per l'avvenire.

Quin-

Ci

a *Reſpectandum*. Retro ſpectandum: debiti nempe præteriti, quod timorem incutiat.

Æta-

CAP. XIII. *Quinque annorum nobis reliqua remisisti. O lustrum omnibus lustris felicius! O lustrum, quod meritò hanc Imperii tui æquavit (a) ætatem! Nobis ergo præcipuè te Principem Dii creaverunt, quibus singulis hæc est nata felicitas ex quo tu imperare cæpisti. Quinquennalia tua nobis (b) etiam perfecta celebranda sunt; illa enim (c) quinto incipiente susceptæ omnibus populis jure communia, nobis hæc propria, quæ plena sunt. Præclara fertur (d) Catonis oratio de lustri sui felicitate; jam tunc enim in illâ vetere Republicâ ad Censorum laudem pertinebat, si lustrum felix condidissent, si horrea messis implessent, si vindemia redundasset, si oliveta larga fluxissent. Quid ergo nos convenit gratulari de hoc indulgentiæ tuæ lustro? Lustro, quo licèt nulla frugum cessarit ubertas, fecisti tamen, ut omnia largiora videantur fuisse, quàm fuerint. Valet enim nos tantum habuisse, quantum debere desinimus; valet plena fuisse horrea, plenas cellas, cùm in nullis reliquis hæreamus. Hoc nobis est ista largitio, quod ter-*

CAP. XIII. Ci rilasciaste il debito rimanente di cinque anni. O lustro più felice di tutti i lustri! Lustro, che và giustamente del pari colla età del vostro Imperio! Sì sì, crearonvi Imperadore gl'Iddj specialmente per noi, ad ognuno de'quali spuntò questa felicità poichè tale Voi diveniste. Dobbiamo anche dopo finito celebrare il vostro cinquennio; poichè quando incominciò, si fu egli comune a tutti gli popoli, ora ch'esso è compiuto, egli si è nostro proprio. Leggesi una diceria nobile di Catone sopra la felicità del suo lustro; poichè ne'tempi antichi della Repubblica era di lode a' Censori, se il loro cinquennio correa felice, con ricolte, che riempiessero i granai, con ricche vendemmie, con abbondanza di oglio. Quanto dunque dobbiam consolarci della vostra beneficenza per questo lustro? Lustro, in cui, benchè mancata non ci sia la pienezza di ogni ricolta, faceste però tutto parer più abbondevole di ciò, che fu; mentre, quanto è a noi, parci di aver goduto anche quello, che finimmo di essere debitori. Ci fu lo stesso la vostra grazia, che se avessimo avuti pieni gli granaj,

a *Ætatem*. Imperii quinquennium.

b *Etiam perfecta*. Nempe finita. Vota enim illa, quæ singulis lustris fiebant, ante ipsorum finem sane nuncupabantur, ut patet ex Nummis Imperatorum, quos scimus lustro minùs imperasse, ut in illis Constantini Jun., Magnentii, ac Decentii; plerunque verò sub initium, ut patet ex Nummis Joviani, qui imperavit tantùm menses octo.

c *Quinto incip.* Subintellige *anno*.

d *Catonis Orat.* Marci scilicet Catonis Censorii, qui circa medium sexti ab V.C. sæculi floruit, vir literis, & armis clarus: Quare dicitur a *Plinio, l. 7, cap. 27, Optimus Orator, optimus Imperator*. Orationum ejusdem mentio fit apud *Priscianum, l. 6, & Gell. l. 13, cap. 17.*

Ta-

ta mater frugum, quod Jupiter moderator aurarum. Quidquid illi parciùs dederant, nobis tamen ex beneficio tuo natum est.

naj, piene le cătine, perchè nō siam più oppressi da'resti di debito: Lo stesso si, che la terra madre de'frutti, che Giove reggitore dell'aure. Ciò che dessi ci diedero con ristret. tezza, l'abbiamo mercè vostra ottenuto.

CAP. XIV. *QUanam toto orbe terrarum auri argentique metalla tam larga sunt? Quis* (a) *Tagus, quisve Pactolus tanto fluxerunt auro, quantum liberalitate tuâ consecuti sumus? Non enim majoris est muneris abs te accepisse: Quinimino, quantò est durius extorqueri, quod proprium fuerit, quam non adquirere quod fuerit alienum, tanto dulcior est remissa solvendi necessitas, quàm lucrandi optata commoditas. Quàm multi, Imperator Auguste, quos inopia* (b) *latitare per saltus, aut etiam in exilium ire compulerat, istâ remissione reliquorum in lucem exeunt, in patriam revertuntur; desinunt pristinam accusare pauperiem, desinunt edisse agrorum suorum sterilitatem; resumunt animos operi, præparant culturam, melioribus adnituntur auspiciis, revisunt domos, referunt vota templis? Præsertim cùm tu omnium nostrorum conservator adveneris, &* (c) *quasi ille majestatis tuæ comes & socius, flagrabit tota*

CAP. XIV. QUali miniere di oro e d' argento sono sì ricche per tutto il mondo? Qual Tago, qual Pattolo corsero di tant'oro, quanto dalla vostra liberalità ne abbiā conseguito? Nè sarebbe maggiore il benefizio, se sborsato ce lo aveste del vostro: Anzi quāto è più dura cosa il perdere il proprio, che il nō acquistare l'altrui, tāto egli è più dolce il sollievo da un debito necessario, che il vantaggio bramato di un qualche acquisto. Quanti, ò Imperadore Augusto, obbligati dalla povertà a starsi nascosti ne'boschi, od a girne raminghi, escono alla luce mercè di questa grazia; ritornano alla patria; finiscono di accusare i passati disagi, di odiare la sterilezza delle campagne; ripigliano coraggio per lavorare; si accingono a coltivarle, e già con auguri migliori incominciano; riveggono le loro case, vanno ad appendere a' templi i lor voti? Venuto poscia Voi stesso nostro conservatore, e con esso Voi quegli, che accompagna la maestà vostra, esulterà la città tut-

a *Tagus*, &c. Noti fluvii, ille Hispaniæ, hic Lydiæ, de quibus fabulati Poetæ, quòd auro fluxerint.

b *Latitare*. Ideo *Juvenal. Sat. 4: Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi.*

c *Quasi ille*. Variè legitur hic locus a Criticis. Conjecto legendum *quis*, quasi dicat, quisquis ille est majestatis tuæ comes, &c. intelligens fortasse Crispum Constantini filium, qui Patrem tunc sequeretur; quod opinatus est etiam *Livineius*.

Ei-

ta civitas, gaudiis perſtrepet; & cùm proficiſceris, fortaſſe retinebit: Dabis enim veniam; amoris noſtri contumeliam feres. Omnium ſis licèt dominus urbium, omnium nationum, nos tamen etiam nomen accepimus tuum jam, non antiquum. (a) *Bibracte quidem hucuſque dicta eſt Julia Polia Florentia, ſed Flavia eſt civitas Æduorum.*

tutta, e ſtrepiterà di allegrezza, e forſe quando partir vogliate tratteneravvi: E ben Voi ci perdonerete, e pazienterete un'oltraggio del noſtro amore. Siatevi pure il ſovrano di ogni città, di ogni popolo; noi però prendemmo anche il voſtro nome, non più l'antico. Chiamoſſi finora invero Bibratte Julia Polia Florentia; ma la metropoli degli Edui ſi chiama Flavia.

a *Bibracte*. Burgundiæ oppidum in ipſis Æduis, nunc *Beuret*, ab Auguſtoduno, ſeu Flaviâ noſtrâ non multùm diſtans. Quæ ſequuntur multum negotii Criticis faceſſunt, valde quidem impolcita. Nec aquieſco iis, quæ P. *de la Baune*, & *Cellarius* ex *Valeſ. Notit. Gall.* proferunt, ut ſit ſenſus; *Bibracte quidem in Æduis, ut & Pola Iſtriæ, & Florentia Tuſcorum a I. Cæſare nomen acceperunt, & Iulię ſunt cognominatę; at Civitas Æduorum primaria, nimirum Auguſtodunum, a Flavio Conſtantino, &c. Flavia, incolæ Flavienſes appellantur*: Quoad me enim hæc pariter interpretatio ſuos patitur manes, & mera divinatio eſt; neque ut ego ſic capiam lectio patitur. *Pighius* cuncta illa nomina de Bibracte dici putat, quaſi ex ternâ Coloniarum deductione dicta fuerit, primùm Julia, mox Polia, inde Florentia: Et quidem in tantâ loci hujus obſcuritate non contemnenda Viri docti eſt conjectura. Quod tamen ipſe de ſuo ſupplere geſtit, & ſic Orationem claudere; *ſed Flavia eſt civitas Æduorum hæc immortalis tuo Imp. Aug. beneficio in perpetuum nuncupandæ*, apud me fidei locum non invenit; quantò enim melior emphaſis lectionis vulgatæ?

EUMENII PANÈGYRICUS CONSTANTINO AUGUSTO.

IX.

CAP. I. *Facerem, Sacratiſſime Imperator, quod paulo ante mihi plerique ſuaſerunt, ut, quoniam majeſtas tua hunc mediocritati meæ diem (a) in iſtâ civitate celeberrimum ad dicendum dediſſet, de eo ipſo ducerem ſermonis exordium, niſi me ab hoc duplex ratio revocaret conſiderantem, neque (b) mediæ ætatis hominem oſtentare debere ſubitam dicendi facultatem, neque ad aures tanti Numinis quidquam, niſi diu ſcriptum, & ſæpè tractatum afferri oportere; nam qui apud Imperatorem Populi Romani dicit ex tempore, quantum ſit non ſentit Imperium. Huc accedit, quòd jam ſatis multi ſunt, qui me putant nimiùm multa dicturum; idque, ut arbitror, non ex inge-*

PANEGIRICO DI EUMENIO A COSTANTINO AUGUSTO.

IX.

CAP. I. Giacchè la maeſtà voſtra, Sacratiſſimo Imperadore, concedè alla mia debolezza per favellare il dì d' oggi, che in queſta città ſi è un de' più ragguardevoli, 'incomincierei da cio il mio diſcorſo, come poco anzi molti mi perſuaſero, ſe non me ne richiamaſſero due ragioni, mentre ripenſo che, nè un'uomo di mezza età de' far pompa di eloquenza improvviſa, ed alle orecchie di un' Idio così grande biſogna non dir parola, che non ſieſi più fiate ſcritta, e diſaminata ſovente; poichè chi improvviſamente parla ad un'Imperadore di Roma non conoſce quanto ſia grande l'Imperio. Si aggiugne lo ſtimarſi da molti ch'io aſſai ſia per dire; e lo miſurano, credo, non dal mio ingegno mez-

a *In iſtâ civ.* Treviris, ut Criticis videtur.
b *Mediæ*, &c. Ideo maturæ, & gravis.

Reſ-

ingenio meo, quod mediocre eſt, ſed ex laudum veſtrarum copia metiuntur; quorum ego expectationem, invitus licet, fallam brevitate dicendi; reverà enim cogitaveram plura, quæ dicerem, ſed malo orationem meam (a) reſpui. Itaque primum illud compendium faciam, quòd, cùm omnes (b) vos, invictiſſimi Principes, quorum concors eſt & ſocia majeſtas, debitâ veneratione ſuſpiciam, hunc tamen quantulumcunque tuo modò, Conſtantine, Numini dicabo ſermonem. Ut enim ipſos immortales Deos, quanquam univerſos animo colamus, interdum tamen in ſuo quenque templo, ac ſede veneramur, ita mihi fas eſſe duco omnium Principum pietatę meminiſſe, laudibus celebrare præſentem.

mezzano, ma dalla copia delle voſtre lodi. Io però froderonne, benchè di mal grado, l'aſpettazione loro con brevemente diſcorrere; imperciocchè, ſebbene io avea diviſate molte coſe che dire, voglio però, che la mia orazione rieſca anzi breve, che ſazievole. Dirò dunque prima in riſtretto che, quantunque io porti la dovuta venerazione a Voi tutti, Principi invittiſſimi, eguali e compagni di maeſtà, conſacro però queſto mio diſcorſo, qual'egli ſieſi, alla voſtra ſola divinità, ò Coſtantino. Imperciocchè, come veneriamo ſovente in un tempio, e nicchio ſuo particolare alcuno degl'Iddj ſteſſi immortali, benchè inſieme tutti nell'animo gli adoriamo, così credo potere, per quanto la mia pietà lo richiede, ricordarmi di tutti i Principi, e lodar ſolo il preſente.

CAP. II. *A Primo igitur incipiam originis tuæ Numine, quod plerique adhuc fortaſſe neſciunt, ſed qui te amant plurimum ſciunt. Ab illo enim (c) Divo Claudio manat in te avita cognatio, qui Romani Imperii ſolutam & perditam diſciplinam primus (d) reformavit; immaneſque (e) Gothorum copias Ponti faucibus, & Iſtri*

CAP. II. INcomincierò dunque dal primo Idio del voſtro caſato, il che i più forſe non ſanno, ma ben lo ſa chi vi ama. Diſcendete dunque da quel Divino Claudio, che riformò il primo la diſciplina ſciolta, e affatto guaſta dell'Imperio di Roma; e ſterminò in terra e in mare un numero immenſo de' Goti, uſciti dalle bocche dell'Iſtro, e dalle foci del Ponto. Così

a *Reſpui*. Locus hic ſanè corruptus; nec ſibi ſententia conſtat. Placet conjectura *Acidalii* legentis *requiri*, ideſt deſiderari. At lectionem non muto, cùm in omnibus ſit *reſpui*.

b *Vos*. Maximianum Armentarium, Maximinum, Dazam cognomento, intelligit, & Severum. Illius Nummum habes in Tab. *Pan. II* præfixâ; horum verò in Tab. ante *Panec. VI.*

c *Divo Claud.* Vide adnotata *Panec. ſuper. cap. 2.*

d *Reformavit*. Fuit enim bellicâ diſciplinâ ſeverus.

e *Gothor. cop.* Fusè *Trebellius Pollio*.

Istri ore proruptas terrâ marique delevit ; utinam diuturnior recreator hominum , quàm maturior Deorum comes . Quamvis igitur ille felicissimus dies , proximâ religione celebratus , Imperii tui natalis habeatur , quoniam te isto habitu primus ornavit , jam tamen ab illo generis auctore in te Imperii fortuna descendit . Quinimmò Patrem tuum ipsum vetus illa Imperatoria domus prærogativa provexit ; ut jam summo gradu , & supra humanarum rerum fata consisteres , post (a) *duos familiæ tuæ Principes tertius Imperator . Inter omnes , inquam , participes majestatis tuæ hoc habes , Constantine , præcipuum , quòd Imperator natus es ; tantaque est nobilitas originis tuæ , ut nihil tibi addiderit honoris Imperium ; nec possit fortuna Numini tuo imputare , quod tuum est , omissis* (b) *ambitu , & suffragatione .*

Così avesse consolati più a lungo gli uomini , come troppo presto si fece compagno agl'Iddj . Benchè dunque quel felicissimo giorno , solennizzato testè con sacre cirimonie, si tenga per lo natalizio del vostro Imperio, perchè primo diedevi queste insegne , ne discende in Voi però la grandezza reale da quell'autore del vostro lignaggio Funne anzi avanzato vostro Padre medesimo per antico privilegio del sangue ; onde salisti al grado più alto, e sopra la condizione delle cose umane Voi, terzo Imperadore dopo due della vostra famiglia. Avete sì, ò Costantino , di singolare fra chiunque partecipa questa maestà l'essere nato Imperadore ; ed è di tanto pregio la nobiltà del vostro nascere , che non vi aggiunse punto di onore l'Imperio; nè può la fortuna darvi debito di ciò ch'è vostro , non essendosi per Voi usate pratiche, nè tenuto squittino.

CAP. III. *Non fortuita hominum consensio , non repentinus aliquis favoris* (c) *eventus te Principem fecit ; Imperium nascendo meruisti . Quod quidem mihi Deorum immortalium munus & primum videtur & maximum , in lucem statim felicem venire ; & ea , quæ alii vix totius vitæ laboribus consequuntur , jam domi parta suscipere . Quamvis enim ma-*

CAP. III. NE foste Voi fatto già Imperadore da un casuale accordamento di persone , non da un' improvviso accidente di parzialità ; meritaste l' Imperio col nascere . E ben parmi egli dono il maggior' ed il più alto degl' Iddj immortali l'uscir felice alla luce, e dar di piglio agli onori invecchiati già in casa , a' quali arriva altri appena colle fatiche di tutta la vita. Poichè , quan-

a *Duos* . Claudium Atavum , & Constantium Patrem .

b *Ambitu* , &c. Quibus ad Imperium perveniebant , qui non nati erant Imperatores .

c *Eventus* . Inanis , meâ sententiâ , est divinatio illorum , qui legere malunt *ventus* .

Quan-

magna sit, & admiranda felicitas, qua stipendiis in ordinem meritis, & militiæ gradibus emensis ad fastigium istud majestatis ascendit, & solis virtutis nixa radicibus ad tantum potentiæ robur invalvit; (quod quidem etiam tu, (a) quantùm per ætatem licuit, consecutus es, & quamvis te supra omnes acquirendæ gloriæ moras fortuna posuisset, crescere militando voluisti; & adeundis belli periculis, ac manu cum hostibus etiam (b) singulari certamine conserendâ, notiorem te gentibus reddidisti; cùm non posses esse nobilior.) magnum, inquam, est ab se profectum ad maxima pervenire, longè tamen aliud est niti per ardua, & juga montium petere plano, aliud ipsa ortus sui sublimitate fultum verticem tenere fortunæ, & quæ summa sunt non sperare, sed habere.

quantunque felicità grande, e miracolosa quella sieſi, che giugne a cotal cima di maestà dopo il merito dell'aver misurati per ordine tutti gli officj, le cariche tutte di guerra, cresciuta sulle radici del sol valore a tal vigor di potenza (il che, per dir vero, Voi pure, per quanto porta la vostra etade, adempieste; e benchè la fortuna vi avesse renduto superiore a tutti gl'indugi in acquistar gloria, voleste aggrandirvi però combattendo, e cimentandovi nelle guerre, azzuffandovi da solo a solo cogli nimici, vi rendeste a'popoli più conosciuto, che più nobil'essere non potevate) quantunque dissi gran felicità ella sieſi lo arrivar da se stesso a gran posti, altro però si è il poggiar su' dirupi, ed avviarsi alle cime de'monti dal piano, altro lo starsi sulla più alta cima della fortuna, sostenuto dalla sublimità della nascita; e non aver già la sola speranza, ma il possedimento del posto più sublime.

CAP. IV. *Sacrum istud Palatium non candidatus Imperii, sed designatus intrasti, confestimque te illi paterni Lares successorem videre legitimum; neque enim erat dubium, quin ei competeret hæreditas, quem (c) primum Imperatori filium Fata tribuissent. Te enim tantùm*

CAP. IV. Entraste in questo sacro Palazzo, non in vesta di domandante, ma eletto già: e le stanze, già di vostro Padre, vi conobbero per legittimo successore. Nè si potea dubitare, che non ne toccasse la eredità a chi fu dato dagli Destini ad un'Imperadore per primo figliuolo;

a *Quantum p.at.* Quo tempore dicta est hæc Oratio, non multum ætatis egisse Constantinum credibile est; nam paulò post Patris ipsius obitum dictam puto. Tunc autem agebat ipse ætatis annum trigesimum secundum circiter.

b *Sing. certam.* Cum Sarmatarum Duce, quem vicit. Refert *Zonar. l.12.*

c *Primum.* Ex Helenâ, primâ Constantii Chlori conjuge, quàm repudiare inde compulsus est, ut Theodoram duceret Herculii privignam.

tùm ille & Imperator in terris, & in Cœlo Deus in (a) *primo ætatis suæ flore generavit, toto adhuc corpore vigens, illâ præditus alacritate, ac fortitudine, quâ cum bella plurima, tum præcipuè campis* (b) *Vindonis gessit. Inde est, quòd tanta ex illo in te formæ similitudo transivit, ut, signante naturâ, vultibus tuis impressa videatur. Idem enim est, quem rursus in te colimus, aspectus; eadem in fronte gravitas; eadem in oculis, & in ore tranquillitas. Sic est index modestiæ rubor; sic testis sermo justitiæ. Accipe, Imperator, accipe nostrorum sensuum confessionem: Dolet, quòd Constantius excesserit a nobis, sed dum te cernimus, illum excessisse non credimus. Quanquam quid ego illum excessisse dico, cujus immortalia facta vivunt, & in ore omnium hominum, oculisque versantur?*

uolo; poichè desso, Principe già in terra, ora Idio in Cielo, generò Voi solo nel primo fiore degli anni, con tutto il suo vigore, con tutta quella lena, e con quello spirito, con cui maneggiò tante guerre, e quella specialmente nella campagna Vindonia. Quindi passonne in Voi da lui somiglianza sì grande di fattezze, che sembrano esse ritratte sul vostro volto dalla natura; poichè lo stesso è il sembiante, che in Voi veneriamo di nuovo, la stessa la maestà della fronte, la placidezza degli occhi, e di tutta la faccia: Così quel rossore segno di modestia, quella favella testimoniāza di giustizia. Ricevete, Imperadore, ricevete la confessione de' nostri sentimenti. Ci duole, che sia morto Costanzo; ma in guardarvi non lo crediamo già morto. Ma che dico desso esser morto, le cui azioni vivono immortali, e sono ancora in bocca, e dinanzi agli occhi di tutti gli uomini?

CAP. V. *Quis enim non dico reminiscitur, sed quis non adhuc quodammodo videt quantis ille rebus auxerit, ornaritque Rempublicam? Qui adscitus Imperio, primo adventu suo innumerabili* (c) *hostium classe ferventem exclusit Oceanum, exercitumque illum, qui Eo-*

CAP. V. E Chi, non dirò già non ricordasi, ma in certa guisa non vede ancora quanto abbia desso aggrandita, e fregiata la Repubblica? Egli alzato all' Imperio fè ritirare colla sua prima comparsa l'Oceano, coperto di un' armata innumerabile di nimici; ed accerchiò per terra e per

a *Primo*. Anno scilicet ætatis suæ circiter vigesimoquarto.

b *Vindonis*. Hic scripturæ mendum esse communiter creditur. Nescio an Noster Vindonissam intelligat, quæ fuit olim ubi nunc ferè pagus *Vindisch* in Helvetiis. Non longè sanè ab eo loco Constantius victoriam retulit de Germanis.

c *Hostium*. Duce eorum Carausio Tyranno, de quo jam dixi *Pan. 2, cap. 2*, seu, quod fortasse verius, duce Allecto, qui, sublato Carausio, tyrannidem arripuit; victumque hunc scimus ex *Eutrop. l. 9*, armis Constantii Chlori.

Eo-

(a) *Bononiensis oppidi littus insederat, terrâ pariter ac mari sepsit, cùm reciprocos tursus illius elementi, jactis inter undas vallis, diremisset, ut quorum portas fluctu alluerat mare, & quod tangerent perdidissent: Qui eodem exercitu virtute capto, clementiâ conservato, dum ædificandis classibus Britannia recuperatio comparatur, terram Bataviam, sub ipso quondam* (b) *alumno suo a diversis Francorum gentibus occupatam, omni hoste purgavit; nec contentus vitisse, ipsas* (c) *in Romanas transtulit nationes, ut non solùm arma, sed etiam feritatem ponere cogerentur. Nam quid ego de receptione Britanniæ loquar, ad quam ita quieto mari navigavit, ut Oceanus ille tanto vectore stupefactus caruisse suis motibus videretur, ita pervectus, ut non comitata illum sit, sed præstolata victoria?*

per mare quell'esercito, che avea occupate le spiagge di Bologna, rotto con palizzati per mezzo l'acqua il corso reciproco di quell'elemento; onde perdessero i nimici quel mare, che già toccavano, e che bagnava loro le porte. Egli, vinto col valor detto esercito, e conservatolo colla clemenza, mentre allestisce l'armata per racquistar la Brettagna, purgò da tutti gli nimici la Batavia, occupata sotto quel già suo allievo da varj popoli Franchi; e non contento di avergli vinti, traportolli ne' paesi di Roma, per obbligarli a diporre, non solo le armi, ma la fierezza medesima. Che dirò poi dell'acquisto della Brettagna, verso cui veleggiò in calma sì grande, che parea senza movimento l'Oceano allo stupore di sì maestoso nocchiero, giuntoci in guisa, che parve non lo accompagnasse già la vittoria, ma che lo stesse attendendo?

CAP. VI. *Quid de misericordiâ dicam, qua victis temperavit? Quid de justitiâ, qua spoliatis amissa restituit? Quid de providentiâ, qua sociis sibi junctis se ejusmodi judicio dedit, ut servitutem passos juvaret recepta libertas, culpa conscios ad pœnitentiam revocaret impunitas? Quid loquar tursus intimas Franciæ nationes, non jam ab his locis, quæ olim Ro-*

CAP. VI. CHe dirò della misericordia, onde si astenne dal sangue de' vinti? Della giustizia, con cui restituì a' già spogliati il perduto? Della consigliatezza, con cui si fece amici que' popoli; sicchè i già stati schiavi provassero il giubilo della libertà racquistata, ed i colpevoli esentati dal gastigo fossero invitati a pentirsi? Che dirò poi delle genti spiantate nel cuor della Fran-

a *Bononiensis*. Bononia oppidum in Piccardia Galliæ, contra Britanniam, nunc *Boloigne*, seu *Boulogne*.

b *Alumno suo*. An quod Carausius sub Constantio meruerit? Non negaverim: constat enim ex *Eutrop. l. 9.* eundem rei militaris peritissimum fuisse.

c *In Rom.* &c. Confer dicta *Panegyr. 4. c. 4.* & quæ sequuntur *cap. 6.*

Romani invaserant, sed a propriis ex origine suis sedibus, atque ab ultimis Barbariæ littoribus avulsas, ut jam in desertis Galliæ regionibus collocatæ, & pacem Romani Imperii cultu juvarent, & arma dilectu? Quid commemorem (a) *Lingonicam victoriam, etiam Imperatoris ipsius* (b) *vulnere gloriosam? Quid Vindonis campos hostium strage completos, sed adhuc ossibus opertos? Quid immanem ex diversis Germanorum populis multitudinem, quam duratus gelu Rhenus illexerat, ut* (c) *insulam, quam divortio sui idem amnis complectitur, pedestri agmine ausa transmittere, repente laxato flumine clauderetur; & demissis statim obsessa navigiis, ita se dedere cogeretur, ut, quod difficilius est sorte communi, eligeret,* (d) *& ex æquo captivitati traderet, relatura cum reliquis suis infamiam proditionis* (e) *suorum.*

Francia, non sol da'luoghi presi già da'Romani, ma dalla propria lor patria, e da'paesi barbari più lontani, perchè poste nelle parti disabitate della Gallia giovassero a Roma con lavorare in tempo di pace, e con somministrare soldati in quello di guerra? Rammenterò la vittoria Lingonica, gloriosa anche per una ferita dell'Imperadore medesimo? Le campagne Vindonie, riempiute colla strage de nimici, ed ancor coperte di ossa? L'immenso numero di varj popoli della Germania, che allettati da'ghiacci del Reno a passarsene arditamente a piedi nell'isola, che col diramarsi forma quel fiume, scioltasi d'improvviso l'acqua, ne furono quivi racchiusi, e collo spedir navi subito ad assediarli, obbligati ad arrendersi; onde, ciò ch'è più duro di una morte comune, se ne facesse una scelta da tutti essi, per consegnare un numero di prigioni; e così chi rimaneane riportasse la infamia di avere dati i suoi in mano a'nimici,

CAP. VII. *Dies me ante deficiet, quàm oratio, si omnia Patris tui facta vel hac brevitate percurram, cujus*

CAP. VII. Mancherammi il giorno anzi che le parole, se vorrò toccare ancora sì brevemente le imprese tutte di vo-

a *Lingonicam*. Contra Alemanos, quorum innumeram vim cecidit. Memorat *Eutrop. l. 9.* Fuere Lingones populi Campaniæ Galliæ, ubi nunc *Langres*.

b *Vulnere*. Nam primo conflictu Constantius victus est.

c *Insulam*. Regionem illam, quam Rhenus in duo cornua divisus ambit aquis in modum insulæ. Ipse autem dividitur ad Schenchiam Arcem in Clivensi tractu; sinistrum ejus cornu Vahalis dicitur, dextrum verò Rheni nomen retinet. Regio ab iisdem clausa, seu insula modò dicta, pars est antiquæ Bativiæ, nunc Hollandiæ portio illa, in quâ urbes præcipuæ *Rotterdam*, *Dort*, *Delfs*, *Leyden*, &c.

d *Et ex æquo*. Sic retinui, ut est in editione Parisiensi, aliisque, item & in *M. S. D. Marci*. Alii legunt *& quos*, alii *æques*.

e *Suorum*. Quos elegisset in captivitatem tradendos.

Ca-

jus etiam ſuprema illa expeditio non Britannica trophæa, ut vulgo certum eſt, expetivit, ſed, Diis jam vocantibus, ad intimum terrarum limen acceſſit. Neque enim ille, tot tantiſque rebus geſtis, non dico (a) Caledonum, aliorumve (b) Pictorum (c) ſilvas, & paludes, ſed nec (d) Hiberniam proximam, nec (e) Thulen ultimam, nec ipſas, ſi quæ ſunt, (f) Fortunatorum inſulas dignabatur acquirere; ſed, quod eloqui nemini voluit, iturus ad Deos (g) genitorem illum Deorum, ignea cœli aſtra (h) refoventem, proſpexit Oceanum, ut fruiturus deinde luce perpetuâ jam

voſtro Padre, che nell'ultima ſua ſpedizione non cercò già di trionfare della Brettagna, come dal volgo ſi crede; ma, chiamandolo ormai gl'Iddj, portoſſi al più rimoto confin della terra. Non degnava dopo impreſe sì numeroſe e sì grandi acquiſtare i boſchi, e le paludi de'Caledoni, e de'Pitti, nè la Ibernia loro vicina, nè la ultima Tule, nè, ſe pur v'hanno, le iſole Fortunate; ma, ſendo per ſalire al Cielo, di che non volle farne parola ad alcuno, rivoltoſſi all'Oceano padre degl'Iddj, che alimenta le ſtelle infocate colle ſue acque, per veder quivi un giorno quaſi continuo, dovendo dappoi godere

a *Caledonum*, &c. Caledones, ſeu Caledonii populi Borealis Britanniæ, in Scotiâ, ubi nunc fere regio incolis *Allibaun*, & urbs *DunKedd*. Meliùs autem locum hunc legit *Valeſius ad Ammian. l.* 27, *c.* 8; nimirum *non Dicaledonum*, pro *non dico Caledonum*. Et quidem Dicaledonas, tanquam partem Pictorum, unà cum Vecturionibus alterâ parte, nominat citatus *Ammian. ibid.*

b *Pictorum*. Picti in eàdem Scotiâ fuere, Caledoniis ad Meridiem proximi. Solebant corpora ſua pingere, in iiſdemque varia animalia deſcribere, teſte *Silino*.

c *Silvas*. Celebris olim Calidonia ſilva, quæ & Deucaledonia dicta, cujus adhuc hodie veſtigia viſuntur.

d *Hiberniam*. Hibernia, ſeu Iverna Inſula Britanniæ finitima in Occaſum, vigintì circiter milliaribus ab eàdem diſtans; nobis nunc *Irlanda*.

e *Thulen ultimam*. Quæ fuerit priſcorum Thule nondum convenit inter auctores. Communior tamen ſententia eam putat, quæ nunc *Islanda*, inſula Septentrionalis Oceani, ſub Arctico Circulo, inter Norvegiam ad Ortum Europam versùs, & Terram Viridem Americæ ad Occaſum. Hanc inſulam dixere olim ultimam, quòd navigationibus tunc temporis non ultra in Boream progreſſi eſſent. *Virgil. Georg. l.* 1, *Tibi ſerviat ultima Thule.* Sic *Seneca in Medeâ*; *Nec ſit terris ultima Thule.*

f *Fortun. inſ.* Mentionem harum faciunt *Plinius*, & *Ptolomæus*, ac ſex fuiſſe tradunt, quibus etiam varia eorum quilibet nomina affigit. Nunc ſeptem ferunt eſſe in mari Atlantico, contra Africam. Plura de ipſis fabulati Poetæ, quæ leges apud *Natal. Com. Mythol. l.* 3, *cap.* 19.

g *Genitorem*. Oceanum genitorem Deorum dicit ex priſcâ opinione, ut dixit & Juno apud *Homerum, Iliad. Oceanum viſura peto namque ultima terræ, Unde genus Superis.* Et *Orpheus, Hymn. Oceanumque vero patrem, Thetynque parentem, Unde ortus Superis.*

h *Refoventem*. Ex Stoicorum ſententiâ, dicentium, Aſtra ignea Oceani aquas haurire. Plura ſunt in *Cicerone, Senecâ, Plinio*, aliiſque teſtimonia. Qui ſingula cupit, petat *Lipſio, Phyſiol. Stoic. l.* 2, *Diſſert.* 14.

jam videret illic diem (a) *penè continuum. Verè enim profectò illi Superum templa patuerunt, receptusque est consessu Cœlitum, Jove ipso dexteram porrigente. Quinimmò statim sententiam rogatus, cui Imperium deceneret, dixit, ut decebat Constantium Pium; manifestè enim sententiâ Patris electus es Imperator: Quod quidem ita nos dicere, cum veritas jubet, tum pietati tuæ, ut video, gratissimum est. Sed cur tantummodo privatis tuis affectibus blandiamur, cùm omnium Deorum fuerit illa sententia, & quidem jam pridem auctoritate præscripta, quamvis tum pleno firmata sit consilio? Jam tunc enim cœlestibus suffragiis ad salutem Reipublicæ vocabaris, cùm ad tempus ipsum, quo Pater in Britanniam transfretabat, classi jam vela facienti repentinus tuus adventus* (b) *illuxit, ut non advectus cursu publico, sed divino quodam advolasse curriculo videreris.*

dere una luce perpetua. E ben se gli spalancarono i templi del Cielo, e fu egli accolto nell'assemblea degl'Iddj, stendendogli lo stesso Giove la destra. Dimandato anzi subito a chi lasciasse l'Imperio, rispose, come ben dovea il Pio Costanzo; onde foste apertamente Voi nominato Imperadore dal Padre: E che noi parliamo in tal guisa, come ce lo comanda la verità, così piace per quanto veggo alla vostra pietade. Ma che sollitticare solo i vostri affetti privati, sendo stata quella una nomina di tutti gl'Iddj, comandata già dagli Destini, benchè con sì pieno consenso allora poi confermata? Vi chiamavano i voti del Cielo a salvar la Repubblica infino allora che, tragittando vostro Padre nella Brettagna, comparì l'improvviso all'armata, che facea vela la vostra persona; onde parve, che foste non andato già per la strada comune, ma volato sopra un qualche cocchio divino.

CAP. VIII. *NOn enim ulla Persarum,* (c) *Cydonumve tela tam certis jactibus destinata fixerunt, quàm tempestivus Patri tuo* (d) *terras relictu-*

CAP. VIII. NOn imbroccano così diritti lo scopo i dardi de'Persi, e de'Cidonj, come giugneste Voi opportunamente compagno al Padre, ch'era per

a *Penè contin.* Non omnino continuum, quia talem non habent nisi qui sub ipso Polo sunt, quibus sol per sex menses fulget, per totidem conditur. Quò quis igitur ab Æquatore Polum versùs progreditur, eò longioribus diebus fruitur, noctibusque contra brevioribus.

b *Illuxit.* De eodem adventu Constantini *Eutrop. l.* 10; *Exoptatissimus moderator accessit.*

c *Cydonum.* Populi fuere Cretæ Insulæ, ubi nunc *Canea*, jaculandi peritissimi, sicuti & Persæ, seu Parthi. *Ovid. Metam. l.* 8, *Cydoneasque pharetras Noverat.*

d *Terras rel.* De Costantino *Aurel. Victor*; *Ad Patrem in Britanniam pervenit. Et fortè eisdem diebus ibidem Constantium parentem fata ultima peragebant.* Sic & *Eusseb. Vit. Const. l.* 1, *c.* 21; *At Constantio jub idem tempus ultima vitæ dies imminebat.* Constantii sepulchrum in Britannia repertum fuisse testantur *Florilegus*, & *Camdenus*, relati a *Ruperto*, *Observ. ad Beroldum.*

Con-

illâuro comes affuiſti , omneſque illius curas , quas præſagâ & tacitâ mente voluebat , præſentiæ tuæ ſecuritate laxaſti. Dii boni ! quantâ Conſtantium Pium , etiam in exceſſu ſuo , felicitate donaſtis! Imperator tranſitum facturus in Cœlum vidit , quem relinquebat hæredem . Illico enim atque ille terris fuerat exemptus , univerſus in te conſenſit exercitus , te omnium mentes oculique ſignarunt ; & quanquam te ad ſeniores Principes de ſummâ Republicâ quid fieri placeret retuliſſes , prævenerunt tamen ſtudio , quod illi mox judicio probaverunt . Purpuram ſtatim tibi , cùm primus copiam tui fecit egreſſus , milites utilitati publicæ magis , quàm tuis affectibus ſervientes injecere lacrymanti ; neque enim fas erat diutius fleri Principem (a) conſecratum . Diceris etiam , Imperator invicte , ardorem illum te deſcentis exercitus fugere conatus equum calcaribus incitaſſe . Quod quidem (ut verum audias) adoleſcentiæ errore facie bas ; quis enim te (b) Cyllarus , aut Arion poſſet eripere , quem ſequebatur Imperium ? Illa , inquam , illa majeſtas , quæ Jovis ſubjecta nutu , nec Iridi Deum nuncia , ſed priùs commiſſa victoria , tam facilè te comitata eſt , quàm citò ad terras Cœlo miſſa perveniunt . Sic modeſtiam tuam , atque pie-

ta-

per laſciare la terra ; ed aſſicurandolo colla preſenza , gli rallentaſte tutti i penſieri, che tacito ravvolgea nella ſua mente preſaga . Iddj buoni ! Di che felicità ricolmaſte il Pio Coſtanzo nel ſuo ſteſſo morire ! Deſſo Imperadore paſſando al Cielo vide il ſuo erede ; poichè , tolto ch'egli laſciò la terra , in Voi tutto l'eſercito ſi fiſsò; Voi contraſsegnarono le menti , e gli occhi di tutti ; e benchè a' Principi più vecchi dimandaſte , che lor piacea ſi faceſſe intorno al governo , prevennero quelli col genio ciò, che queſti approvarono col parere. Gittaronvi toſto indoſſo la porpora , quando la prima voſtra uſcita il permiſe , i ſoldati , più inchinevoli al pubblico bene , che a'voſtri affetti: E Voi piagnevate ; ſebben non convenia piagner più lungamente un Principe già fatto Idio. Diceſi anche di Vo'Imperadore invitto , che tentando di ſfuggire quell' acceſo deſiderio dell'eſercito , ſpronaſte il deſtriero. Ma, per vero dirvi, era queſto un traſcorſo da giovane ; poichè qual Cillaro , quale Arione potea ſottrarvi , quando vi ſeguiva l' Imperio? Quella maeſtà, che dipende da'cenni di Giove , conſegnata anzi alla vittoria, che all'Iride meſſaggera de'Numi , quella ſeguivvi sì , come preſto giugne alla terra ciò, che ſi ſpediſce dal Cielo. Così la voſtra modeſtia , e la pietà rimaſero ,

a *Conſecratum*. Inter Deos relatum, Ethnico more. Extant ejus Nummi cum capite velato, quod ſignum olim conſecrationis erat. Vide *Tab. 5. n. 3*.

b *Cyllarus , aut Ar.* Equi Fabulis noti; ille Caſtoris, hic Adraſti. Quare *Statius , Sylv. 1.* Arionem Adraſteum dicit.

Nec

tatem & differendi Imperii conatus ostendit, & Reipublicæ felicitas vicit.

CAP. IX. O *Fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Constantinum Cæsarem prima vidisti! Meritò te omnibus cœli, ac soli bonis Natura donavit, in qua* (a) *nec rigor est nimius hiemis, nec ardor æstatis; in qua segetum tanta facunditas, ut muneribus utrisque sufficiat, & Cereris, & Liberi; in qua nemora sine immanibus bestiis, terra sine serpentibus noxiis, contra pecorum mitium innumerabilis multitudo, lacte distenta, & onusta velleribus; certè quidem, quod propter vitæ diligitur,* (b) *longissimæ dies, &* (c) *nullæ sine aliquâ luce noctes, dum illa litterorum extrema planities non attollit umbras, noctisque metam Cæli & siderum transit aspectus,* (d) *ut sol ipse, qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire.*

sero, e palesate dagli sforzi, che usasse per non accettare l'Imperio, e vinte dalla felicità della Repubblica.

CAP. IX. O Fortunata Brettagna, terra la più beata di tutte, che fosti la prima a veder Cesare Costantino! Fu ben ragione che ti donasse la Natura il clima, ed il terreno più vantaggioso, sicchè non provassi, nè freddi soverchi il verno, nè bollori la state; di ricolte tanto feconda, quanto basta per lo bisogno del pane, e del vino, senza fiere crudeli ne' boschi, senza serpi velenose per le cãpagne; per lo contrario anzi piena d'infinite piacevoli mandre, pregne di latte, e ricche di lane. I tuoi giorni sono lunghissimi, il che in grazia del vivere cotanto piace; niuna notte senza qualche sorta di luce, non istendendosi i piani tuoi lidi a far'ombra, e trapassandosi il confine della notte dalla positura del tuo Cielo, e delle tue stelle: onde il sole, che a noi cader sembra, quivi oltrepassare si vede.

a *Nec rigor.* Videtur hoc incredibile, cùm Britannia sit multùm Septentrionalis. Attamen confirmatur a Guilielmo Camdeno, in Britanniæ descriptione; & omnino consonat iis, quæ apud *Tacit. in Agric.* leguntur; *quem omnino conferre operæ pretium est*, inquit *Ursinejus*.

b *Longissimæ.* Ob Sphæræ obliquitatem.

c *Nullæ*, &c. Gratis dictum; nam hoc strictè loquendo Polo tantùm ferè subjectis contingit. Iis quoque, qui in Sphærâ maximè obliquâ sunt, aliquas ejusmodi noctes dari non negandum; istis enim non adeo Globus Terraqueus obstat, quin quandam subobscuram lucem a Sole ad Tropicum oppositum digrediente recipiant, sicut obstat iis, qui in Sphærâ rectâ, & minùs obliquâ sunt. Britannia verò non adeo obliqua est, protenditur enim a quinquagesimo ad sexagesimum circiter gradum latitudinis; ejusque longior dies horarum 18 esse dicitur.

d *Ut sol*, &c. Hæc, & alia satis sibi ipsi explicabit, quisquis vel leviter Sphæræ Armillaris usum novit. Confer locum hunc cum illo *Taciti, init. Vitæ Agricolæ*, a quo noster mutuatus esse verba ipsa pene videtur.

Dii boni! Quid hoc eſt, quod ſemper ex aliquo ſupremo fine mundi nova Deum Numina univerſo orbi colenda deſcendunt? Sic (a) *Mercurius a Nilo, cujus fluminis origo neſcitur; ſic* (b) *Liber ab Indis prope* (c) *conſciis ſolis orientis Deos ſe gentibus oſtendere præſentes. Sacratiora ſunt profectò mediterraneis* (d) *loca vicina cœlo; & inde propiùs a Diis mittitur Imperator, ubi terra finitur.*

Iddj buoni! Perchè mai dalle parti ultime della terra ne vengono ſempre nuove Deità, da adorarſi per tutto il Mondo? Così Mercurio dal Nilo, di cui ſconoſciuta è la fonte; così Bacco dall'India, che vede quaſi naſcere il ſole, ſi dimoſtrarono agli uomini. Più ſacri degli framezzo la terra ſono i luoghi vicino al cielo; ond' è che più d'appreſſo agl'Iddj n'è ſpedito l'Imperadore, dove la terra finiſce.

CAP. X.

Imperatoris igitur filius, & tanti Imperatoris, & ipſe tam feliciter adeptus Imperium, quomodo Rempublicam vindicare capiſti? Ignobilem credo aliquam Barbarorum manum repentino impetu, & improviſo latrocinio ortus tui auſpicia tentaſſe. Affeciſti pœnâ temeritatis (e) *Reges ipſos Francia, qui per abſentiam Patris tui pacem violaverant; non dubitaſti ultimis punire cruciatibus, nihil veritus gentis illius odia perpetua, & inexpiabiles iras. Cur enim ullam reputet juſtæ ſeveritatis offenſam Imperator, qui quod ſe-*

CAP. X.

Come dunque incominciaſte a liberar la Repubblica Voi, figliuolo d' Imperadore, e d'Imperadore sì grande, e dopo avere acquiſtato sì felicemente l'Imperio? Parmi che tentaſſe una vil turba di Barbari cõ empito ſtrabocchevole, e con improvviſe ſcorrerie i voſtri principj. Puniſte ben toſto l'ardire de' Re medeſimi della Francia, che in lontananza di voſtro Padre aveano rotta la pace; nè temeſte di far'ad eſſi provare gli ultimi ſtrazi, niente curando gli odj loro perpetui, e quella rabbia non mai ſaziata. Temerà di uſa-

re

a *Mercur. a Nilo.* Plures fuiſſe Mercurios auctor eſt *Cicero*, *l.* 3. *de Nat. Deor.* Inter hoſce unum ipſe refert Nilo genitum. Nili autem fonte nihil obſcurius olim fuiſſe omnes jam ſciunt.

b *Liber ab Ind.* In Græcià quidem Bacchus, qui & Liber dictus, natus eſt; Noſtro tamen dicitur ab Indis veniſſe, quòd iis in locis multo tempore floruerit, ubi etiam Nyſam Urbem fertur condidiſſe.

c *Conſciis.* &c. Reſpectu Europæ, cui India ad Orientem eſt.

d *Loca vicina cœlo.* Videtur noſter ejus fuiſſe opinionis, cujus plurimi etiam ex antiquis S.S.P.P. fuere, Terram ſcilicet planam eſſe, non ſphæricam, nec dari Antipodes, aut ullam Sphæræ obliquitatem. In eorum quidem ſententiâ ultimi terræ limites vicinlores Cœlo erant; at in recentiorum ſententiâ, quæ jam communis eſt, & dubio omni major, nullius terræ locus vicinior Cœlo dicendus, ſed omnes æqualiter a Cœlo diſtare.

e *Reges.* Aſcaricum, & Regaiſum, de quibus jam dictum *Paneg.* 5. *cap.* 4. & *Paneg.* 7. *cap.* 16.

Tu-

fecit tueri poteſt? (a) *Tuta clementia eſt, quæ parcit inimicis, & ſibi magis proſpicit, quàm ignoſcit. Te verò, Conſtantine, quantumlibet* (b) *oderint hoſtes, dum perhorreſcant; hæc eſt enim vera virtus, ut non ament, & quieſcant. Cautior licèt ſit, qui devictos habet per veniam perduelles, fortior tamen eſt, qui calcat iratos. Renovaſti, Imperator, veterem illam Romani Imperii fiduciam, quæ de captis hoſtium ducibus vindictam morte ſumebat: Tunc enim captivi Reges, cùm a portis uſque ad forum triumphantium currus honeſtaſſent, ſimulatquè in Capitolium currum flectere caperat Imperator, abrepti in carcerem* (c) *necabantur.* (d) *Unus Perſes, ipſo Paulo, qui dedentem ſe acceperat, deprecante, legem illius ſeveritatis evaſit; cæteri omnes in vinculis luce privati aliis Regibus dedere documentum. Adeo & hoc boni confert pœna hoſtibus irrogata, ut non ſolùm inimici ferocire non audeant, ſed etiam amici impenſiùs revereantur.*

re una giuſta ſeverità quel Sovrano, che può difendere quanto fece? Una clemenza di timore ſi è quella, che perdona a' nimici; perchè penſa più ad aſſicurare sè ſteſſa, che a perdonare. Voi però Coſtantino odiino pure i nimici, purchè vi temano: Queſto ſi è il vero valore, che non vi amino, e pur non ſi muovano. Sebben' è più cauto chi ſi guadagna col perdono i felloni; è più forte però chi li calpeſta ſdegnati. Rinnovaſte, Imperadore, quell' antica ſuperiorità dell'Imperio di Roma, quando fatti prigioni li comandanti nimici, vendicavaſi colla lor morte. Allora i Re ſchiavi, adornato il cocchio de' trionfanti dalle porte fino alla piazza, tottochè incominciava girare al Campidoglio l'Imperadore, ſtraſcinati in prigione vi ſi ſtrozzavano. Perſe ſolo a richieſta di Paolo, cui ſi era reſo, ſcansò il rigore di quella legge; gli altri tutti poſti allo ſcuro in catena, inſegnarono agli altri ad anzi onorar l'amicizia, che adizzare il rigore di Roma. Tanto giova il gaſtigo ancor de' nimici, che, non ſol più non oſan' eſſi d'inferocire, ma anche gli amici vie più riſpettano.

In- Quin-

a *Tuta.* Sic lego cum *Livinejo*, & *Gratero*. In pleriſque eſt *tua*; in aliis *ſtulta*, quam lectionem tuetur *Acidalius*. Omnino autem improbo lectionem *Putcani*, *Stulta clementia*, &c. *& ſibi magis proſpicit, qui ignoſcit*.

b *Oderint*. Axioma, in hoſtes non improbandum, impiè uſurpabat in Cives nefarius ille Imperator Caligula, teſte *Suetonio*.

c *Necabantur*. Sic plerunque de more; & Imperator exire de Capitolio non ſolebat, niſi poſtquam captivos occiſos nuntiatum eſſet. Vide *Bulenger. de Triumph. cap.* 28.

d *Unus Perſes*. Macedonum Rex, qui floruit anno ab Urbe Condita circiter 580. Vide Hiſtoriam præcipuè apud *Plut. in* P. *Æmil.*

Ref-

CAP. XI. *Inde eſt igitur, Imperator, pax iſta, qua fruimur; neque enim Rheni jam gurgitibus, ſed nominis tui terrore munimur. Quamlibèt ille aut areſcat æſtu, aut reſiſtat gelu, neutro hoſtis audebit uti vado, nihil enim tam inſuperabili vallo natura præcluſit, quod non penetret audacia, cui aliqua conandi ſpes relinquatur: Ille eſt inexpugnabilis murus, quem extruit fama virtuti. Sciunt poſſe Franci tranſire Rhenum, quos ad necem ſuam libenter admittas; ſed nec victoriam poſſunt ſperare, nec veniam. Quid ipſos maneat ex Regum ſuorum cruciatibus metiuntur; ideoque tantum ab eſt, ut amnis illius tranſitum moliantur, magis ut (a) compertâ poteſtate deſperent. Ubi nunc eſt illa ferocia? Ubi ſemper infida mobilitas? Jam ne procul quidem Rhenum audetis accolere; & vix ſecuri flumina interiora potatis. Contra hinc per intervalla diſpoſita magis ornant limitem caſtella, quàm protegunt. Arat illam terribilem aliquando ripam inermis agricola; & toto noſtri greges flumine bicorni merſantur. Hæc eſt ergo, Conſtantine, de Aſcarici, Regaiſique ſupplicio quotidiana atque æterna victoria, omnibus quondam ſecundis prælliis anteponenda. Semel acie vincitur, ſine fine documento. Cladem ſuam*

CAP. XI. QUindi ne viene quella pace, che godiam noi, aſſicurati non già da'gorghi del Reno, ma dal terrore del voſtro nome. Secchiſi pur'eſſo di arſura, o ſi arreſti di ghiaccio; non oſerà il nimico a modo alcuno paſſarlo. Non v'ha coſa cinta di trincea così forte dalla natura, che non la penetri quell'ardire, cui reſta ſperanza di poter fare qualche ſforzo; è benſì ineſpugnabile quella difeſa, che forma la fama al valore. Sanno i Franchi di poter paſſare il Reno, che per farne ſcempio non vi opporrete; ma nè vittoria ſperar poſſono, nè perdono. Dagli ſtrazj de'loro Re miſurano che lor ſovraſti; ed è perciò sì lontano, che mai tentino di paſſare, che allor'appunto più ne diſpereranno, quando conoſcano di poterlo. Dov'è ora la lor ferocia? Dove la ſempre misleale inconſtanza? Non oſate nemmen di abitare in diſtanza dal Reno; e bevete appena ſicuri ne'fiumi più addentro. Ond'è che ſervono più di abbellimento, che di frontiera le caſtella diſpoſte a que'paſſi. Arano diſarmati gli agricoltori quella riva, che una volta gli ſpaventava; e tuffanſi da per tutto nel fiume le noſtre mandre. Queſta ſi è, ò Coſtantino, la voſtra vittoria per lo gaſtigo di Regaiſo, ed Aſcarico; vittoria, che tutto giorno rinnovaſi, che ſarà eterna, e d'antiporſi a tutte le paſſate

a *Compertâ poteſt.* Hanc certus lectionem tueor; nec aſſentior legentibus *re-pro ponte*, aut aliter: Et ſic locum interpretor, ut ſenſus ſit, Francos tunc primo magis deſperare fluminis tranſitum, cùm comperiant ſibi alioquin poteſtatem fieri tranſeundi.

Bru-

suam, quamvis multi pereant; vulgus ignorat; compendium est decruendorum hostium duces sustulisse.

sate felici battaglie. In guerra una sola volta si vince, ma con un'insegnamento, che mai non finisce. Non intende il volgo lo scempio de' suoi, benchè ne muojano molti; la più brieve strada per vincere i nimici si è il levar di vita i lor capi.

CAP. XII. *Ut tamen omnibus modis Barbarorum immanitas frangeretur, nec sola hostes Regum suorum supplicia mererent, etiam immissâ (a) Brutteris vastatione fecisti, Imperator invicte: In quo prima consilii tui fuit ratio, quòd, exercitu repente trajecto, inopinantes adortus es, (b) non quo aperto Marte dissideres, ut qui palam congredi maluisses, sed ut illa natio perfugiis silvarum, & paludium bellum solita frustrari, fuga tempus amitteret. Casi igitur innumerabiles, capti plurimi. Quidquid fuit pecoris captum, aut trucidatum est; vici omnes igne consumpti. Pubetes, qui in manus venerunt, quorum nec perfidia erat apta militiæ, nec ferocia servituti, ad pœnas spectaculo dati, sævientes bestias multitudine suâ fatigarunt. Hoc est, Imperator, fretum esse virtute suâ, atque fortunâ; hoc est, (c) non pacem emere parcendo, sed victoriam quærere provocando.*

CAP. XII. MA per fiaccare con ogni pruova la fierezza de' Barbari, e perchè non dolesse a' nimici la sola pena de' loro Re, deste il guasto, Imperador invitto, anche al paese de' Brutteri. In che fare tutta la vostra mira si fu di assalirli sprovveduti, con tragittar d'improvviso l'esercito; non perchè temeste farlo a battaglia aperta, che anzi avreste voluto azzuffarvi; ma perchè, usando coloro di scansare i cimenti co' ricoveri di selve, e di paludi, perdessero il tempo di fuggirsene. Infiniti dunque furono i morti, gli fatti schiavi moltissimi; tutto il bestiame preso, o trucidato; tutti li borghi messi a fuoco. I giovani venuti nelle forze, che, nè per la infedeltà potevansi armare, nè per la fierezza tenere al servizio, sposti pubblicamente al gastigo stancarono col numero le fiere, che gli sbranavano. Questo si è, Imperadore, confidare nel valor proprio, e nella propria fortuna; non comperar col perdono la pace, ma cercar le vittorie col provocare.

In-

Fab-

a *Brutteris.* Vide adnotata Paneg. 7. cap. 18.

b *Non quò.* Jure Gruterus; *Etiamsi lectionem illam cohortibus quasi exemplorum firmaris Livinejus, maluerim tamen,* &c. non quòd.

c *Non pacem.* Hoc sensu Cæsar apud *Lucan. Et nihil hac veniâ, si victoris ipse, pacisceris.*

Agrip-

CAP. XIII. *Insuper etiam (a) Agrippinensi ponte faciundo reliquiis afflictæ gentis insultas, nè unquam metus ponat, semper horreat, semper supplices manus tendat, cùm tamen hoc tu magis ad gloriam Imperii tui, & ornatum limitis facias, quàm ad facultatem quoties velis in hostilem transeundi; quippe cùm totus armatis navibus Rhenus instructus sit, & ripis omnibus usque ad Oceanum dispositus miles immineat. Sed pulchrum tibi videtur, & reverà pulcherrimum est, ut Rhenus illè, non solùm superioribus locis, ubi aut latitudine vadosus, aut vicinià fontis exiguus, sed etiam (b) ibi novo (c) ponte calcetur, ubi totus est; ubi jam plurimos hausit amnes, quos (d) hic noster ingens fluvius, & barbarus (e) Nicer, & (f) Manus invexit; ubi jam immani meatu ferox, & alvei unius impatiens in sua cornua gestit excedere. Servit profectò, Constantine maxime, ipsa rerum natura Numini tuo, cùm in illà gurgitum altitudine tantarum molium fun-*

CAP. XIII. Fabbricato poi un ponte a Colonia Agrippina, inseguiste il resto di quella gente abbattuta; perchè ella mai non perda il ribrezzo, sempre spasimi, sempre stenda le mani a pregare; fabbricatolo però anzi per gloria del vostro Imperio, e per ornamēto de' confini, che per comodo di passare, volendo, contra i nimici, stando coperto già tutto il Reno di navi armate, con soldatesca disposta per ogni riva fino all'Oceano. Parvi pur nobil cosa, e certo nobilissima ella si è, che si calpesti il Reno, non sol più alto, dove, o guazzar si può in larghezza, o per essere vicino alla fonte è ristretto, ma quivi pure dove ha la sua piena; quivi, dissi, dove si ha assorbire più acque, che questo nostro fiume, il barbaro Necar, ed il Meno gli portano; dove per lo vasto corso già fiero, e di un letto solo non pago vuol traboccar nè' suoi rami. Ubbidisce alla vostra divinità, ò Costantino, la stessa natura, sendosi in que' gorghi così profondi gittati fondamenti di sì gran macchine, che durano tut-

a *Agrippinensi*. Ad Col. Agrippinam, quæ Rheno imminet.

b *Ibi*. Ad Coloniam scilicet, cùm enim tunc pervenerit, jam recepit fluvios Hellelum, Nicrum, Mænum, Lanum, aliosque.

c *Ponte*. Pontis hujus, & munimenti etiam ad Pontem illum a Constantino constructi, cui loco nomen hodie *Duitsch*, mentionem facit *Petrus Bertius*.

d *Hic noster*. Omnes Mosellam putant, alluentem Treviros, ubi Oratio hæc dicta creditur. Oritur in Lotharingià, & in Rhenum se se exonerat ad Confluentes, nunc *Coblentz*, in ditione Trevirensi, amnesque recipit Muttam, & Sellam.

e *Nicer*. Nunc *Neker*, Germaniæ fluvius, in Sylvâ Nigrâ Sueviæ ortus. Fluit in Rhenum, prope oppidum *Manheim* superioris Palatinatus, amnibus *Nagola*, *Kocher*, aliisque receptis.

f *Manus*. Nunc *Maya*. Germaniæ pariter fluvius; e Franconiâ, in quâ oritur, in Rhenum labitur ad Moguntiam, auctus præcipuis Fluminibus *Rednitz*, *Tauber*, & *Binz*.

Per-

fundamenta jaciuntur, fidam & stabilem firmitatem habitura. Junxerit quondam licèt Hellesponti angustias classe connexâ (a) *Persarum Rex potentissimus, temporarius ille transitus fuit. Simili navium continuatione Bajanum sinum straverit ab Augusto* (b) *tertius Cæsar, delicata fuit illa vectatio Principis otiosi. Hoc opus & difficile factu, & usu futurum est sempiternum. Certè quidem jam tibi in exordio sui hostilium movit obsequia, qui pacem supplices petierunt, nobilissimos obsides obtulerunt; ex quo nemo dubitat quid, perfecto ponte, facturi sint, qui jam serviunt inchoato.*

tuttavia in una salda e sicura fermezza. Abbia pure unito già coll'armata lo stretto dell'Ellesponto quel poderoso Re della Persia; breve tempo durò quel tragitto. Abbia con simil catena di navi coperto il golfo di Baja il terzo Imperadore da Augusto; quella si fu una dilicata navigazione di un Principe scioperato. Quest'opra difficile di fabbrica sarà di uso eterno. Già nel suo principio fece piegare i nimici ad ossequiarvi, a chieder pace, ad offerire i più nobili loro per ostaggi; onde ognun sa che saranno, perfezionato che sesi il ponte, se ora ch'è solo incominciato, ubbidiscono.

CAP. XIV. *Talibus te proutilitate, ac dignitate publicâ rebus intentum averterunt in se novi motus* (c) *ejus hominis, quem successibus tuis maximè favere decuisset. De quo ego quemadmodum dicam adhuc ferme dubito, & de nutu Numinis tui expecto consilium. Quamlibèt enim meritò pietatis tuæ quæstibus arguatur, debet tamen sibi vox privata moderari; præsertim cùm eum, qui tibi ex tantis beneficiis tuis, & tanto* (d) *necessitudi-*

CAP. XIV. Applicato Voi così al pubblico vantaggio e decoro, ve ne ritrassero le nuove mosse di colui, che anzi favorarvi dovea pienamente; di cui non sò ancora che dire, e ne attendo da'cenni della vostra divinitade il consiglio. Imperciocchè, sebben giustamente lo accusano le querele della vostra pietà, la voce però di un privato de'contenersi; obbligati noi specialmente a rispettare in vostro riguardo, benchè sdegnati, quell' ingra-

a *Persarum Rex*. Xerses. Trita est Historia ex *Diodoro, l.* 21, *Justino, Plutarch.* in *Themistocl.*

b *Tertius Cæs.* Cajus Caligula, de quo *Suet. cap.* 19.

c *Ejus hom.* Maximiani Herculii soceri sui. Hic, tyrannidem occupante filio suo Maxentio, regnandi cupidine percitus, novaque molitus ad Constantinum generum confugit: Sed & ipsi mox struxit insidias; quibus Constantino ab uxore Faustâ detectis, ejusdem jussu Herculius Massiliæ strangulatus est. *Eutrop. l.* 9, & 10. *Zosim. l.* 2.

d *Necessitudinum*. Bene pluralis numerus usurpatus, nam duplex Maximiano cum Constantino necessitudo; ille enim e duabus filiabus suis alteram Constantio Patri, alteram filio Constantino uxorem dedit.

Con-

dinum favore ingratus extiterit, adhuc (a) *contemplatio tui cogat, ut, quamvis irati, revereamur. Quid faciam igitur, ut tam profunda vulnera suspensâ manu tractem? Usurpabo nimirum illa communia omnium facinorum patrocinia, quæ tamen plerunque etiam* (b) *a sapientibus afferuntur, neminem hominem peccare, nisi fato, & ipsa scelera mortalium actus esse fortunæ; contra autem Deorum munera virtutem. Gratulare, Constantine, naturæ, ac moribus tuis, quòd te talem Constantius Pius genuerit, talem* (c) *siderum decreta formarint, ut crudelis esse non possis. Illum autem credo, cùm venturus in lucem optionem vitæ, qua uteretur, acciperet, sortem incurrisse fugiendam, quæ multis hominibus injustum, & postremò ipsi voluntarium ferret exitium. Ut enim alia mittam, hoc ipsum nonne fati necessitas tulit, ut ille pietati tuæ hanc referres vicem, quem tu ab Urbe pulsum, ab Italiâ fugatum, ab Illyrico repudiatum tuis provinciis, tuis copiis, tuo Palatio recepisti?*

ingrato a' voſtri sì alti benefizi, ed al merito sì riguardevole delle parentele. Che farò dunque per maneggiar leggermente così profonde ferite? Uſerò quella comune diſcolpa di ogni misfatto, addotta per lo più anche da' ſavj, cioè che niuno pecca, ſenon per deſtino, e che le ſteſſe malvagità de' mortali ſono azioni della fortuna; ed in oppoſto dono degl' Iddj le virtudi? Conſolatevi, ò Coſtantino, colla voſtra natura, e co' voſtri coſtumi; poichè tale vi generò il Pio Coſtanzo, tale vi formò il voler delle ſtelle, che non potete eſſer crudele. Colui sì, quando in uſcire alla luce riceveа la condizione del ſuo vivere, diè d' incontro in una ſorte, che fu cagione dell' ingiuſto ſterminio di molti, e poi del ſuo volõtario morire. Imperciocchè, per laſciare altre coſe, non volle la ſteſſa neceſſità del deſtino, che ſi pagaſſe così la voſtra pietà da chi ſpinto da Roma, cacciato dalla Italia, rigettato dall' Illirico Voi riceveſte nelle voſtre provincie, nel voſtro eſercito, nel voſtro Palazzo?

CAP. XV. *Quid (oro) ſibi voluit? Quid optavit? Aut quid amplius adipiſceretur his, quæ a te fuerat conſecutus? Cui tu ſumma & diverſiſſima bona, privatum otium, & regias opes dederas; cui digredienti*

CAP. XV. CHe volle deſſo mai, che bramò? O che di più dell'ottenuto potea ottenere? Voi gli deſte i beni più alti, e tra loro affatto diverſi, ozio di privato, e ricchezze di Principe; gli ſedeſte nel partire a ſiniſtra; co-

man-

a *Contempl. tui.* Sic locum emendavi auctoritate partim *Livineii*, partim *Acidalii*, quos ſecutus eſt etiam *Cellarius*.

b *A Sapient.* Stoicis ferè, quam ſententiam Chryſippo objicit *Plut. de Stoic. Repugnant.* Vide plura apud *Lipſium, Phyſicol. Stoic. l. 1, Diſſert. 14.*

c *Syder. decreta.* Ex ſuperiori ſententiâ. Unde Fatum Mathematicum eidem *Lipſio* ibi diſtinctum.

ti ad (a) *anulos fœderas ; cui impensius etiam, quàm tibi, occurrere obsequia nostra mandaveras ; cujus omnibus jussis sic statueras obedire, ut penes te habitus, penes illum potestas esset Imperii. Quisnam ille tantus fuit, non ardor potentiæ, (quid enim te imperante non posset?) sed error jam desipientis ætatis, ut tot natus annos gravissimas curas, & bellum civile susciperet? Nullis, ut res est, muneribus fortuna explentur, quorum cupiditates ratio non terminat; atque ita eos felicitas ingrata subterfluit, ut semper pleni spem, vacui commodorum, præsentibus careant dum futura prospectant. At enim* (b) *divinum illum virum, qui primus Imperium* (c) *participavit & posuit, consilii & facti sui non pœnitet; nec amisisse se putat, quod sponte transcripsit. Felix beatusque verè, quem vestra,* (d) *tantorum Principum, colunt obsequia privatum. Sed & ille multisugo fultus Imperio, & vestro tegitur latus umbraculo, quos scit ex suâ* (e) *stirpe crevisse; & glorias vestras sibi justè vindicat.*

mandaste che lui più che Voi rispettassimo, risoluto di ubbidire a' di lui voleri in guisa, che Voi aveste le insegne, desso l'autorità dell'Imperio. Che grande, non dirò brama di autorità (poichè che non avrebbe potuto sotto di Voi!) ma fallo di età ormai vaneggiante fu il porsi così avanzato negli anni in impegni sì travaglioſi, ed in una guerra civile? Non si saziano per vero dire da verun dono della fortuna coloro, che non pongono confine colla ragione a' lor desideri; quindi scorre loro una felicità poco grata; e sempre pieni di speranza, ma vuoti di utile mancano del presente mentre riguardano l'avvenire. Non si pente già della sua risoluzione, di ciò che fece quel divino Principe, che partecipò, e dipose primo l'Imperio: Crede di non avere perduto quanto rilasciò spontaneamente; per dir vero felice e beato, mentre Voi, sì gran Principi, l'ossequiate in condizion di privato. Desso così col sostegno di più Imperadori, e sotto all'ombra vostra lieto si stà; e sapendo, che Voi ne uscisteis della sua casa, si appropria con giu-

Hunc stizia

a *Ad anulos sed.* Locus hic multùm depravatus. In vulgatis pluribus pejor lectio, *ad anula fœderas.* Reciperem potiùs lectionem *Juveti, anulos dederas*, auctoritatis nempe signum. At nec sic a Nostro scriptum ausim affirmare.

b *Divin. illum vir.* Diocletianum Imperatorem.

c *Particip.* Maximiano, quem sibi in Collegam assumpsit, cui etiam auctor fuit Imperii deponendi. Nisi fortè absolutè a nostro de Diocletiano dictum, quòd primus Imperatorum Imperium ultro participaverit, ac deposuerit; quod quidem verum. Nam licèt ante ipsum etiam M. Aurelius Imperii Collegam fecerit L. Verum, illud tamen non sponte præstitit, sed ex jussu Antonini.

d *Tant. Principum.* Constantini, Licinii, Maximini.

e *Stirpe.* Non quidem sanguinis, sed adoptionis; nam electio tot Cæsarum, qui temporibus iis Romanæ rei præfuerunt, per adoptionem veluti facta est, primo auctore Diocletiano.

Fra-

Hunc ergo illum, qui ab illo fuerat (a) *Frater adſcitus, puduit imitari; huic illum in Capitolini Jovis Templo juraſſe pœnituit; non mirum, quòd etiam* (b) *Genero pejeravit.*

ſtizia le voſtre glorie. Vergognoſſi dunque colui d'imitare chi eletto ſe lo avea per Collega; pentiſſi di avergli giurato nel Tempio di Giove Capitolino; nè me ne ſtupiſco, ſe fu ſpergiuro anche al Genero.

CAP. XVI. *Hæc eſt fides; hæc religio* (c) *Palatini ſacrarii devota penetralibus, ut lentè & cunctanter, jam ſcilicet cùm illis belli conſiliis; (d) itinere confecto, conſumptis copiis manſionum, nè quis conſequi poſſet exercitus, repente intra parietes conſideret purpuratus; & (e) bis depoſitum (f) tertiò uſurparet Imperium; literas ad ſolicitandos exercitus mitteret; fidem militum præmiorum oſtentatione turbare tentaret; ſecurè ſcilicet uſurus exercitu, quem venales manus habere docuiſſet? Quo quidem illius errore declaratum eſt, Imperator, quantus te militum ſuorum amor complecteretur, qui te omnibus donis, quæ ille promiſerat, omnibus honorum oblationibus prætulerunt. Rara illa virtus continentiæ, vix a paucis ſapientiæ præceptoribus tamen*

CAP. XVI. E Queſta la fede, queſta la venerazione da porgerſi a' ſacri gabinetti del Palazzo? Moverſi lentamente, e paſſo paſſo con que' penſieri di dare all' armi, tolte prima di mezzo le guarnigioni de' poſti per non eſſere inſeguito da alcuno, e poi d'improvviſo ſederſene quivi in porpora, e l'Imperio due volte dipoſto ripigliare la terza; ſpedir lettere a ſtimolare gli eſerciti; tentar di travolgere la fedeltà de' ſoldati, abbacinandoli co' donativi; che perdio sì avrebbe potuto aſſicurarſi di quell'eſercito, cui aveſſe inſegnato ad eſſere vendereccio. Aggiungaſi che il di lui fallo manifeſtò quanto vi amaſſero i voſtri ſoldati, i quali a tutti i doni da lui promeſſi, a tutti gli onori eſibiti Voi preferirono. La sì rara virtù della continenza, mantenuta già ſol da pochi maeſtri del ſapere, è fatta, vo-

a *Frater*. Collega.

b *Genero*. Conſtantino, cui etiam, ut diximus, ſtruxit inſidias.

c *Palatini Sacr.* Imperatorii Palatii, quod ſacrarium dicit, utpote ſacrorum Principum ſedem. Sæpe per haſce Orationes vox hæc uſurpatur.

d *Itinere conf.* E Lucania Romam verſus. Quod autem dicit *lentè & cunctanter*, pugnat cum verbis *Eutropii* ſcribentis, *Init. lib.* 10; *Romam advolavit e Lucaniâ*.

e *Bis depoſ.* Primò Mediolani ex ſuaſu Collegæ: Secundò Romæ; nam, ut refert auctor citatus, *Filium Maxentium denudare conatus, ſeditionem, ac convicia hominum tulit: Inde ad Gallias profectus eſt, dolo compoſito, tanquam a filio eſſet expulſus.*

f *Tertiò*. In Galliis, cùm apud Conſtantinum eſſet.

nien aliquando servata, propter te, Constantine, omnium hominum est facta communis; nec solùm hi, quos ratio, litera, vita quies mitigavit, sed etiam ille militarium ardor animorum respectu tui lucra contempsit. Fuerint aliqui exercitus alacritate, ac viribus tuo similes; tibi uni contigit exercitum habere sapientem. Multi olim fortasse pravi duces, armis impares, largitione certarunt, sed brevis eorum fuit, & caduca popularitas, quos facile vicit, quisquis imitatus est. Hic firmus, hic aeternus est Reipublica custos, quem ipsum per se milites amant, cui non blandita nec vendita servit adulatio, sed simplex & sincera devotio. Dona tua, Constantine, manifestè sunt grata militibus; sed hoc gratiora, quòd tua sunt. Quacunque porrigis manu tuâ, sunt acceptiora. Quam nemo potest tecum hac ambitione contendere! Intuperabile genus est largitionis, cùm ipse militi praemium est Imperator. Itaque tribuis tu quidem tuis exercitibus etiam plura, quàm cupiunt, sed tuum te magis nomen, tua de memoriâ Patris auctoritas, tua aetatis gratia, tua denique ista venerabilis forma commendat.

vostra mercè, ò Costantino, comune a tutti; spregiano in riguardo a Voi ogni guadagno, non solo gli ammansati dalla ragione, dalle lettere, da un viver posato, ma gli accesi cuori medesimi de' soldati. Sienli stati pure altri eserciti simili al vostro nello spirito, e nel valore; toccò a Voi solo avere un'esercito savio. Gareggiarono già forse in generosità molti Generali poco valenti, ed inabili all'armi, ma brieve e fievole fu il loro applauso; che facilmente li vinse chi gl' imitò. Quegli quegli è il solo, e perpetuo custode della Repubblica, cui amano i soldati in lui stesso; cui servono, non con adulazione lusinghevole, o venderecia, ma con ossequio semplice e veritiero. Sono, ò Costantino, apertamente cari a' soldati li vostri doni; più cari però perchè vostri. Tutto ciò, che dalla vostra destra si porge, più vien gradito. Come non può alcuno contendere di questo pregio con Voi! E una specie di dono, che trascende, il farsi premio de' soldati l'Imperadore medesimo. Voi perciò donate bensì a' vostri eserciti più ch'essi bramino; ma rendevi più pregevole il vostro nome, l'autorità vostra, che di vostro Padre già fu, l'avvenenza della età, questa persine venerabil vostra bellezza.

CAP. XVII. *PUlchrum enim (Dii boni!) & caeleste miraculum Imperator adolescens, in quo illa, quae jam summa est fortitudo, adhuc tamen crescit; in quo hic fulgor oculorum, hac veneranda pariter*

CAP. XVII. BUon Idio! Egli è un ben nobil' e celeste miracolo un'Imperador giovanetto, in cui la fortezza, che pur'è compiuta, ancor cresce; in cui que' raggi degli occhi, quella del pari venerabil'e gioconda mae-

ter & grata majestas præstringit simul & invitat aspectus. Talem (a) Magnum illum Regem, talem (b) Thessalum Virum mente concipio, quorum summa virtus pulchritudini conjuncta (c) celebratur. Non frustra enim doctissimi viri dicunt, Naturam ipsam magnis mentibus (d) domicilia corporum digna metari; & ex vultu hominis, ac decore membrorum colligi posse quantus illos (e) cælestis spiritus intrarit habitator. Itaque te, cùm ingredientem milites vident, admirantur & diligunt; sequuntur oculis, animo tenent; Deo se obsequi putant, cujus tam pulchra forma est, quàm certa divinitas.

maestade abbaglia, ed invita insieme la vista. Tale mi figuro in idea quel Gran Re, tale l'Eroe della Tessaglia, a' quali si dà lode di gran valore a una somma bellezza congiunto. Nè fuor di ragione dicono i dotti, fabbricarsi ne' corpi dalla stessa Natura degne stãze alle gran menti; e potersi dalla faccia, e dalle maestose membra della persona raccorre quanto sieſi nobile quello spirito, ch'entrò ad abitarci. Perciò, quando vedonvi comparire i soldati, stupiscono, e vi amano; vi seguono cogli occhi, vi trattengon nell'animo, credono di ossequiare un' Idio, sendo il volto vostro sì bello, come si è certo il vostro esser divino.

CAP. XVIII. Statim igitur ut fadum illud facinus audierant, ultro a te proficiscendi signum petiverunt; cùm viatica dares, idipsum sibi moram facere, plusque jam se, quàm sufficeret, ex largitionibus tuis habere dixerunt. Inde arreptis armis portas petierunt; tot dierum iter, a Rheno usque ad (f) Ararim, sine ullâ requie peregerunt, in-

CAP. XVIII. Tostochè intesero dunque quella indegna scelleratezza, dimandaronvi spontaneamente la mossa; e parendo loro che tardaste in dispensare il viatico, dissero di averne mercè vostra più del bisogno. Volarono poi armati alle porte, e compierono un viaggio di tanti giorni senza mai riposare, dal Reno insino all' Arari, niente

a *Magnum illum*. Alexandrum Macedonem, Magnum a gestorum magnitudine dictum, de quo testis *Ammianus l. 7, in fine*, quòd illi *nemo omnium mortalium par fuit*.

b *Thessalicum Virum*. Achillem Pelei filium, ex Thessaliâ, quæ Æmonia etiam dicta. Unde *Statius, Sylv. l. 2, Carm. 1; Semifer Æmonium vincebat Peleа Chiron*.

c *Celebratur*. Illius nempe a *Plutarcho*; *Colore candido fuisse perhibetur. Mixtus candori rubor multùm, & pectus illius illustrabat*; Hujus autem *Humerus* pluribus locis.

d *Domicil.* Confer hæc cum *Pacati* loco, *Paneg. cap. 6.*

e *Cælest. spiritus*, Pulchritudo utique cælestium laus est. Ideo *Veteres, cùm Deos, Deasque alloquerentur, pulchritudinis encomio eos honorabant*, Juxta *Philip. Carol. in Agell. l. 13. cap. 25.*

f *Ararim*. Galliæ fluvium, nunc *la Saone*. Oritur in Lotharingiâ, fluitque a Septentrione in Meridiem Burgundiam secans; in Rhodanum tandem se se exonerat, prope Lugdunum.

indefessis corporibus, animis flagrantibus, crescente in dies ardore vindictæ, quantò propius accederent. Tum quidem tua, Imperator, cura, qua refovendis eorum viribus a (a) Cabillonensi portu navigia provideras, festinantibus pene non placuit. (b) Segnis ille & cunctabundus amnis nunquam fuisse tardior videbatur: Carinis tacitè labentibus, & ripis lentè (c) recedentibus, stare se, non ire clamabant. Tum verò usum pedum manibus aggressi incubuere remigiis, & naturam fluminis urgendo vicerunt; & tandem eluctati Araris moras, vix ipso (d) Rhodano fuere contenti: Parum illis videbatur concitus ruere, minùs solito (e) Arelate proferare. Quid multa? Confitendum est, Imperator, cum hoc tuo vigore corporis, hoc mentis ardore laborasti interdum, ut quem ducebas, sequereris exercitum. Tanto enim omnes impetu ferebantur, ut, cùm illum, Arelate deserto, comperissent abiisse (f) Massiliam,

te stanchi, col fuoco in petto, e coll'ardore della vendetta sempre maggiore di tratto in tratto che si appressavano. Nè quasi gradirono in quella fretta la vostra diligéza in provvedergli di barche a Chalon per ristorar loro le forze, Parea che non avesse avuto mai corso più tardo quel pigro fiume: Avviandosi senza strepito le prode, e dilungandosi lentamente le rive, gridavano di starsi fermi, non di viaggiare. Usando poscia in luogo de'piedi le braccia, presero i remi, e superarono la natura del fiume con incalzarlo; e dopo aver vinta la pigrezza dell'Arari, si appagarono appena del Rodano stesso. Sembrava poco veloce anche la corrente di questo; e che verso Arles e'si affrettasse men dell'usato. Che più? De'confessarsi, che con tutta cotesta vostra lena di corpo, e con tutto cotesto fuoco di spirito provaste, ò Imperadore, fatica sovente a seguir l'esercito, che pur'era condotto da Voi, correndo tutti con sì grand'empito, che, inteso esserſi co-

a *Cabil. Portu.* Non maritimo, sed fluviali: Est enim Cabillonum urbs in Burgundiæ Ducatu juxta Ararim; ideo *Chalon sur Saone* hodie nuncupatur.

b *Segnis ille.* Sic *Claudian. Pan. M. Theod. lentus Arar*: Et *Silius l. 3; tacitoque liquere Mixtus Arar.* De Rhodano flumine *Plinius l. 3, cap. 4; segnemque deferens Ararim.*

c *Recedentibus.* Se se in diversum moventibus, quæ fixa sunt recedere videntur *Cum enim navigio vehimur, quoniam in eo sumus, oculus conquiescere non judicat*, &c. inquit *Pontan. in Virgil. l. 8.* Quare etiam *Lucret. l. 4; Quæ* (Navis) *manet in statione, ea præter creditur ire, Et fugere ad puppim colles, campique videntur*, &c. ibivide sis *Lambinum.*

d *Rhodano.* Nunc le *Rhosne*, Galliæ fluvio. Hic in Helvetiis prodit, priùsque ab Ortu in Occasum, mox in Meridiem fluit, & in Mediterraneum labitur, cum regiones alluerit, Delphinatum, Lugdunensem, ac Provinciam. Rapidissimus est, soletque a Poetis Arari opponi.

e *Arelate.* Provinciæ urbe, nunc *Arles.*

f *Massilia.* Hæc in Provinciâ pariter, ad Mediterraneum, duodecim circiter leucis ab Arelate, Maximiani fuga Massiliam versùs peti potest ab *Eutrop. l. 10.*

Ma-

liam, confestim navibus evolarent; effusoque cursu, non jam Rhodani curricula, sed ipsa quodammodo ventorum flamina praverterent. Tantus illos incenderat amor Numinis tui, ut, quamvis scirent oppugnandam esse munitissimam civitatem, sufficere crederent pervenire.

colui d'Arles fuggito in Marsiglia, tostamente sbalzarono dalle navi; e presa un'aperta carriera vinsero, non solo il corso del Rodano, ma in certa guisa gli stessi venti. Erano tanto infiammati di affetto verso di Voi, che, sebben sapeano doversi battere una città guernitissima, credean bastevole lo arrivarvi.

CAP. XIX. *Massilia enim, ut audio, in profundum* (a) *mare prominens, & munitissimo accincta portu, in quem angusto aditu meridianus refluit sinus,* (b) *solis mille quingentis passibus terra coharet, quà firmissimus, & turribus frequens murus opponitur. Quippe olim* (c) *Græcos,* (d) *Italosque illuc convenas, cùm artibus ingenioque pollerent, etiam ipse docuit locus omnia, quæ bello usui forent, largiùs in eam partem, quæ adiri posset, impendere, cùm natura in cæteris sumptum operis remisisset. Itaque illam tum gravi fato* (e) *Cæsari portas pro* (f) *Duce seniore claudentem, ter-*

CAP. XIX. Marsiglia, come sento dire, posta sopra un'alto lido di mare, provveduta di un fortissimo porto, in cui per istretta gola entra il Mediterraneo da mezzogiorno, si unisce al continente per lo tratto solo di un miglio e mezzo, dove sorge una muraglia saldissima con più torrioni. Poichè i Greci, e gl'Italiani, già tempo stati quivi, eccellenti di professioni e d'ingegno, impararono dal sito medesimo a provveder largamente per ogni bisogno di guerra dove la città stavasi esposta, esentando la natura nel resto da ogni spesa di lavorio. Perciò, quando per grave suo destino serrò dessa le porte a Ce-

a *Mare*. Mediterraneum, ut dixi.

b *Solis mille*, &c. Antiqua enim Massilia, teste etiam *Cæs. de Bel. Civ. l.* 2, a tribus partibus mari alluebatur. *At hoc de hodiernâ accipi non potest*, inquit *Isac. Vossius in Melam*, *l.* 2, *cap.* 5. Juxta hunc auctorem vetus Massilia distabat a loco, ubi sita hodierna est; illa enim fuisse dicitur ad promontorium nunc *la Crocetta*, ubi rudera veteris urbis visuntur.

c *Græcos*. Massiliam a Phocensibus, seu Phocæensibus conditam plures tradunt. *Strabo l.* 4; *Phocensium ædificium est Massilia*. De eâdem *Lucan. l.* 3; *Phocais in dubiis ausa est servare juventus, Non Grajâ levitate fidem*. Phocensium navigationem a patriâ, & Massiliæ ædificationem vide apud *Herod. l.* 1. Fuere autem Phocenses e Phocæâ Urbe, quæ in Æolide Græcâ Minoris Asiæ provinciâ: Durat urbi adhuc nomen fere, diciturque *Foklhia vecchia*.

d *Italos*. Eidem propinquos.

e *Cæsari*. C. Julio, qui postea Imperator. Rem ipse narrat, *de Bell. Civ. l.* 1, & 2. *Massilienses portas Cæsari clauserunt*, &c.

f *Duce seniore*. Cneo Pompejo.

terrâ marique admotis machinis, aggeribus extructis, navalibus præliis sæpius oppugnatam, quàm territam, vix (a) *obsessio diuturna patefecit; cùm tamen Græculi magistratus & ipsum Cæsarem, & mox duces ejus & copias, non tam viribus suis, quàm manibus* (b) *repulissent. Atenim primo tuo, Imperator, adventu, primoque impetu exercitus tui nihil ejusdem Massiliæ altitudo murorum, nihil creberrima turres, nihil loci natura remorata est, quominus & portum caperes, & urbem continuò, si velles. Quippe tantâ fiduciâ murum omnem milites invaserant, ut statim sine dubio ascensuri fuissent, nisi in parandis, quas admoverant, scalis conjecturam oculorum sublimitas fefellisset. Sed sic quoque multi scalarum brevitate decepti, quod supererat ascensui extentis corporibus æquabant, & succedentium humeris sublevati jam intervalla pinnarum uncis manibus invaserant; adeò nihil periculi in vindictæ executione metuebant, ut sibi non murum scandere, sed æquo congredi viderentur.*

Cesare in favor del Suocero, aprille appena dopo lungo assedio, più fiate assalita, che spaventata dalle macchine appreſtatele per terra e per acqua, dalle alte trincee, dagli attacchi per mare; avendo però que' Comandanti Grechetti ributtato lo stesso Cesare, e poscia i capitani, e l'esercito suo, non si mercè delle proprie forze, come della saldezza delle muraglie. Ma alla vostra prima comparsa, ò Imperadore, ed al primo urto del vostro esercito, non ritardaronvi punto le alte mura, le spesse torri, il sito della stessa Marsiglia dall'occupare il porto, e tutta anche la città tostamente, se così aveste voluto. Imperciocchè assalirono con sì grande coraggio tutta la muraglia i soldati, che avrebbonla senza dubbio montata subito, se nell'approntare le scale non avesse ingannato l'altezza. Pure, ciò non ostante, molti frodati dalla cortezza delle medesime, occupavan col corpo quanto di salita restava; ed alzandosi l'uno sulle spalle dell'altro afferravan già colle mani le mura fra merlo e merlo. Tanto non temeano verun pericolo in eseguir la vendetta, che parea loro, non di dar già una scalata, ma di azzuffarsi sul piano.

CAP. XX. *Sed* (ò *singularem tuam, Constantine,*

CAP. XX. MA Voi, Costantino (pietà vostra sin-

a *Obsessio.* Massilienses *omnibus defessi malis,* &c. *gravi etiam pestilentiâ conflictati ex diutinâ conclusione,* &c. *se se dedere sine fraude constituunt. Cæsar. lib. 2.*

b *Repulissent.* Acta a Cæsare, & Bruto ipsius Duce in oppugnatione Massiliæ vide apud eundem *Cæsar. l. 1, & 2.* Notanda & verba *Paterc. l. 2, c. 50; Festinationem ultionis ejus* (Cæsaris) *aliquandiu tardavit Massilia est,* &c.

In

ne, pietatem, & ſua ſemper officia etiam inter arma ſervantem! ſignum receptui dediſti, & victoriam diſtuliſti, ut omnibus tibi liceret ignoſcere; nè quid atrocius faceret miles iratus, quàm clementia tua natura pateretur. In quo, licèt optimi Imperatoris ſolicitudine caveris, ut inducti in (a) fraudem milites panitendi tempus acciperent, atque ultro veniam precarentur, nos tamen, qui mitiſſimos ſenſus tuos intuemur, nihil eſt enim tam perſpicuum, quàm in pectore tuo bonitas, illi te intelligimus peperciſſe, quem, ſi prima copiam habuiſſet irruptio, eripere (b) ferro nemo potuiſſet. Ita, quod ad pietatem tuam pertinet, Imperator & illum, & omnes, quos (c) receperat, reſervaſti. Sibi imputet quiſquis uti noluit beneficio tuo, nec ſe dignum vitâ judicavit, cùm per te liceret ut viveret; tu, quod ſufficit conſcientiæ tuæ, etiam non merentibus peperciſti. Sed (ignoſce dicto) non omnia potes: Dii te vindicant & invitum.

ſingolare, e mantenuta ſempre anche in mezzo le armi!) deſte ſegno di ritirata, e differiſte la vittoria, per poter perdonare a tutti; perchè accaniti i ſoldati non uſaſſero più fierezza che voleſſe il genio della voſtra clemenza. In che, ſebben con penſiero di ottimo Generale faceſte, che aveſſer tempo a pentirſi, ed a chiedere ſpontaneamente il perdono que' coſtretti ad infellonire, noi però, che ſcorgiamo i voſtri ſentimenti dolciſſimi, poichè non v'ha coſa sì chiara, come in Voi la bontà, intendiamo, che voleſte perdonare a colui, che non ſi ſarebbe a modo alcuno potuto ſottrarre alla ſcure, ſe il primo aſſalto foſſe ſortito. Salvaſte dunque, per quanto ſpetta alla pietà voſtra, ò Imperadore, lui ſteſſo, e tutti coloro, ch'eran con lui. Incolpi sè medeſimo chi non ha voluto valerſi del benefizio, che gli faceſte, nè ſtimoſſi degno di vivere, quando da Voi gli era permeſſo: Voi (e per la voſtra coſcienza ciò baſta) perdonaſte a chi ancora non meritava. Ma (perdonate all'eſpreſſione) non potete ogni coſa: Fanno voſtro mal grado gl'Iddj le voſtre vendette.

CAP. XXI. *Quod quidem nobis ſemper optandum eſt, ut proſperos habeas etiam ultra vota ſucceſſus, qui omnem ſpem in gremio majeſtatis tuæ ponimus, & tuam ubique præſentiam, quaſi dari poſſit, expetimus.*

CAP. XXI. BEn dobbiamo ſempre bramare, che ſuccedanvi più felici che volete le coſe, fondando noi tutta la ſperanza ſulla voſtra maeſtà, e ſoſpirando in ogni luogo la voſtra preſenza, come poteſſe ciò farſi? Im-

a *In fraudem.* Maximiani pollicitationibus. *Zoſim. l. 2; At cùm is largitionibus, & ſupplicationibus ſuas in partes eos pertraxiſſet*, &c.

b *Ferro.* Militum tuorum vindicare te cupientium.

c *Receperat.* Collegerat. Non improbo vulgatam lectionem; placet tamen *Acidalii* conjectura, *deceperat*.

Deum.

mus. Ecce enim, dum a limite paulisper abscesseras, quibus se terroribus Barbarorum perfidia jactaverat? scilicet dum sibi illa proponunt; Quando perveniet? Quando vincet? Quando fessum reducet exercitum? *Cùm repente audito reditu tuo, velut attoniti, concidérunt. Nec tuum pro Republica votum amplius, quàm unius nostris cura tetigit; postridie enim quàm, accepto illo nuncio, geminatum itineris laborem susceperas, omnes fluctus resedisse, omnem, quam reliqueras, tranquillitatem redisse didicisti; ipsâ hoc sic ordinante fortunâ, ut te ibi rerum tuarum felicitas admoneret Diis immortalibus ferre, quæ voveras, ubi deflexisses ad templum toto orbe pulcherrimum, immò ad præsentem ut venisti* (a) *Deum. Vidisti enim, credo, Constantine, Apollinem* (b) *tuum,* (c) *comitante Victoriâ, coronas tibi* (d) *laureas afferentem, quæ tricenum singula ferunt* (e) *omen annorum hic;*

Imperciocchè, scostatovi appena da' confini, con quali minacce si vantavano i Barbari misleali, canzonando; *Quando giugnerà? Quando vincerà? Quando ricondurrà i stanchi soldati?* Ma, inteso d'improvviso il vostro ritorno, attoniti tramortirono. Nè più di una notte penarono le vostre brame per la Repubblica; poichè il giorno poi di esservi posto a quell'avviso in un doppio faticoso viaggio, conosceste, essersi acquetati tutti i flutti, ritornata la prima calma; disponendo così la fortuna, che vi avvisassero le vostre vêture a sciorre i voti agl'Iddj immortali, sendovi per quivi dirizzato al più nobil tempio del Mondo, anzi giunto dinanzi a quella Deità tutelare. Vedeste, credo, ò Costantino, il vostro Apolline, corteggiato dalla Vittoria, offerirvi corone di alloro, delle quali ognuna porta l'augurio di anni trenta, numero appunto delle eta-

a *Deum.* Apollinem, ut mox; at non illum Augustodunensem, ut videtur hic adnotare P. *de la Baune*; de ipso enim sermo tantùm infra.

b *Tuum.* Cur *tuum*? An quòd Constantinus Apollinem præcipuè coluerit? Magis credam quod conjectavit *Patinus, in Numism. Imper. Quia ille Imperator latus erat, & pulcherrimus.* Inducunt me ut plùs assentiar quæ sequuntur in Nostro; *cùm tu sis, ut ille, juvenis,* &c. Quidquid sit, Nummos sanè videmus Constantini, quorum aversa facies Apollinem, seu Solem refert, & quidem duplici typo. Vide *Tab. 5, n. 4, & 5.*

c *Comitante Victâ.* Encomiastice, ac modo Poetico. Præstat Nummum cernere, qui omnes Constantini victorias complectitur, aptissimâ epigraphe, *Ubique Victor.* Vide *Tab. 3, n. 10.*

d *Laureas.* Imperatoris, ac victoris proprias, ipsiusque etiam Apollinis: Nam ejusdem templis coronas e lauru appendi solitas scribit *Natal. Com. Mythol. l. 4, cap. 10.*

e *Omen annor.* Frustra vestigo quodnam hoc omen annorum sit, & merum Oratoris leporem judico; nisi dicamus, laureas coronas longam ætatem polliceri ex qualitate arboris ipsius, quæ fulmine non percutitur, quare dicta est græcè *Alexikakos, sive arcens, sive repellens mala,* ut notat *Auctor cit. at.* Aut verò Nostrum adhærere vanæ illi divinatorum veterum opinioni, cujus specimen affert *Cicero, lib. 1. de Divinat.* narrans de Cyro, quòd ex eo quia per somnum sibi visus esset ter solem appetere, Magi dixerunt, *ex triplici appetitione solis XXX annos Cyrum regnaturum esse portendi.*

Py-

hic eſt enim humanarum numerus ætatum, quæ tibi utique debentur ultrà (a) *Pyliam ſenectutem. Et immò quid credo? Vidiſti, teque in illius ſpecie recognoviſti, cui totius mundi regna deberi vatum carmina divina cecinerunt. Quod ego nunc demum arbitror contigiſſe, cùm tu ſis, ut ille,* (b) *juvenis, & latus, & ſalutifer, & pulcherrimus Imperator. Meritò igitur auguſtiſſima illa delubra tantis donariis honeſtaſti, ut jam vetera non quærant. Jam omnia te votare ad ſe templa videntur, præcipuèque Apollo* (c) *noſter,* (d) *cujus ferventibus aquis perjuria puniuntur, quæ* (e) *te maximè oportet odiſſe.*

CAP. XXII. *Dii immortales! Quando illum dabitis diem, quo præſentiſſimus hic* (f) *Deus, omni pace compoſitâ, illos quoque* (g) *Apollinis in-*

etadi, che vi ſi debbono oltre alla vecchiezza di Neſtore. Che diſſi credo? Lo vedeſte sì, e riconoſceſte Voi ſteſſo in lui, di cui cantarono i divini Poeti, doverſigli i regni di tutto il Mondo: Il che io credo infine accaduto per eſſer Voi, come deſſo, giovane, allegro, benefico, e così bello Imperadore. Onoraſte dunque ben con ragione quell' auguſtiſſimo tempio di sì gran doni, che più non cura gli antichi. Già pare, che a sè vi chiamino tutti i templi, e ſpecialmente il noſtro Apolline, dalle cui acque bollenti gaſtiganſi gli ſpergiuri, i quali vi conviene odiar ſopra gli altri.

CAP. XXII. Dii immortali! Quando ci concederete quel giorno, in cui queſto noſtro Idio sì preſente, rappattumata ogni lite, viſiti que' ſteſſi boſchi

a *Pyliam*. Neſtoris nempe, qui e Pylo Meſseniæ oppido. Nota verò omnibus Neſtoris ætas eſt, quæ antonomaſticè ad longam ætatem deſignandam uſurpatur.

b *Juvenis*, &c. Fabulati ſunt Poetæ, Apollinem ſemper juvenem, & ſine barbâ. Unde inter cæteros *Callimachus*: *Idem formoſus ſemper, ſemper juveniſque, nec illi Fœminæ quantùm nigrent lanugine malæ*.

c *Noſter*. Qui Auguſtoduni colebatur, ex qua urbe *Eumenius*, qui ejuſdem Apollinis mentionem facit etiam *Orat. pro Schol. cap. 9.* Quinimmo *Chaſſenæus Catal. Glor. Mundi*, P. 22, *Conſid. 60*, Apollinem Auguſtoduni conditorem fuiſſe contendit.

d *Cujus ferv. aquis*. Aquas veritatis vindices apud veteres legimus non uno in loco fuiſſe, ut in Sicilia, teſtibus *Ariſtot. de admir. Audit. num. 55*, & *Diodoro lib. 11*, qui ipſas ad Deorum Palicorum ſanum extitiſſe narrat; item juxta Tyanam Cappadociæ urbem, referente *Philoſtr. Vitæ Apoll. l. 1*. At hujuſmodi naturæ aquas Auguſtoduni fuiſſe non reperio, nec apud citatum *Chaſſenæum*, cui tamen nihil memoriâ dignum, ne leve quidem, omiſit, quo urbem ſuam Auguſtodunum illuſtraret.

e *Te maximè*. Ex eo quia ſocerum perjurum paſſus es, juxta ſupra dicta *c. 15*.

f *Deus*. Conſtantinus, quem ethnicè de more Deum appellat.

g *Apollin. lucoſ.* Luci fortaſſe in monte illo ad occaſum urbis, qui callidus dictus ob continuam Solis reverberationem, qui totâ die ibi ſplendere conſpicitur, juxta *citat. Chaſſen.*

Ta-

lucos, & sacras sedes, & anhela fontium ora circumeat, quorum scaturigines (a) *leni tepore nebulosæ arridere, Constantino, oculis tuis, & osculis se se inferere velle videantur? Miraberis profectò illam quoque Numinis tui sedem, &* (b) *calentes aquas sine ullo soli ardentis indicio, quarum nulla tristitia est saporis, aut halitus, sed talis haustus, & odore sinceritas, qualis fontium frigidorum. Dabis & illic munera, constitues privilegia; ipsam denique patriam meam ipsius loci veneratione restitues, cujus civitatis antiqua nobilitas,* (c) *quondam fraterno Populi Romani nomine gloriata, opem tuæ majestatis expectat, ut illic quoque loca publica, & templa pulcherrima tuâ liberalitate reparentur, sicut hic video hanc fortunatissimam civitatem, cujus natalis dies tuâ pietate celebratur, ita cunctis manibus resurgentem, ut se quodammodo gaudeat olim corruisse, auctior tuis beneficiis. Video Circum Maximum, æmulum (credo) Romano; video Basilicas, & Forum, opera regia, sedemque justitiæ in tantam altitudinem suscitari, ut se sideribus, & Cœlo digna, & vicina promittant: Quæ certè omnia sunt præsentia tuæ*

chi di Apolline, le sacre sedie, e le bollēti bocche de'fonti, le cui sorgenti coperte leggermente di tepida nebbia sembri che ridano agli occhi vostri, ò Costantino, e vi si vogliano framischiare co'baci? Faranvi trascolare la sedia del vostro Idio, e le acque calde senza segno alcuno di terreno infocato, che non recano punto nausea, o di gusto, o di odore, ma sono in quello e quello sì pure, come quelle de'freschi fonti. Dispenserete quivi pur donativi; fonderete privilegi; rimetterete infine colla venerazione del luogo medesimo la stessa mia patria, l'antica cui nobiltà, ch'ebbe un tempo la gloria del nome di sorella del Roman Popolo, attende dalla maestà vostra sovvenimento; perchè in essa ancor si rinnovino dalla vostra beneficenza le pubbliche fabbriche, e gli sfolgoratissimi templi, come quì veggo risorgere tutta intorno questa città felicissima, che, mercè vostra, festeggia il suo nascimento; onde gode quasi di essere già caduta in rovina, per vedersi da'vostri benefizj così aggrandita. Veggo il Cerchio Massimo rivale di quello di Roma; veggo le Basiliche, e la Pizza, fabbriche reali, e sedie di giustizia sì alto innalzarsi, che si chiamā degne delle Stelle, e del Cielo, cui si avvi-

a *Leni tep.* Auctor idem fontem maximè celebrat, quem *Fontem Olei Sancti vocat, ubi Ducum vulnera, cùm victores e bello sanciati redibant, hac aquâ mundabantur.*

b *Calentes aquas.* De aquis ad eam urbem calentibus nulla mentio; nec tepentes aquas in Galliâ fuisse reperio, nisi juxta Aquas Tarbellas, in ultimo Aquitaniæ littore, ubi nunc *Aqui*, & Sextias in Narbonensi provinciâ, ubi nunc *Aix*, teste *Plinio, lib. 31. cap. 2.*

c *Quondam frat.* Adnotavimus *Paneg. Flav. nep. cap. 2.*

Jo-

tua munera ; quacunque enim loca frequentiſſimè tuum Numen illuſtrat , in his & hominibus omnia , & manibus , & muneribus augentur : Nec magis (a) *Jovi Junonique recubantibus novos flores terra ſubmiſit , quàm circa tua , Conſtantine , veſtigia urbes , & templa conſurgunt . Ideoque hoc votis meis ſufficit , ut patriam meam videas , ducente pietate , quia ſtatim erit reſtituta ſi videris . Sedenim iſta felicitas , viderit , an adhuc mea debeatur ætati .*

avvicinano . Ed è perdio tutto ciò voſtro dono ; poichè ogni luogo , che dalla voſtra divinità ſi frequenti e s'illuſtri, creſce egli di perſone,di fortificazioni, di dovizie ; nè più fiori prodduſſe il ſuolo quando Giove , e Giunone vi ſi proſteſero , che ſi alzin cittadi e templi per dove paſſate Voi,ò Coſtantino. Balta perciò a'miei deſiderj, che guardiate con pietà la mia patria ; poichè , toſto chè la guardiate,ſarà ella rimeſſa . Ma chi ſa, ſe deveſi all'età mia tal fortuna?

CAP. XXIII. *INterim , quoniam ad ſummam votorum meorum tuâ dignatione perveni , ut hanc meam qualemcunque vocem diverſis otii & (b) Palatii officiis exercitam tuis auribus conſecrarem , maximas Numini tuo gratias ago , tibique (quod ſupereſt) commendo liberos meos , præcipuèque illum jam ſummæ Fiſci patrocinia tractantem , in quem me totum tranſtulit pietas ; cujus felix ſervitus , ſi quando reſpexeris , maximè tua conveniet ætati . Cæterùm , quod de omnibus liberis dixi , lata eſt , Imperator* (c) *ambitio ; præter illos enim quinque , quos genui , etiam illos quaſi* (d) *meos numero , quos provexi ad* (e) *tutelam Fori , ad*

CAP. XXIII. INtanto,giacchè, mercè voſtra, ſon giunto alla più alta delle mie brame, ch'era di conſecrare alle voſtre orecchie queſta favella , qual' ella ſieſi , eſercitata diverſamente , e nell'ozio privato e nel Foro, ringrazio nel modo migliore la voſtra Divinità , e raccomandovi in fine i miei figliuoli, e ſpecialmente quegli ora pubblico Fiſcale , in cui la pietà trasfuſe tutto mè ſteſſo ; il cui felice ſervigio , quando degniate guardarlo , andera affatto del pari colla età voſtra. Di reſto, Imperadore,ciò, che de'figliuoli hò già detto ; largamente ſi ſtende ; imperciocchè, oltre a que'cinque, che hò generati , conto quaſi per miei anche li da mè avanzati alle diſeſe del Fo-

a *Jovi , Junen.* Juxta Homeri fabulam , quam pete ex *Iliad. l.* 14.

b *Palatii* . Fuit enim Eumenius Magiſter Sacræ Memoriæ , ut alibi adnotatum nobis fuit.

c *Ambitio* . Ambitus, votum, deſiderium ; nec diversè capio , quamvis vox durior ſit.

d *Meos* . Sic Lucilio diſcipulo ſuo ſcribebat *Seneca* , *Epiſt.* 34: *Aſſero te mihi ; magnum opus eſt* .

e *Tutelam Fori* . Ad cauſas agendas , & clientes defendendos.

Pa-

ad officia Palatii : Multi quippe ex me rivi non ignobiles fluunt, multi ſectatores mei etiam provincias tuas adminiſtrant, quorum ſucceſſibus lator, omniumque honorem pro meo duco; & ſi fortè hodie infra expectationem mei dixero, in illis me confido placuiſſe. Si tamen hoc quoque tuum mihi Numen indulſerit, ut ex hac oratione, non eloquentia, quod nimium eſt, ſed quantulacunque prudentia, & devota tibi mentis teſtimonium referam, cedant privatorum ſtudiorum ignobiles cura; perpetua mihi erit materia dicendi, qui me probaverit Imperator.

Foro, alle cariche del Palazzo; giacchè molti de' miei allievi corrono per non vili, molti ancora governano le voſtre provincie, della cui ſorte io mi conſolo, ed ogni pregio loro reco a me ſteſſo; e ſe oggi accaſo dirò men che aſpettavaſi, confido di avere in eſſi piacciuto. Pure, quando la voſtra Divinità mi doni anche ciò, che da queſto panegirico io poſſa riportarne teſtimonianza, non di facondia, ch' è troppo, ma di qualche prudenza, e di animo a Voi divoto, vadaſi ogni baſſo penſiero de' ſtudj privati; ſarà egli materia per mè di continuamente parlare, un'Imperadore, che mi abbia approvato.

EU-

EUMENII PANEGYRICUS CONSTANTIO CÆSARI.

X.

CAP. I. *Si mihi, Cæsar invicte, post diuturnum silentium sola esset vincenda trepidatio, qua rudimenta quædam vocis meæ rursus experior, haud immeritò me, ultra quàm ætas & quantulacunque studii mei ferret opinio, perturbari confiterer, præsertim cùm apud majestatem tuam divina virtutum miracula (a) vestrarum prædicarim: Quo in genere orationis quanta esset cura, quantus labor, quàm solicita veneratio, sensi etiam cùm in quotidia-*

PANEGIRICO DI EUMENIO A COSTANZO CESARE.

X.

CAP. I. SE dopo un lungo silenzio dovessi vincere, ò Cesare invitto, il timor solo, con cui cimento di nuovo le debolezze della mia rozza favella, confesserei giustamente di spasimare più che non porta la età, e lo scarso concetto del mio sapere; specialmente avendo io già lodato dinanzi la maestà vostra i divini miracoli delle vostre virtù: In che fare quanta diligenza, e fatica, quanto pesata venerazione si voglia hollo conosciuto anche quando io mi esercitava ogni dì nell'

* Panegyricus hic anteriorum uni aut alteri præponendus esset, ut temporum ordo servaretur, quo Orationes hæ dictæ fuerunt. Sed cùm ex incuriâ huic loco in primâ Editione affixus fuerit, cùmque per Adnotationes non semel aliquot Orationum ipsarum loci citentur, eo expresso numero, quo in ipsâ primâ Editione gaudent, ideo etiam in hac alterâ priori loco relictus est, ne fortè in citandis iterum Orationibus aliquis in numeris error obrepat. Ignosce Lector, & humanitate tuâ supple quidquid defectus est, ac Panegyrico ipso, ceu suæ sedi restituto, æquo animo utere.

a *Vestrarum*. Non tam enim Constantii, quàm aliorum Imperatorum illius temporis laudes attigisse credendum.

Pa-

dianâ illâ inſtituendâ juventutis exercitatione verſarer; quamvis enim prima tunc in renaſcentem Rempublicam (a) Patris, ac Patrui tui merita licèt dicendo æquare non poſſem, poſſem tamen recenſere numerando. Sed cùm ex vetere illo curriculo me, aut inter adyta Palatii veſtri alta quædam ſermonis arcani ratio demoverit, aut, poſt indultam a pietate veſtra quietem, ſtudium abduxerit; & vos interim nullum ulciſcendæ augendæque Reipublicæ vacuum tempus amiſeritis; cùm tot poſtea virtute veſtrâ parta victoria, tot exciſa undique Barbaræ nationes, tot translati ſint (b) Româ cultores, prolati limites, tot provincia reſtituta, hæreo prorſus, & ſtupeo, & prater illam ex otio meo tarditatem, tantâ rerum mole deterreor, niſi hoc uno nitar hortatu, quòd ex quantacunque deſidiâ, quamvis maximè orationi imparem, parem facit Cæſar auditor: Præſertim cùm, favente Numine tuo, ipſe ille jam pridem mihi, qui me in lucem primus eduxit, divinarum Patris tui aurium aditus evenerit; quo facilius majeſtatis tuæ recordatione confiſus poſſim illa, quæ tunc dicta ſunt, præterire, atque hunc ſermonem

nell'ammaeſtramento de' giovani; che, ſebben non poteva eguagliare i primi meriti di voſtro Padre, e di voſtro Zio colla Repubblica rinaſcente, potea però accreditarli ſol numerandogli. Ma, o interrottami quell' antica carriera da certo impiego ſublime di ragionare in ſegreto ne' gabinetti del voſtro Palazzo, o traviatone io affatto per lo genio preſo alla villa, dacchè ne ottenni dalla pietà voſtra l'indulto; e non avendo frattanto laſciato Voi paſſare alcun tempo ſenza vendicar' e aggrandir la Repubblica, riportate dal voſtro valore tante vittorie, disfatti quà e là tanti Barbari, traportati da Roma tanti abitanti, ſteſi gli confini, rimeſſe tante provincie, mi arreſto certamente, e traſecolo, ed oltre alla lentezza in me cagionata dall'ozio, mi ſgomento a sì gran mole di coſe, ſe non prendo coraggio dal perſuadermi, che, da qualunque ſcioperatezza io ſorga, e benchè di molto inferiore all'impegno, mi darà forza però da riuſcirvi l' aver Ceſare per uditore; toccatomi, voſtra mercè ſpecialmente, benigno acceſſo alle orecchie divine di voſtro Padre, nella prima comparſa, che hò fatto; ſicchè, affidato dalla memoria della voſtra maeſtà, poſſo più facilmente laſciare il già detto,

ed

a *Patris, ac Patrui*. Maximiani ſcilicet Patris adoptivi, & Diocletiani, qui utpote Maximiani Frater dictus, ut ſæpius in hiſce Orationibus adnotatum, Conſtantii Patruus dici poterat.

b *Româ*. Sunt qui legant *in Romanâ*, alii *in turâ Romanâ*, alii *Romam*. Ego retineo Pariſienſem lectionem. Verum quidem, gentes Barbaras in Romanas Provincias translatas fuiſſe; ſed & verum, deductos Romanos in Provincias Barbaras, quas incolerent.

Rex

nem ab his, quæ secuta sunt, inchoare.

CAP. II. *QUinquam multa mihi ex illis quoque hoc in tempore necessariò transeunda sunt; ac potissimùm ea, quibus officio delati mihi a divinitate vestrâ honoris interfui, captus scilicet (a) Rex ferocissimæ nationis inter ipsas, quas moliebatur, insidias, & (b) a ponte Rheni usque ad Danubii transitum Contiensem devastata atque exhausta penitus Alemania; nam & majora sunt, quàm ut enarrari inter alia possint, &, nè meis quoque stipendiis videar gloriari, sufficit conscientiæ meæ illa vidisse. Det igitur mihi, Cæsar invicte, hodiernæ gratulationis exordium divinus ille vestræ majestatis (c) ortus, ipso, quo illuxit, auspicio veris illustrior, cui dies serenus, atque (ut celebrantes sensimus) ultra rationem temporis sol æstivus incaluit, augustiore fulgens luminis claritate, quàm cùm originem mundi nascentis animavit. Siquidem tunc inter illa rerum tenera primordia moderatus dicitur, nè noceret ardentior; nunc cer-*

ed incominciare questo discorso da ciò, che seguì.

CAP. II. PUre di questo ancora mi è uopo buona parte lasciarne, e specialmente ciò, a che intervenni nella carica, di cui mi onoraste Voi mio sovrano; cioè la prefura del Re di quella ferocissima gente, colto ne' lacci medesimi, che tramava; ed il saccheggio, e spopolamento dell'Alemagna, dal Ponte sul Reno fino all'entrar nel Danubio del Gunzia, imprese da non mentovarsi colle altre; e per non mostrar di vantarmi di quanto in esse io abbia operato, basta alla mia coscienza l'averle vedute. Incomincierò dunque questa mia congratulazione con Vo', invitto Cesare, dal nascimento divino della vostra maestà, più sfolgorato dello stesso principio di primavera, nel quale seguì; cui toccò un giorno sereno, e, come in festeggiarlo provammo, riscaldato più che portasse la stagione da un sole come di state, chiaro di lume più nobile, che quando animava il mondo nascente; imperciocchè in que' principj teneri delle cose dicesi che fu moderato, per non offendere col troppo ardo-

a *Rex fer. nat.* Alamannorum, quorum innumeram vim cecidit Constantius, teste *Eutrop. l. 9*; & nos adnotavimus ad *Pan. 9, c. 6.*

b *A Ponte Rheni.* Hic erat fortasse in finibus Alemaniæ, seu hodiernæ Sueviæ, quæ Rheno quidem ab occasu terminatur. Continebat autem Alemania, de qua nunc sermo, Rhætiam quoque: Unde & mox subditur *ad Danubii transitum Contiensem*, ubi fortè legendum *Guntiensem*; quod intelligo, non de *Guntzberg* Rhætiæ urbe, sed de *Guntz* Rhætiæ pariter fluvio, qui in Danubium se se exonerat. Unde vides, a nostro Alemaniam, tanquam Rheno, Danubioque comprehensam describi.

c *Ortus.* Quando factus es Cæsar, una cum Maximiano Armentario, tu ab Hercules, ille a Diocletiano.

certaſſe creditur, nè majeſtate veſtrâ videretur obſcurior.

CAP. III. O Felix beatumque ver novo partu, jam non amanitate florum, nec viriditate ſegetum, nec gemmis vitium, nec ipſis tantùm Favoniis, & luce ſerenatâ latum atque venerabile, quantùm ortu Cæſarum maximorum! O tempus, quo meritò (a) quondam omnia nata eſſe credantur, cùm eodem nunc confirmata eſſe videamus! O Kalenda Martia, ſicuti olim (b) annorum volventium, ita nunc æternorum auſpices Imperatorum! Quanta enim, invictiſſimi Principes, & vobis, & Reipublicæ ſæcula propagatis orbis veſtri participando tutelam, cujus licèt eſſet, omni hoſte perdomito, certa ſecuritas, nimios tamen in diverſa diſcurſus vel reviſenda poſcebat? (c) Partho quippe ultra (d) Tigrim redacto, (e) Daciâ reſtitutâ, portectis uſque ad

dore: Ora però tutto fece per non parere della maestà voſtra più oſcuro.

CAP. III. O Primavera beata e felice, non per l'amenità de' fiori, per la verzura delle biade, per li rampolli delle viti, ma per lo nuovo germoglio; nè sì lieta e venerabile per gli Favonj, e per lo ſereno, come per la naſcita de' grandi Ceſari. O tempo, in cui ben credanſi nate tutte le coſe, vedendole noi ora tutte nel medeſimo raſſodate! O primo giorno di Marzo, principio, come già ſemplicemente degli anni, così ora degli eterni Imperadori! Oh come aggrandite la Repubblica, e Voi medeſimi, invittiſſimi Principi, col chiamar' altri in parte della difeſa del voſtro mondo; per cui, ſebben godeva egli una ſicurezza non più dubbioſa, domato già ogni nimico, era però uopo di correre in parti troppo lontane l'una dall' altra a ſol' oggetto di rivederlo! Imperciocchè, confinati i Parti di là dal Tigri, riſog-

a *Quondam omnia*, &c. Idem credidit & *Virgil. l.* 2 *Georg.* cùm cecinit: *Non alios primâ creſcentis origine mundi Illuxiſſe dies, aliumve habuiſſe tenorem Crediderim, ver illud erat*, &c. Variant ſententiæ tamen de tempore, quo mundus ſit conditus, non modò inter Hebræos, Græcoſque, ac nos Catholicos, ſed inter nos ipſos: Alii ſiquidem verno tempore, alii autumnali creatum dicunt. *Tamen noſtrorum communior opinio eſt, Martium mundo dediſſe principium*, &c. inquit *Genebr. Chronol. initio.* Vide *Rhodig. l.* 1, *c.* 9; maximè verò *Peter. in Geneſ. cap.* 1.

b *Annorum*. Annos inchoatos olim Kalendis Martiis ſatis conſtat ex *Ovid. Faſt.* & aliis.

c *Partho*. Perſis, quos legimus victos a Diocletiano, qui etiam Narſis ipſorum Regis uxorem captivam in triumphum duxit.

d *Tigrim*. Aſiæ fluvium, qui in Armeniæ montibus ortus, inter Aſſyriam, Meſopotamiamque percurrens in Sinum Perſicum labitur, inter Arabiam, & Perſidem.

e *Dacia*. Ea olim, ubi nunc ferè provinciæ Tranſylvaniæ, Moldaviæ, & Valacchiæ,

Da-

ad (a) *Danubii caput Germaniæ, Rhetiæque limitibus, deſtinatâ* (b) *Batavia, Britanniæque vindictâ, gubernacula majora quærebat aucta atque augenda Reſpublica; & qui Romanæ potentiæ terminos virtute protulerant, Imperium filio pietate debebant.*

ſoggettata la Dacia, ſteſi fino alla fonte del Danubio i confini della Germania, e della Rezia, deſtinata la guerra nella Batavia, e nella Brettagna; ricercavanſi altre menti per governar la Repubblica ingrandita già, e da ingrandirſi; e quegli che ſteſi avean col valore i confini della potenza di Roma, eran debitori dell'Imperio per pietà ad un figliuolo.

CAP. IV. *ET ſanè, præter uſum curamque Reipublicæ, etiam illa Jovis & Herculis cognata poteſtas in Jovio Herculioque Principibus, totius mundi, cœleſtiumque rerum ſimilitudinem requirebat: Quippe iſto* (c) *Numinis veſtri numero ſumma omnia nituntur, & gaudent. Elementa quatuor, & totidem anni vices, & orbis* (d) *quadrifariam duplici diſcretus Oceano, &* (e) *remenſo quater cœlo luſtra redeuntia, &* (f) *quadrigæ ſolis, & duobus Cœli luminibus adjuncti* (g) *Veſper, & Lu-*

CAP. IV. E Per dir vero, oltre i riguardi del governo, ricercava la maeſtà di Ercole e di Giove unita ne' Principi Giovio ed Erculio queſta ſomigliãza colle coſe del mondo, e del Cielo: Poichè procedono con queſto numero delle voſtre divinità, e ſe ne cõpiacciono le coſe più ragguardevoli. Quattro ſono gli elementi; le ſtagioni altrettante; in quattro parti divideſi il mare dal doppio Oceano; dopo il giro di quattro anni ſi rinnovano i luſtri; quattro ſono i deſtrieri del Sole; e a' due grã lumi del Cielo ſi aggiun-

go-

a *Danubii caput.* Quod eſt in Monte Abnobà in Sylvà Nigrà provinciæ Sueviæ.

b *Batavia*, &c. Innuit tyrannidem a Carauſio occupatam; contra quem movit juſſu Maximiani Herculii Conſtantius Chlorus. Diximus alibi.

c *Numinis v. numero.* Quatuor enim tunc temporis Principes Rei Romanæ præerant; Maximianus Herculius, Diocletianus, Conſtantius, & Maximianus Armentarius.

d *Quadrifariam.* In Orientalem nempe, & Occidentalem ab Oceano Occidentali, ſeu Atlantico; a Mari verò Mediterraneo, quod a Noſtro Oceani nomine (impropriè tamen) dici pro certo teneo, in Septentrionalem, & Meridionalem. Illuſtrat explicationem hanc *Lipſius Phyſiol. Stoic. l. 1, Diſſert. 17.*

e *Remenſo.* Subintellige Solis annuo curriculo.

f *Quadrigæ.* Ex commentis Poetarum, qui Solem quadrigà vehi finxere, appoſito etiam ſingulis ejuſdem equis nomine, nimirum Pyroo, Eoo, Aethone, & Phlegone. Solis quadrigam expreſſere etiam Nummi, qualis eſt ille Probi Imperatoris, quem vide *Tab. 5, n. 6.*

g *Veſp. & Luc.* Hi quidem una & eadem ſtella; duplici tamen gaudent nomine, & tanquam pro duobus ſumuntur, ex diverſâ apparitione, matutinâ, ac veſpertinâ.

Lucifer. Sed neque sol ipse, neque cuncta sidera humanas res tam perpetuo lumine intuentur, quàm vos tuemini, qui sine ullo ferè discrimine dierum ac noctium illustratis orbem, salutique gentium, non his modò, quibus immortales vultus vestri vigent, sed multo magis illis divinarum mentium vestrarum oculis providetis; nec solùm quà dies oritur, & praeterit, & conditur, sed etiam ex illâ Septentrionali plagâ salutari beatis luce provincias: Adeo, Cæsares, vestra in orbem terrarum distributa beneficia prope plura sunt, quàm Deorum. Quibus ego si omnibus immorari velim, neque hic dies mihi totus, neque proximus, neque porrò ceteri sat erunt; & habenda est ratio temporis, (a) Cæsare stante dum loquimur.

gono i Pianeti della sera, e della mattina. Ma non ispandon sì di continuo la propria luce sulle cose umane il sole stesso, e le stelle, come Voi le beneficate: Poichè senza quasi distinzione alcuna di giorni e di notti rischiarate il mondo, e provvedete alla salvezza de' popoli, nõ sol con quegli occhi, che brillano su' vostri volti immortali, ma viè più con que' delle vostre menti divine, imparadisfando co' raggi benefici, non sol le provincie di Levante, di Ponente, di Mezzogiorno, ma le stesse di Settentrione: Tanto, ò Cesari, sono quasi maggiori di quegli de' Numi i benefici, che fate al Mondo! Ne' quali tutti se volessi fermarmi, non basterebbero il giorno d'oggi, il dimane, nè tutti gli altri; e devesi poi anche pensare al tempo, stando in piedi un Cesare mentre ragiono.

CAP. V. *Adorate sint igitur mihi (b) Sarmaticæ expeditiones, quibus illa gens prope omnis extincta est, & penè cum solo nomine relicta, quo serviat. Dent veniam trophæa (c) Niliaca, sub*

CAP. V. Conterò dunque per venerate da me le spedizioni nella Sarmazia, poco meno che tutta spenta, e rimasta quasi col nome solo, con cui ubbidire. Mi perdonino le vittorie so-

a *Cæsare stante.* Nescierim sanè, cur stans Panegyricam hanc Orationem audierit Constantius. De Constantino Magno ipsius filio legimus quidem apud *Euseb. lib. 4* de ejusdem Vitâ, quòd stans audire voluit Eusebium ipsum *de Servatoris nostri sepulchro* dicentem, asserendo *nefas esse, ubi de Deo instituta sit disputatio, remisse ac molliter auscultare*, &c. *Pium enim ac religiosum est*, inquit, *ut de rebus divinis stantes audiant.*

b *Sarmaticæ.* A Diocletiano, & Maximiano factæ; *Eutrop. l. 9.* In huius victoriæ memoriam cuius est Nummus, apud me argenteus, quem *Occo* aureum describit, & quatuor figuras, quæ in ipso videntur milites esse ait stantes ad aram accensam, ad ostium castrorum, &c. Ego tamen non negaverim, duos illos, qui dextras jungunt ipsos esse Imperatores, sibi post victoriam occurrentes, ponè quos sint utriusque Præfecti Prætorii; nisi etiam dicamus, figuras illas ipsos quatuor esse Imperatores. Vide *Tab. 5, n. 9.*

c *Niliaca.* In Ægypto scilicet, adversùs præcipuè Achilleum Tyrannum, quem Diocletianus profligavit, *Eutrop. ibid.*

Car-

ſub quibus Æthiops, & Indus intremuit: Contenta ſit voce gloria ſua etiam proxima illa ruina (a) *Carporum: Reſervetur nunciis jam jamque venientibus* (b) *Mauris immiſſa vaſtatio; aliis hac, permittente majeſtate veſtrâ, celebrabo temporibus: Dii immortales! Vota ſuſcipio, ut* (c) *ipſis, qui geſſere, præſentibus. Illa verò, Cæſar invicte, quæ ductu atque auſpicio Numinis tui geſta ſunt, quorum etiam ſpectaculo fruimur, ſub hac occaſione dignationis tuæ, ſine dilatione dicenda ſunt; eò magis, quòd, quamvis in communibus Reipublicæ bonis neceſſe nobis gratulari, quæ propriora nobis ſunt, maximè ſunt gratulationi.*

ſopra l'Egitto, per cui ſi raccapricciarono gl'Indiani, e gli Etiopi: Si contenti del grido della ſua gloria anche il teſtè ſeguito ſterminio de'Carpi: Si riſervi l'applauſo per lo diſertamento già principiato de'Mauri agli avviſi, che van giugnendo. Loderò in altro tempo, permettendomi sì la maeſtà voſtra, eoteſte impreſe; ed oh, voleſſero gl'Iddj immortali, alla preſenza di que'medeſimi, che le fecero! Devo ben dir ſenza indugio, or che degnate permettermelo, ciò che ſeguì ſotto la voſtra condotta, e ſotto l'auſpicio della voſtra Divinità, di che ne godiamo ancora cogli occhi; vie più che, quantunque ne'beni comuni ſia uopo a tutti di rallegrarſene, più però conſola ognuno il ſuo proprio.

CAP. VI. *STatim itaque Gallias tuas, Cæſar, veniendo feciſti. Siquidem illa celeritas, qua omnes ortus, atque adventus tui nuncios prævertiſti, cepit oppreſſam* (d) *Geſoriacenſibus muris pertinacem tunc errore miſero manum piraticæ factionis; atque illis olim mari frètis alluentem portas ademit Oceano.*

CAP. VI. VI acquiſtaſte dunque, ò Ceſare, ſubito giunto, le Gallie. Imperciocchè quella voſtra preſtezza, colla quale antiveniſte tutti gli avviſi del voſtro arrivo fece reſtare aſſediato fra le mura di Geſoriaco un già fiaccato corpo di que' corſali, oſtinati allora in una colpa infelice; e levò ad eſſi già confidanti nel mare quel-l'O-

a *Carporum*. Memorat citatus *Eutrop. Varia deinceps ſimul, & viritim bella geſſerunt, Carpis, & Baſtarnis ſubactis*. Fuere autem Carpi ubi nunc ferè Ruſſia Nigra, Podolia, & Volhinia.

b *Mauris*. In Africâ, ubi Quinquegentiani etiam victi ab Herculio. *Eutrop. & Victor.*

c *Ut ipſis*. Hinc ſatis conſtat, uni Conſtantio præſenti dictam hanc Orationem, aliis abſentibus; & Conſtantio quidem, non Conſtantino, ut in aliquibus perperam legitur.

d *Geſoriacenſibus*. Urbs ea in Piccardiâ, eadem cum Bononiâ, de qua dictum etiam ad *Paneg. 9, c. 5*. Innuit hic Auctor Carauſii tyrannidem, de qua & *Paneg. 2, Cap. 1*. dictum.

tranum . In quo divina providentia tua , & par consilio effectus apparuit , qui omnem sinum illum portus , quem statis vicibus æstus (a) alternat , defixis in adita trabibus , ingestisque saxis invium navibus reddidisti , atque ipsam loci naturam admirabili ratione superasti , cùm mare frustra reciprocum prohibitis fugâ quasi illudere videretur , tanquam nullo usu juvaret inclusos , quasi redire desisset . Quanam unquam mirabimur valla castrorum post hoc novum in mari vallum ? Quid erit mirum , si qua murorum aut arieti non cesserit firmitas , aut machinas despexerit altitudo ? Cùm Oceanus ille , tanto libratus impetu , tantâ mole consurgens , (sive ulterioribus , ut ferunt , terris repulsus , sive anhelitu , quo (b) respirat , evectus , seu quacunque aliâ ratione motus) nunquam tua , Cæsar , claustra perfregerit , neque omninò convellerit tot dierum ac noctium receptu recursuque ; cùm tot interim , quâ terras circumfluit , littora solveret , ripasque defringeret ; uno illo (ut res est) loco , aut potentiâ vestra majestatis inferior , aut pro debito vobis honore clementior.

l' Oceano , che lor bagnava le porte. In che si conobbe la prudenza vostra divina , e ne seguì giusto il divisato l' effetto; mentre con piantar palizzati , e profondar sassi sull' entrata imbarraste alle navi tutta la bocca del porto , dov' entra ed esce con certa legge il mare a vicenda , e vinceste con maraviglioso partito la stessa natura del luogo; facendo sì , che , impedito agli assediati lo scampo , parea che il mare scambievole senza loro prò gli scherniste , e tanto non fosse loro di verun' uso , quanto se avesse lasciato di rivoltare addietro il suo corso. Qual trincea mai di campagna ammireremmo dopo questa nuova fatta sul mare ? Non sarà egli più miracolo , che muraglie od a montoni non cedano per saldezza , o sprezzino macchine per altura , non avendo , ò Cesare , mai potuto l'Oceano , quello ch'è di empito sempre sì egual' e sì gonfio (o da' lidi di là , come dicesi , risospinto , o portato così dal proprio respiro , o per altra cagion che lo muova) spiantare , o rompere con entrarvi ed uscirne per tanti giorni e per tante notti le vostre sbarre; mentre pur frattanto rompea tanti lidi , e disfacea tante rive alle terre , che bagna ; quivi sol' , od inferiore alla forza della vostra maestà , o per l'onore dovutovi men' orgoglioso.

Xer-

Leg-

a *Alternat.* Crescendo , & decrescendo.

b *Quo resp.* Tanquam mare sit animal , ut credidere olim Philosophorum nonnulli. Alterni verò motus in mari causâ nihil ferè ignotius. Quare legimus , Aristotelem septies die ac nocte Euboici Euripi naturam speculatum morbum contraxisse , ex quo perierit ; sive , ut alii tradunt , ex hauriendæ veritatis desperatione in mare præcipitem se dedisse.

Pe-

CAP. VII. *Xerses, ut audio, Persarum Rex potentissimus, (a) pedicas jecit aureas in profundum, Neptunum se dictitans alligare, quia fluctibus ferociret: Stultâ ille jactantiâ, & (b) sacrilegâ vanitate. Atenim tua, Cæsar, Divina providentia & efficaci est usa consilio, nec insultavit elemento; ut non provocaret odium, sed mereretur obsequium. Quid enim aliud interpretemur, cùm statim atque obsidionem necessaras, & clementia vestra fides solverat, eàdem claustra, qui primus insiluit, æstus irruperit, totaque illa, quoad usus fuit, invicta fluctibus acies arborum, veluti signo dato, & peractâ statione dilapsa sit? Ut nemo dubitaret, portum illum, qui pirata, nè suis opem ferret, occlusus fuisset, vobis ad victoriam sponte patuisse. Potuisset enim, Cæsar invicte, illo virtutis ac felicitatis tuæ impetu eorum peragi continuò bellum, nisi ædificandis navibus dari tempus rei necessitudo suasisset; quo tamen omni nunquam ab eorum hostium eversione cessatum est, quos adiri continens terra permisit.*

CAP. VII. Leggo che Serse, Re poderosissimo della Persia, gittò sul mare ceppi d'oro, millantandosi d'incatenare Nettuno, che imperversava co' flutti: Tanto con pazza alterigia, e con sacrilega vanitade colui. Ma la divina vostra prudenza, ò Cesare, praticò un forte partito, e non oltraggiò l'elemento, per non adizzarne l'odio, anzi meritarne il rispetto. Nè possiamo interpretare altrimenti, se, tostochè fu sciolto l'assedio per la cagione della carestia e della speranza ripostà dagli assediati nella vostra clemenza, sbaragliò gli stessi palizzati quel mare, che sorpassati gli avea per avanti; e rovinò tutta quella schiera di alberi fatta invincibile all' onde finattanto che fu a Voi necessaria, come se ricevuto avesse il segno di finire il suo ufizio; onde alcuno non dubitasse, essersi aperto spontaneamente a vostra vittoria quel porto, che si stette chiuso al corsale, perchè non sovveniss gli suoi. E ben poteasi, Cesare invitto, con quell'empito del vostro valor' e della vostra felicità finir tosto tutta la guerra, se la bisogna non avesse obbligato a spender tempo per la fabbrica delle navi: Ciò però non ostante mai non cessaste dal battere que' nimici, dovunque poteste avanzarvi sul continente.

CAP. VIII. *Quanquam illa regio divinis expedi-*

CAP. VIII. Benchè appena, per dir così, puossi chia-

a *Pedicas jecit.* Nota Historia ex *Plutarcho, in Themistocle.*

b *Sacrilegâ.* Utpote in Numen admissâ, Neptunum scilicet Maris Deum, Ethnicis cultum.

ditionibus tuis, Cæsar, vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus (a) *Scaldis interfluit, quamque* (b) *divortio sui Rhenus amplectitur, penè, ut cum verbi periculo loquar, terra non est. Ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solùm, quà manifestè palustris, est cedat ad nixum, & hauriat pressa vestigium, sed etiam, ubi paulò videtur firmior, pedum pulsu tentata quatiatur, & sentire se procul mota pondus testetur. Ita, ut res est, subjacentibus innatat, & suspensa latè vacillat; ut meritò quis duxerit, exercendum fuisse tali solo militem ad navale certamen. Sed neque illa fraudes locorum, nec qua plura inerant perfugia silvarum Barbaros tegere potuerunt, quominus ditioni tuæ Divinitatis omnes sese dedere cogerentur; & cum conjugiis, ac liberis, cæteroque examine necessitudinum ac rerum suarum ad loca olim deserta transirent, ut quæ fortasse ipsi quondam depradando vastaverunt, culta redderent serviendo.*

si chiamar continente quella provincia da Voi racquistata, e ripurgata; quella dissi, che con tutti ravvolgimenti bagna per mezzo lo Scaldi, e serra il Reno tra le sue corna. Tanto ella è tutta inzuppata di acque, che, non solo dov'è paludosa presto si rende, e riceve l'orma di chi la calca, ma quivi pure, dove pare alquanto più soda, se col piede per farne pruova si batte, scuotesi, e scossa mostra di sentirne il peso ancor di lontano. Fatto stà ch'ella nuota, e sospesa per lungo tratto barcolla; onde con ragione stimerebbe alcuno, ch'esercitar si dovessero sopra un tal suolo alle battaglie del mare i soldati. Ma non poterono gl'ingranni de' luoghi, nè le molte acosaglie de' boschi difendere i Barbari, sicchè non fossero costretti tutti ad arrendervisi; e cole mogli, co'figliuoli, e con tutta l'altra turba de parenti, e delle lor masserizie passarsene alle terre già abbandonate, per coltivare schiavi le stesse, forse già disertate cogli scorrimenti.

CAP. IX. *Quis hoc unquam futurum, etiamsi coram voluisset affari, Deus ante vos Principes persuadere potuisset, quod nunc vidimus & videmus? Totis porticibus civitatum sedere captiva agmina Barbarorum; viros attonitâ feri-*

CAP. IX. Qual' Idio, prima che Voi foste Principi, ci avrebbe mai fatto credere, benchè faccia a faccia con noi parlando, che dovesse avvenire ciò, che vedemmo e vediamo? Sedere per tutti i portici delle città schiere di Barbari prigioni; tre-

a *Scaldis*. Incolis *Schelde*, fluvius Belgii. Oritur in Picardiâ, fluitque per provincias Hannoniam, & Flandriam, quam a Brabantia primùm inde a Zelandia dirimit, labiturque in Oceanum duobus vastis ostiis. *D. Le Clerc, Bibliot. T. 1.* legit hoc loco *Vahalis*; ita & *Cellarius* cum *Innio*, *Valesio*, & *Acidalio*, a quibus non dissentio.

b *Divortio*. De hoc abundè *Panez. super. cap. 6.*

Pro-

eritate trepidantes, respicientes anus ignaviam filiorum, nuptas maritorum copulatas vinculis, pueros ac puellas familiari murmure blandientes; atque hos omnes (a) *provincialibus vestris ad obsequium distributos, donec ad destinatos sibi cultus solitudinum ducerentur. Insultare hercule communi* (b) *Galliarum nomine libet; &, quod pace vestrâ loquar, ipsis triumphum* (c) *assignare provinciis.* (d) *Arat ergo nunc mihi* (e) *Chamavus, &* (f) *Frisius; & ille vagus, ille prædator exercitio squalidus operatur, & frequentat nundinas meas pecore venali, & cultor barbarus laxat annonam? Quinetiam, si ad delectum vocetur, accurrit, & obsequiis teritur, & tergo coercetur, & servire se militia nomine gratulatur. Quid faciam, Cæsar? Ignosce si moror, ignosce si propero; multa enim illius temporis, quo transitus in Britanniam parabatur, admirabilia virtutum tuarum facta prætereo, dum festino cupidus ad singularem illam victoriam, qua universa Respublica tandem est vindicata: Cujus magnitudo, Cæsar invicte, hactenus explicabitur, ut prius di-*

tremare avvilita gente per altro fierissima; vecchierelle guardar la codardia de' figliuoli; mogli co'mariti inceppate; fanciulli, e fanciulle vezzeggiar con dimestico cicaleccio; e questi tutti divisi al servigio de'vostri, finchè si conducano alla destinata coltura de'luoghi diserti. Voglio perdio insultar loro a nome pubblico delle Gallie, e chiamare in parte del trionfo (con vostra pace il dirò) le stesse provincie. Arano dunque i miei campi i Camavi, ed i Frisi; e smunti di fatica lavorano que' vagabondi, que' rubatori; frequentano con animali da vendere le mie Fiere; ed agricoltori barbari mi accrescono le vittovaglie? Chiamati anzi alle leve corron', ossequiano, pazientano i gastighi, godono di servir per soldati. Che farò ò Cesare? Perdonate se indugio; perdonate pur se mi affretto. Oltrepasso molte delle imprese maravigliose, fatte dal vostro valore in allestire il tragitto nella Brettagna, mentre mi affretto con brama ardente a quella segnalata vittoria, che tutta quanta liberò la Repubblica; di cui frappoco spiegherò la grandezza, dopo avere mostrato quanto fosse ne-

cess-

a *Provincialibus*. Alii e captivis in publicâ custodiâ erant, teste *Eutrop. l.* 2, alii a privatis etiam tenebantur: Et hi quidem, aut ab iisdem in prælio sui juris facti, aut ipsis ab Imperatoribus dono dati.

b *Galliarum nom.* Gallis hic blanditur, quòd essent provinciæ Constantio maximè caræ.

c *Assignare*. Gallias ipsas ad triumphi partem quodammodo vocare.

d *Arat*. Utitur hac formulâ & Probus Imp. apud *Vopiscum*, Epistolâ ad Senatum; *Omnes jam Barbari vobis arant, vobis jam serunt*, &c.

e *Chamavus*. De Chamavis vide dicta ad *Pan. Nazar. cap.* 18.

f *Frisius*. Frisii populi Chamavis finitimi in Septentrionem, ubi & nunc, veteri servato nomine, Frisia provincia ad Germanicum mare.

Gal-

dicam quàm neceſſarium illud, & difficile bellum fuerit, quò magis confectum ſit.

CAP. X. *MInùs indignum fuerat ſub Principe* (a) *Gallieno, quamvis triſte, harum provinciarum a Romano Duce diſſidium; tunc enim, ſive incuriâ rerum, ſive quadam inclinatione fatorum omnibus ferè membris erat truncata Reſpublica. Tunc ſe nimiùm &* (b) *Parthus extulerat, &* (c) *Palmyrenus aquaverat; tota* (d) *Ægyptus, Syriaque defecerant; amiſſa* (e) *Rhætia;* (f) *Noricum, Pannoniaque vaſtata; Italia ipſa gentium domina plurimarum urbium ſuarum excidia mærebat. Non erat tantum doloris in ſingulis, cum penè omnibus careret. Nunc verò toto orbe terrarum, non modò quà Romanus fuerat, virtute veſtrâ recepto, ſed etiam quà hoſtilis, edomito, cùm toties proculcata eſſet* (g) *Alemania, toties obtrita* (h) *Sarmatia,*

Vi-

ceſſaria, e difficile quella guerra, onde tanto maggiore ſia il merito dell'averla sì terminata.

CAP. X. MEno indegna ſi fu, benchè lagrimevole, la ſeparazione di quelle provincie da Roma ſotto l'Imperio di Gallieno; poichè allora, o per traſcuratezza di governo, o per certa decadenza di deſtino era tronca di quaſi ogni membro la Repubblica. Troppo alzati ſi erano i Parti; fatti troppo eguali i Palmireni; l'Egitto, e la Soria tutta rubelle; perduta la Rezia; la Pannonia col Norico diſertata. La ſteſſa Italia ſignora de' popoli piagnea lo ſterminio di molte città; nè ſentiva maggior dolore per queſta, che per quella, mentre di tutte quaſi era priva. Ma ora che ſi era, non ſolo racquiſtata dal voſtro valore la parte di mondo, già de' Romani, ma ſoggettata quella pur de' nimici; oppreſſa tante fiate l'Alemagna, calpeſtata la Sarmazia,

ſter-

a *Gallieno.* Imperatore ignaviſſimo, ſub quo Romana res lamentabile diſſidium paſſa, triginta Tyrannis ipſam ſibi diſtrahentibus, quorum hiſtoria apud *Trebell. Poll.*

b *Parthus.* Parthi, & Perſæ ab auctoribus ferè confunduntur. Horum Rex Sapores Valerianum Gallieni patrem bello captum ſibi ſervire juſſit, & tandem excoriatum ſale etiam conſperſit. Auctores *Eutrop. l. 9, Victor, Treb. Poll.*

c *Palmyrenus.* Innuit Odenatum Palmyrenorum Principem, qui, capto a Perſis Valeriano, Regem ſe dixit, atque Imperatorem, occiſus mox a Mæonio conſobrino ſuo Imperium pariter affectante. Poſt ipſum tamen imperavit adhuc uxor Zenobia cum filiis Herode, Vabalatho, Herenniano, & Timolao.

d *Ægyptus, Syr.* Tyrannidem occupantibus, in Ægypto Æmiliano, in Africâ Celſo, in Oriente, ubi Syria, Cyriade, ac Macriano cum filiis Macriano Juniore, & Quieto.

e *Rhætia.* Ubi Tyranni, Poſthumus, Lollianus, Victorinus, aliique in Galliâ proximâ.

f *Noricum, Pan. vaſt.* A Regilliano, Aureolo, & Ingenuo.

g *Alemania.* De hac ſupra, *c.* 2, & *Pan. ſuper. c.* 6.

h *Sarmatia.* De victoriâ Sarmaticâ dictum *cap.* 5.

Vi-

(a) *Vitungi* , (b) *Quadi* , *Carpi toties profligati* , *ſubmittente ſe* (c) *Gotho pace poſcendâ* , *ſupplicante per munera* (d) *Rege Perſarum* , *urebat animum* (*quod nunc denique confitemur*) *una illa tanti Imperii contumelia* , *eoque nobis intolerabilior videbatur* , *quòd gloriæ ſolæ reſtabat*.

ſterminati i Vitungi , i Quadi , i Carpi ; quando i Goti chiedean ſommeſſi la pace , e ſupplicava il Re de'Perſi con doni , rodea l'animo (il confeſſiam' ora infine) quell'onta ſola di un'Imperio sì grande ; e pareaci più intollerabile , per eſſere l' unica ombra alla noſtra gloria.

CAP. XI. *ET ſanè non ſicut* (e) *Britanniæ nomen unum* , *ita mediocris jactura erat Reipublicæ terra tanto frugum* (f) *ubere* , *tanto lætæ numero* (g) *paſtionum* , *tot* (h) *metallorum fluens rivis* , *tot vectigalibus quæſtuoſa* , *tot accincta portubus* , *tanto immenſa* (i) *circuitu* : *Quam Cæſar* , *ille* (k) *auctor veſtri nominis* , *cùm* (l) *Romanorum primus intraſſet* , *alium ſe orbem terrarum ſcripſit reperiſſe* , *tantæ magnitudinis arbitratus* ,

CAP. XI. E Certamente , benchè abbia la Brettagna un ſol nome , non era perdita mezzana per la Repubblica il mancarle una provincia di frutti così abbondevole , con tanti e sì ameni paſcoli , ricca di tante miniere , che tanto rendea di gabelle , provveduta di tanti porti , di giro sì vaſta. Quando Ceſare , autore del voſtro titolo , entronne il primo de'Romani , ſcriſſe di avere trovato un'altro mondo , ſtimandola così grande ,

a *Vitungi*. De hiſce mentionem apud antiquos non vidi. Virunos quidem lego apud *Ptolom.l.*2, inter Saxones, ac Suevos. *P. de la Baune* eos in illâ Germaniæ parte locat, quæ Italiæ vicina eſt, ubi nunc ferè Tirolenſis Comitatus.

b *Quadi*. Germaniæ populi ad Herciniam ſylvam, immo ultra, juxta *Ptolomæum*, in eo tractu, ubi nunc ferè Moravia.

c *Gotho*. Gothi notiſſimi Septentrionalis Germaniæ populi, ubi nunc etiam Gothia provincia, ſeu *Gotlandt*, in Auſtrali parte Suecici Regni.

d *Rege Perſarum*. De quo dictum *Pan.*2, c.10.

e *Britanniæ*. Quæ plures, eaſque maximas provincias continet.

f *Ubere*. Pro ubertate; ut & apud *Virgil. Æneid.l.*1; *Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ*.

g *Paſtionum*. Paſtio, inquit *Valla l.*4, *videtur ſignificare cibum, ſed tamen potiùs ad alimenta pecudum pertinet*, &c.

h *Metallorum*. De Britanniâ *Iſidor. Orig.l.*4, *c.*6; *Multa, & magna flumina in eâ, fontes calidi, metallorum larga & varia copia*.

i *Circuitu*. Qui eſt, juxta prædictum Auctorem, *quadragies octies ſeptuagintà quinque millia*; juxta *Cæſ.l.*4 *Bell. Gall. vicies centena millia paſſuum*.

k *Auctor veſtri nom.* Imperatorum primus; ideoque imperialis nominis auctor Romanæ Reipublicæ Principibus.

l *Roman. primus*. De eodem *Suet. c.*25. *Aggreſſus eſt & Britannos ignotos antea*. Conſentit *Tacit. Primus Romanorum D. Iulius cum exercitu Britanniam ingreſſus*, &c. Suum in Britanniam tranſitum, & res geſtas deſcribit ipſe *Cæſar, de Bell. Gall.l.*4, & 5.

Na-

tus, ut non circumfusa Oceano, ſed complexa ipſum Oceanum videretur. Sedenim illâ ætate nec Britannia ullis erat ad navale bellum armata (a) navigiis, & Romana res, inde jam a (b) Puniris, Aſiatici ſque bellis, etiam recenti exercitata (c) Piratico, & propiore (d) Mithridatico, non magis terreſtri, quàm navali uſu vigebat. Ad hoc natio etiam tunc rudis, & ſoli Britanni (e) Pictis modò, & Hibernis aſſueta hoſtibus adhuc ſeminudis facilè Romanis armis ſigniſque ceſſerunt; prope ut hoc uno Cæſar gloriari in illâ expeditione debuerit, quòd navigaſſet Oceanum.

de, che non foſſe cinta già dall'Oceano, ma ch'ella circondaſſe lo ſteſſo. Nè aveano allora i Britanni navi da guerra; e le armi di Roma eſercitate nelle guerre co'Cartagineſi, cogli Aſiatici, di freſco cogli Corſali, e più da vicino con Mitridate aſſai valeano, non meno in terra, che in mare. Aggiungaſi, che rozzi ancora coloro, ed avvezzi ad aver per nimici ſolo i Pitti, e gl' Iberni pur mezzo ignudi preſto cedettero alle armi, e alle bandiere di Roma; ſicchè in quella ſpedizione dovè appena Ceſare vantarſi d'altro, che di aver navigato l'Oceano.

CAP. XII. *ISto verò nefario latrocinio abductâ primùm a fugiente (f) piratâ claſſe, quæ olim Gallias tuebatur, ædificatis præterea plurimis in noſtrum modum navibus, occupatâ legione Romanâ, interclusis aliquot peregrinorum militum cuneis, contractis ad dilectum mercatoribus Gallicanis, ſolicitatis per ſpolia ipſarum provinciarum non mediocribus copiis Barbarorum, atque his omnibus ad munia nautica flagitii illius auctoris magiſterio eruditis, exercitibus*

CAP. XII. MA in queſto ſcellerato aſſaſſinio, levata prima dal Corſale fuggitivo l'armata, che ſtava in difeſa delle Gallie, fabbricate poi molte navi alla maniera delle noſtre, preſa una legione Romana, intercette alcune ſquadre di ſoldati ſtranieri, arrolati i mercatanti delle Gallie, invitate cogli ſpogli delle provincie non poche truppe di Barbari; addiſciplinati poi tutti coſtoro nell'arte del mare dall'autore di quel misfatto; per l'altra parte ſendo i noſtri

a *Navigiis.* Quæ Britannis incognita. *Cæſar citat. l. 4: Navium figurâ, & remorum motu, & inuſitato genere tormentorum permoti i Barbari.*

b *Punicis, Aſiat.* Bella Punica tria. Primum cœptum A. V. C. circiter 490, duravit per annos 24. Secundum A. 534, per annos 18. Tertium A. 604. *quadriennio patratum eſt*, inquit *Flor. l. 2, cap. 15.* Inter Aſiatica bella Syriacum cum Antiocho, A. 561, & alterum cum Ariſtonico Pergamenorum Rege, A. 622 numerantur.

c *Piratico.* Adversùs Piratas Ciliciæ, A. V. C. 674.

d *Mithridatico.* Adversùs Mithridatem Regem Ponti, A. 663.

e *Pictis*, &c. Dictum de his *Panegyr. Maximiano Aug. dict. cap. 7.*

f *Piratâ.* Carauſio.

Im-

bus autem noſtris, licèt invictis virtute, tamen in re maritimâ novis, malam coaluiſſe ex indigniſſimo latrocinio belli molem audiebamus, licèt de exitu fideremus. Nam & acceſſerat diuturna ſceleris (a) *impunitas, quæ deſperatorum hominum inflarat audaciam, ut illam inclementiam maris, quæ victoriam noſtram fatali quadam neceſſitate diſtulerat, pro ſui terrore jactarent, nec conſilio intermiſſum eſſe bellum, ſed deſperatione omiſſum crederent; adeo ut jam, communis pœnâ timore depoſito, archipiratam* b) *ſatellesoccideret, & illud auctoramentum tanti* (c) *diſcriminis putaret imperium.*

ſtri eſerciti, ſebben di valore invincibile, in mare però nuovi, intendevamo, eſſerſi formata di un ladroneccio viliſſimo una macchina brutta di guerra, benchè del fine non ne temeſſimo. Aggiugneali ancora la lunga impunità di quella ſcelleratezza, onde ſi gonfiava l'orgoglio di que'diſperati, fino a millantare per effetto del terrore la dilazione della vittoria, cagionata per certo deſtino da quella tempeſta del mare; e a credere, non eſſerſi volontariamente già ſoſpeſa la guerra, ma per diſperazione tralaſciata: Ond'è che, depoſto il timor del gaſtigo, fu da uno ſcherano uccifo quel gran corſale; e ſtimato l'Imperio premio di sì gran colpa.

CAP. XIII. *Hoc igitur bellum, tam neceſſarium, tam difficile aditu, tam inveteratum, tam inſtructum ita, Cæſar, aggreſſus es, ut ſtatim atque illo infeſtum majeſtatis tuæ fulmen intenderas, confectum omnibus videretur. Nam primò omnium, (in quo præcipuè conſulendum fuit) nè quid Barbaræ nationes, converſo illuc numine tuo, novare tentarent, invocatâ* (d) *Patris tui majeſtate proviſſum*

CAP. XIII. IN una guerra dunque sì neceſſaria, sì difficile, sì fiera, sì ben condotta v'impegnaſte, ò Ceſare, in modo, che, dirizzato quivi ſubito il fulmine della maeſtà voſtra ſdegnata, pareva eſſa finita. Imperciocchè in primo luogo (il che era neceſſario procurar ſopratutto) faceſte con chiamar voſtro Padre argine ad ogni attentato, che aveſſero potuto fare i Barbari, Voi lontano. Voi ſteſſo

a *Impunitas.* Diuturnum etenim bellum geſſit Carauſius cum Maximiano Herculio, qui nec ipſum vincere potuit; quare & pacem eidem, & imperium totius inſulæ conceſſit. Auctor *Eutrop. l. 9.*

b *Satelles.* Allectus Carauſii familiaris, qui poſt ſeptennium ab uſurpatâ tyrannide Carauſium occidit, & Imperium invaſit; mox ipſe poſtea ab Aſclepiodoro Conſtantii Chlori Præfecto ſublatus.

c *Diſcriminis.* Sic legunt plerique. Plus tamen placet lectio *Livinii*, & aliorum reponentium *criminis*. Quæcunque tamen præferatur lectio, ſenſus admodum obſcurus mihi videtur, ſi vocibus ſtemus, prout ſonant.

d *Patris tui.* Maximiani Herculii, Patris non per naturam, ſed per adoptionem. Adnotavimus hoc dicendi genus plurimis in locis, & hac ipſa etiam Oratione, *cap. 1.*

Fren-

ſum eſt. Tu enim ipſe, tu, Domine Maximiane Imperator æterne, novo itineris compendio adventum divinitatis tuæ accelerare dignatus repente Rheno inſtitiſti; omnemque illum limitem non equeſtribus neque pedeſtribus copiis, ſed præſentia tua terrore tutatus es. Quantoslibet valebat exercitus Maximianus in ripâ. Tu verò, invicte Cæſar, inſtructis, armatiſque diverſis claſſibus ita hoſtem incertum, conſiliique inopem reddidiſti, ut tunc demique ſenſerit, quòd non munitus eſſet Oceano, ſed incluſus.

ſo sì, ò Maſſimiano Imperador eterno e Signor noſtro, degnando affrettar la divina vòſtra venuta, con un nuovo breviſſimo viaggio comparìſte d'improvviſo ſul Reno; ed aſſicuraſte que' confini tutti, non con ſoldati à piede o à cavallo, ma col terrore della voſtra preſenza. Valea per ogni eſercito Maſſimiano ſu quella riva. E Vo', invitto Ceſare, ben'alleſtiti diverſi corpi di armata, metteſte in tanto ſcompiglio e ſpavento i nimici, che allora infine ſi avvidero di eſſere dall' Oceano rinchiuſi, non già difeſi.

CAP. XIV. *Hoc loco venit in mentem mihi quàm delicata illorum Principum fuerit in adminiſtrandâ Republicâ, & adiſciſcendâ laude felicitas, quibus Romæ degentibus triumphi, & cognomina devictarum a Ducibus ſuis gentium proveniebant. Itaque (a) Fronto, Romanæ eloquentiæ non ſecundum, ſed alterum decus, cùm (b) belli in Britanniâ confecti laudem Antonino Principi daret, quamvis ille in ipſo Urbis Palatio reſidens gerendi ejus (c) mandaſſet auſpicium, veluti longæ navis gubernaculis præſidentem, totius velificationis & curſus gloriam meruiſſe teſtatus eſt. Ætenim tu, Cæſar invicte, omnis iſtius & navigationis, & belli,*

CAP. XIV. A Queſto paſſo mi ſovviene quanto ſi fu delicata nel governare la felicità di que' Principi, a' quali mentre ſtavanſi dentro a Roma ſi portavano i trionfi, ed i titoli de' popoli vinti da' lor Generali. Perciò Frontone, uno de' primi lumi della facondia Romana, lodando l'Imperadore Antonino di aver compiuta la guerra nella Brettagna, benchè ſedendoſi nello ſteſſo Palazzo di Roma ne aveſſe altrui appoggiato il comando, giurò, che deſſo avea meritata la gloria di tutta quella felice navigazione, come ſe foſſe ſtato egli al governo delle medeſime navi. Ma Voi, ò Ceſare invitto, in tutto quel viaggio, ed in tutta la guerra, non ſolo deſte gli ordini coll' au-

b *Fronto.* Cornelius Fronto. Meminere hujus *Dio Caſſ. l.* 8, & 15. *Capitol. in Anton. Macrob. Saturn. l.* 5, *c.* 1. Vide *Auſon. Paneg. cap.* 14.

c *Belli in Brit.* De hoc *Capitol. loc. cit.* Memoriam victoriæ ibidem ab Antonino relatæ exhibent ejuſdem Antonini Numiſmata, non uno etiam typo. Vide *Tab.* 5, *num.* 7, & 8.

a *Mandaſſet.* Calpurnio Agricolæ legato ſuo. Auctor *Capitol.*

Se-

non modò pro Imperii jure præceptor, ſed rebus ipſis, & exemplo conſtantiæ tuæ hortator atque impulſor fuiſti. Prior ſiquidem Geſoriacenſi littore, quamvis fervidum, invectus Oceanum, etiam illi exercitui tuo, quem (a) *Sequana in fluctus invexerat, irrevocabilem injeciſti mentis ardorem, adeò ut, cunctantibus adhuc Ducibus, cœlo & mari turbidis, ultro ſignum navigationis expoſceret, quadam minacia ſigna, quæ videbantur, contemneret, die pluvio vela faceret, ventum, quia directus non erat, captaret obliquum: Quis enim ſe quamlibèt iniquo mari non auderet credere* (b) *te navigante? Omnium, ut dicitur, accepto nuncio navigationis tuæ, una vox & hortatio fuit;* Quid dubitamus? Quid moramur? Ipſe jam ſolvit; jam provehitur; jam fortaſſe pervenit. Experiamur omnia; per quoſcunque fluctus eamus. Quid eſt, quod timere poſſimus? Cæſarem ſequimur.

autorità d'Imperadore, ma ſul fatto, e coll'eſempio della voſtra coſtanza eſortaſte, ſpronaſte. Poichè lanciatovi primo dal lido di Geſoriaco nell'Oceano, ſebben tempeſtoſo, infocaſte di ardore sì ineſtinguibile quel voſtro eſercito venuto al mar per la Senna, che, tardando ancora i Comandanti, ſendo il Cielo ed il mare in burraſca, dimandava il ſegno di navigare, ſpregiava certi minacciosi ſegnali, ſpiegava in dì piovoſo le vele, prendea il vento per fianco, perchè non ſoffiava alla poppa. E chi non avrebbe coraggio di porſi in mare, benchè in tempeſta, navigando Voi? Dicono che, inteſa la voſtra moſſa, gridaronſi tutti ad una voce l'uno all'altro: *Che dubitiam, che tardiamo? Deſſo partì; ſi avanza già; è forſe approdato. Cimentiamoci dunque; ſolchiamo queſti flutti quali ſi ſono. Di che poſſiamo temere? Andiam dietro a Ceſare.*

CAP. XV. *Nec fefellit opinio veſtra felicitatis; ſiquidem, ut ex ipſorum relatione comperimus, ad tempus ipſum tanta ſe dorſo maris nebula miſcuerunt, ut inimica claſſis apud* (c) *Vectam inſulam in ſpeculis atque inſidiis collocata, ignoranti-*

CAP. XV. NE' fallirono credendo alla voſtra felicità; imperciocchè calò allor'allora ſul mare, come deſſi ci diſſero, una nebbia sì folta, che ſenza ſaputa de' nimici oltrepaſſarono l'armata loro poſta in aguato appo l'iſola Vetta; perchè, ſeb-

a *Sequana*. Gallis la *Seyne*. Galliæ fluvius e Burgundiâ profluens: In Occaſum tendit, urbemque Pariſios mediam interluit, inde in Britannicum Oceanum latiſſimo decem milliarium alveo ſe ſe exonerat.

b *Te navigante*. Reſpexiſſe videtur ad illa Cæſaris apud *Lucan. l. 5*; *Sperne minas, inquit, pelagi, ventoque furenti Trade ſinum. Italiam ſi cœlo auctore recuſas, Me pete, &c. medias perrumpe procellas Tutèlâ ſecure meâ.*

c *Vectam*. Quæ & Vectis, & Victeſis dicta eſt antiquis, nunc *Vvicht* Gallis, *Gauuydh* Anglis; inſula Britannici Maris, ad Meridiem Angliæ proxima, ab eâque modico freto diſtans.

Nu-

tibus omnino hoſtibus , praterire-tur , nè vel moraretur impetum , quamvis non poſſet obſiſtere. Jam verò quòd idem ille veſtro auſpicio invictus exercitus , ſtatim atque Britannia littus invaſerat , univerſis navibus ſuis injecit ignes , quinam alii niſi Divinatis veſtra monitus impulerunt ? Aut qua alia ratio perſuaſit nullum præſidium fuga reſervare , nec vereri dubia bellorum , nec Martem , ut dicitur , putare communem , niſi quòd veſtri contemplatione conſtabat de victoriâ non poſſe dubitari ? Non illic tunc vires , non Romana robora , ſed veſtra (a) Numina cogitaverunt . Propoſito qualicunque prælio certam ſibi ſpondere fortunam non tam eſt fiducia militum , quàm felicitas Imperatorum . Ipſe ille autem (b) ſignifer nefaria factionis cur ab eo littore , quod tenebat , abſceſſit ; cur claſſem , portumque deſeruit , niſi quòd te , Cæſar invicte , cujus imminentia vela conſpexerat , timuit jam jamque venturum ? Utcunque cum Ducibuis tuis maluit experiri , quàm præſens majeſtatis tua fulmen excipere . Demens , qui neſciebat , quacunquè fugeret , ubique vim veſtra Divinitatis eſſe , ubi vultus veſtri , ubi ſigna colerentur .

ſebben ella non poteaſi opporre , nō foſſe però nemmen di ritardo. Che poi quell'eſercito ſteſſo, reſo invincibile dalla voſtra condotta, gittaſſe, toſtochè toccò i lidi della Brettagna, il fuoco in tutte le navi, chi lo ſpronò, ſe non un' avviſo della voſtra Divinità; o qual'altra ragione lo perſuaſe a non riſervarſi veruno ſcampo , a non temere i dubbioſi avvenimenti della guerra, nè credere, come dirſi ſuole , Marte comune, ſe non perchè in Voi riguardando ſapea di non poter dubitare della vittoria? Non ripensò quivi alle forze, non alla poſſanza di Roma, ma alle voſtre Divinità . Che ſi promettano una ſicura fortuna i ſoldati , propoſta qualunque battaglia , non è sì confidanza loro , come felicità de'Generali. E quel gonfaloniere della ſcellerata fazione perchè ſi partì dal ſuo lido ? Perchè abbandonò l' armata , ed il porto , ſe non perchè temea, che arrivaſte Voi, di cui già veduta avea vicine le vele? Volle tuttavia provarſi co'voſtri Capitani , anzi che laſciarſi colpir da vicino dal fulmine della voſtra maeſtà: Pazzo , che non ſapea , dovunque ſi foſſe fuggito , che ove adoravanſi il voſtro volto , le voſtre immagini, quivi ſtava la forza della voſtra Divinità .

CAP. XVI. *TE tamen ille fugiens incidit in tuorum manus ; a te victus , a tuis exercitibus oppreſſus eſt . Deni-*

CAP. XVI. MA nel fuggirſene cadde egli in mano de'voſtri, vinto da Voi, oppreſſo dal voſtro eſercito. Così per-

a *Numina*. Jovem, & Herculem.
b *Signifer*. Allectus, de quo ſupra cap. 12.

Pro-

nique adeò trepidus, & te post terga respiciens, & in modum amentis attonitus properavit ad mortem, ut nec explicarit aciem, nec omnes copias, quas trahebat, instruxerit, sed cum veteribus illis conjurationis auctoribus, & mercenariis cuneis Barbarorum tanti apparatus oblitus irruerit. Adeo, Cæsar, hoc etiam Reipublicæ tribuit vestra felicitas, ut nemo ferè Romanus occiderit, Imperio vincente Romano; omnes enim illos, ut audio, campos atque colles non nisi teterrimorum hostium corpora fusa texerunt. Illa barbara, aut imitatione barbariæ olim cultu vestis, & (a) prolixo crine rutilantia, tunc verò pulvere, & cruore fædata, & in diversos situs tracta, sicuti dolorem vulnerum fuerant secuta, jacuerunt; atque inter hos ipse vexillarius latrocinii, cultu illo, quem vivus violaverat, (b) sponte deposito, & vix uniùs velaminis repertus indicio. Adeo verum sibi dixerat morte vicinâ, ut interfectum se nollet agnosci.

perfine spasimante, vedendosi le vostre armi alle spalle, attonito si affrettò come pazzo per morire; onde, nè schierò l'esercito, nè tutta ordinò la sua gente; ma co'vecchi capi di quella congiura, con isquadre prezzolate di Barbari, dimentico del vostro grande apparecchio si gittò a precipizio. Tanto donò alla Repubblica, ò Cesare, la vostra felicità, che in una vittoria di Roma non morì quasi verun Romano; poichè, come intendo, non si coprirono i monti e le campagne, che de'cadaveri de'fieri nimici. Que' Barbari, o nelle vestimenta simili a'Barbari, con lunghe e bionde chiome, lordate allora di sangue e di polvere, restarono in varie guise sul suolo, come aveali condotti il dolore delle ferite; e fra questi lo stesso gonfaloniere del ladroneccio, senza quel manto, che avea profanato vivente, e ritrovato appena al segnale di una sopravvesta. Tanto vicino a morire avea indovinato vero, che ucciso non voleva essere conosciuto.

CAP. XVII. *Enimvero, Cæsar invicte, tanto Deorum immortalium tibi est addicta consensu victoria omnium quidem, quos adortus fueris, hostium, sed præcipuè internecio Francorum, ut illi quoque milites vestri, qui per errorem nebulosi (ut paulò antè dixi) maris abjuncti ad (c) oppidum Lon-*

CAP. XVII. VI concedettero per verità, o Cesare, con sì pieno consenso gl'Iddj immortali ogni vittoria sopra tutt'i nimici, che mai assalisse, e specialmente lo scempio de'Franchi, che que'vostri stessi soldati giunti alla sfilata a Londra dopo essersi smarriti per la mentovata neb-

a *Prolixo crine*. Sic de more in regionibus iis, quarum populi & longam, & pulchram excolere comam solent.

b *Sponte depos.* Antequam moreretur; vel antequam manum consereret.

c *Opp. Londin.* Britanniæ caput est, regiaque sedes, urbs amplissima; nobis *Londra*.

Londinenſe pervenerant quidquid ex mercenariâ illâ multitudine Barbarorum prælio ſuperfuerat, cùm direptâ civitate fugam capeſſere cogitarent, paſſim totâ urbe confecerint; & non ſolùm provincialibus veſtris in cæde hoſtium dederint ſalutem, ſed etiam in ſpectaculo voluptatem. O victoria multijuga, & innumerabilium triumphorum, qua Britannia reſtituta, qua gentes Francorum penitus exciſa, qua multis præterea gentibus in conjuratione illius ſceleris deprehenſis impoſita eſt neceſſitas obſequendi, denique ad perpetuam quietem maria purgata ſunt! Gloriare tu verò, Cæſar invicte, (a) alium te orbem terrarum reperiſſe, qui & Romanæ potentiæ (b) gloriam reſtituendo navalem addidiſti Imperio terris omnibus majus elementum. Confeciſti, inquam, bellum, Cæſar invicte, quod cunctis impendere provinciis videbatur, tamque latè vagari, & flagrare poterat, quàm latè omnis Oceanus, & Mediterranei ſinus adluunt.

nebbia del mare, tagliarono a pezzi per ogni parte della città quella ciurmaglia vendereccia de'Barbari avanzati alla battaglia, quando preſa la città ſteſſa diviſavano di fuggirſene; e diedero a'voſtri provinciali, non ſolo ſalvezza colla ſtrage de'nimici, ma godimento ancora con quello ſpettacolo. O vittoria di vittorie, e d'infiniti trionfi, con cui furono rimeſſe le Brettagne, ſpiantati tutti gli Franchi, molti popoli appreſſo, ſcoperti complici in quella ſcellerata congiura, ridotti all'ubbidienza, e liberati alla fine a quiete perpetua gli mari! Gloriatevi pure, Ceſare invitto, di avere trovato un'altro Mondo, perchè reſtituendo alle armi di Roma la gloria navale, aggiugneſte all' Imperio un'elemento maggiore di tutta la terra. Finiſte sì una guerra, che minacciava tutte le provincie; che potea ſpanderſi, ed attaccarſi per tutto il tratto, che bagnano il Mediterraneo, e l'Oceano.

CAP. XVIII. *NEque enim, ſi metu veſtri luës illa ſolis Britanniæ viſceribus intabuit, idcirco neſcimus quanto ſe aliàs furore jactaſſet, ſi fiduciam pervagandi, quà patebat, habuiſſet. Nullo ſiquidem certo fine montium, aut fluminum terminabatur, quem diſpoſita limitis cuſto-*

CAP. XVIII. CHe ſebben per tema di Voi ſi fermò quella peſte ſol nelle viſcere della Brettagna, ſappiam però quanto ſarebbeſi ſfogata altrove, ſe aveſſe avuto ardire di ſpargerſi dove aperto ſtavale il paſſo. Imperciocchè non aveavi confine di monti, o di fiumi difeſo

a *Alium te orb.* Potiori jure, quàm olim Jul. Cæſar. Vide dicta *cap.* 11.

b *Gloriam reſtit. nav.* An quòd J. Cæſaris claſſis primâ in Britanniam expeditione penè perierit? ut ipſe refert *de Bello Gall. l.* 4.

Sed

flodia tuerentur, (a) *sed ubique navis, licèt nobis virtutem felicitatemque vestram haberemus, magnis tamen terroribus immineb at; quà jacent maria; quà venti ferunt. Recursabat quippe in animos illa sub* (b) *Divo Probo, & paucorum* (c) *ex Francis captivorum incredibilis audacia, & indigna felicitas; qui a Ponto usque correptis navibus Graeciam Asiamque populati, nec impunè plerisque Libyae littoribus appulsi; ipsas postremò, navalibus quondam victoriis nobiles, ceperant Siracusas, & immenso itinere pervecti Oceanum, quà* (d) *terras irrupit, intraverant; atque ita eventu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piraticae desperationi, quò navigiis pateret accessus. Itaque hac victoriâ vestrâ non Britannia solùm servitute est liberata, sed omnibus nationibus securitas restituta; quae maritimo usu tantum in bellum adire periculi poterant, quantum in pace commodi consequuntur: Nunc secura est* (*ut de latere Gallico taceam*), *quamvis penè* (e) *conspicuis littoribus, Hispania; nunc Italia, nunc*

sa da presidj, che l'arrestassero; ma sopraſtava da ogni parte con gran minacce, benchè avessimo in nostra difesa la vostra felicità, ed il vostro valore; e molto si temeala dalla parte di mare, per dove poteano portarla i venti. Risovveniva al pensiero quell'ardire incredibile, e quella indegna felicità di pochi schiavi Franchi sotto il Divin Probo, che rubate alquante navi perfin nel Ponto, saccheggiate la Grecia e l'Asia, e colleggiati non senza danno tutt'i lidi dell'Africa, presero infine Siracusa, la sì rinomata per le vittorie navali, ed entrarono dopo un viaggio lunghissimo nell'Oceano per dove s'ingolfa fra terra; dimostrando colla fortuna di quel temerario cimento, non esservi passo chiuso alla disperazion de' corsali, ove si possa giugnervi colle navi. Perciò con questa vostra vittoria non solo si liberò la Brettagna dal vassallaggio, ma si rassicurarono tutte le nazioni, che potean correre in mare tanto rischio di guerra, quanto prò ne riportano in pace. Ora (per tacer della costa delle Gallie) sta sicura la Spagna, benchè

a *Sed ubique navis*. Sic omnes ferè legunt; at quid vox illa significet nemo dixerit. *M.S.D.Marci* legit *vanis*, non male. Si conjectura valeret sine librorum auctoritate, legerem, additâ unâ voculâ, *sed ubique, vanis licèt, cùm virtutem*, &c. *magnis tamen*, &c.

b *Divo Probo*. Imperatore, qui sumpsit Imperium A.C.276; Princeps severissimæ disciplinæ, & summæ virtutis in bellis; quare *Victor omnium Gentium Barbararum, & Tyrannorum* dictus est.

c *Ex Francis*. Eadem quasi numero *Zosim.l.1, sub fin.*

d *Terras irrup.* Fretum inter Hispaniam, & Africam innuit, nunc *Stretto di Gibilterra* nobis, per quod Oceanus ingreditur, magnumque sinum efformat Mediterraneum.

e *Penè conspicuis*, &c. *Nimis propinquam Britanniæ Hispaniam facit*, inquit, *Cellarius, sed ita etiam alii*. Vide apud eundem testimonia *Taciti, Agric.c.10*; & *Plinii Hist.l.4.c.16.*

nunc Africa, nunc omnes usque ad (a) Mæotidas paludes perpetuis curis vacant gentes. Nec ideirco minoribus gaudiis feruntur, dempto periculi metu, quòd experiundi necessitate caruerunt; sed hoc ipso & in administratione providentiæ vestræ, & infectione fortunæ impensiùs gratulantur, quòd tanta illa vis nautica rebellionis in vestigiis suis concidit: Atque ipsam Britanniam, quæ sedem tam diuturno scelerí præbuisset, constat victoriam (b) solâ sui restitutione sensisse vestram.

chè non molto lontana; orà la Italia, l'Africa, tutte finalmente le genti fino alla palude Meotide sono liberate per sempre d' ogni pensiero. Nè già men godon' ora, che sono senza timor di pericolo, perchè non ebbero necessità di provarlo; anzi vie più consolansi e dell'operato dalla vostra provvidenza, e della fortuna, che nulla fece, sendo rovinata in mare sopra se stessa quella sì gran macchina di fellonia. Si sa poscia che la stessa Brettagna, sedia di sì lunga scelleratezza, conobbe la vostra vittoria solo nel sentirsi rimessa.

CAP. XIX. *MEritò igitur, statim atque ad littus illud exoptatus olim vindex & liberator appuleras, obvius sese majestati tuæ triumphus effudit; exultantesque gaudio Britanni cum conjugibus, ac liberis obtulerunt, non te ipsum modò, quem ut Cælo delapsum intuebantur, sed etiam navis illius, quæ tuum Numen advexerat, vela, remigiaque venerantes, paratique te ingredientem (c) stratis sentire corporibus. Nec mirum si tanto gaudio ferebantur post (d) tot annorum miserrimam captivitatem, post violatas conjuges, post liberorum turpe*

CAP. XIX. TOstochè dunque vi approdaste suo liberator sospirato, giustamente vi corsero incontro in trionfo brillando di giubilo gli Britanni, e vi si presentarono colle mogli, e co' figliuoli, venerando non Voi solo, che guardavano come caduto dal Cielo, ma le vele ancora, ed i remi di quella nave, che aveavi condotto, pronti a distendere sotto di Voi i propri corpi quando entravate. E non è maraviglia che tanto gioissero dopo una schiavitudine infelice di tanti anni, dopo le violenze usate alle lor mogli, dopo l'infame servire de' loro figliuoli, fatti final-

men-

a *Mæotidas*. Usitatiùs singulari numero Mæotica palus dicitur, seu Mæotis, de qua jam dictum ad *Pan.* 3, *cap.* 16.

b *Solâ sui restit.* Non ex alio, quàm ex sui restitutione; hoc est, non ex damnis, quæ passa sit a victoribus, sed ex beneficiis quinimmo vestris, quibus est restituta.

c *Stratis sentire corp.* Obsequii signum hoc fuit olim & apud Cyprios, teste *Val. Max. l.* 9, *cap.* 1.

d *Tot annor.* Decem; nam per septem Carausius, per tres autem Allectus tyrannidem tenuere.

Vo-

pè ſervitium, tandem liberi, tandemque Romani, tandem (a) *verâ Imperii luce recreati. Siquidem præter illam clementiæ veſtræ pietatiſque famam, quæ communi gentium voce celebrabatur, in ipſo, Cæſar, tuo vultu videbant omnium ſigna virtutum; in fronte gravitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiæ, in ſermone juſtitiæ. Quæ ſingula ut reſpectantes agnoverant, lætitiæ clamoribus concinebant; vobis ſe, vobis liberos ſuos, veſtris liberis omnes generis ſui poſteros devovebant.*

mente liberi, fatti Romani, e conſolati dal vero ſole dell'Imperio. Poichè, oltre la fama della voſtra clemenza e pietà celebrate dalla bocca di tutto il mondo, vedeano ſul voſtro volto medeſimo i ſegni di ogni virtù; di gravità nella fronte, di dolcezza negli occhi, nel roſſore di modeſtia, di giuſtizia nelle parole; e riconoſciutigli nel guardarvi, alzavano grida di giubilo; ed offerivano ſe ſteſſi co'figliuoli a Voi, ed a'voſtri figliuoli tutt'i lor ſucceſſori.

CAP. XX. *NOs quidem certè, ò* (b) *perpetui parentes & domini generis humani, hoc a Diis immortalibus omni votorum nuncupatione depoſcimus, ut liberi nepoteſque noſtri, & ſi qua omnibus ſæculis erit duratura progenies, cum vobis, tum etiam his, quos educatis, atque educabitis, dedicentur: Quid enim melius poſteris noſtris optare poſſumus, quàm quo fruimur ipſi? Tenet uno pacis amplexu Romana Reſpublica quidquid variis temporum vicibus fuit aliquando Romanum; & illa, quæ ſæpe, veluti* (c) *nimiâ mole, defluxerat magnitudo, tandem ſolido cohæſit imperio. Nihil ex omni terrarum Cœlique regione non aut metu quietum eſt, aut armis domitum, aut*

CAP. XX. NOi certamente, eterni Padri e Signori degli uomini, dimandiamo con caldezza di voti agl'Iddj immortali, che i noſtri figliuoli, i nipoti, e ſe altra diſcendenza durerà per tutti i ſecoli, ſi conſacrino, come a Voi, così a quegli ancor, che allevate, ed allevarete. E che meglio a'noſtri poſteri poſſiam bramare di ciò, che godiamo noi ſteſſi? Abbraccia Roma con una ſola pace quanto fu già di Roma in varie mutazioni di tempo; e quella grandezza, che per ſoverchia mole eraſi rilaſſata più volte, ſi riunì alla fine in un governo ſaldiſſimo. Non v'ha coſa in Ciel' od in terra, che per tema non iſtiaſi in quiete, e non ſia, o doma dall'armi,

a *Verâ Imp. luce.* Veri Imperatoris vultu, & majeſtate; nam illi falſi Imperatores fuerunt.

b *Perpetui.* Agnomen hoc tunc temporis Imperatoribus uſitatum, ut legere eſt in Nummis, ſicut & illud Domini, quod mox ſubdit, ut in iiſdem cernitur, in quibus ferè omnibus viſuntur ante nomen ipſum Imperatoris literæ illæ *D. N.* quas Antiquarii interpretantur *Dominus Noſter.* Vide Tabellas ad *Paneg. XI, & XII.*

c *Nimiâ mole.* Dictum antea *Lucano l. 1, init. Summiſque negatum ſtare diu, nimioque gravem ſub pondere lapſus, Nec ſe Roma ferens;* & mox *In ſe magnarunt.*

aut pietate devinctum. Et ex aliis quidem partibus aliqua restant, quæ, si voluntas vel ratio rerum desiderent, possitis acquirere; ultra Oceanum verò quid erat præter Britanniam, quæ a vobis ita recuperata est, ut illæ quoque (a) nationes (b), terminis ejusdem insulæ coherentes, vestris nutibus obsequantur? Nulla progrediendi causa superest, nisi si (quod natura vetuit) fines ipsius quærantur Oceani. Omnia, inquam, invictissimi Principes, vestra sunt, quæ sunt digna vobis: Et inde est quòd consulere singulis æqualiter licet, cùm universa teneatis.

mi, o legata colla pietà. Resta bensì in altra parte qualche cosella, che, quando o per capriccio o per bisogno vogliate, potrete acquistare; ma di là dall'Oceano che altro eravi, se non la Brettagna, racquistata in guisa, che anche le nazioni a lei cõfinanti ubbidiscono a'vostri cenni? Non vi resta cagion di avanzarvi, se non voleste (ciò che vietò la natura) cercare il fine dell'Oceano medesimo. Sì sì, invittissimi Principi, quanto è degno di Voi tutto egli è vostro; ond'è che potete beneficare egualmente ciascheduno, perchè avete in vostra mano ogni cosa.

CAP. XXI. *ITaque, sicuti pridem tuo, Diocletiane Auguste, jussu supplevit deserta Thraciæ translatis incolis (c) Asia; sicut postea tuo, Maximiane Auguste, nutu (d) Nerviorum, & Treverorum arva jacentia latus postliminio restituus, & receptus in leges Francus excoluit, ita nunc per victorias tuas, Constanti Cæsar invicte, quidquid infrequens (e) Ambiano, & Bellovaco, & Tricassino solo, Lingonicoque restabat, (f) barbaro cul-*

CAP. XXI. PErciò, come testè al vostro comando, ò Diocleziano Augusto, riempiè l'Asia i diserti della Tracia, trasportandovi abitatori; come poi ad un vostro cenno, Massimiano Augusto, coltivarono lieti i Franchi, rimessi nelle prime lor sedie, e ricevuti all'ubbidienza le campagne vicine de'Nervi, e de' Treviri, così ora quanto restava di poco abitato nell'Ambiano, nel Bellovaco, nel Tricassino, nel Lingonico rifiorisce, mercè delle vostre

a *Nationes*. Quæ in Hibernià nempe illinc, hinc verò, quæ in extimis Germaniæ, Galliæque oris.

b *Terminis ejusdem inf.* Non igitur hìc Scotiam intelligit, ut adnotat P. *de la Baune*. Scotia enim non cohæret terminis Insulæ Britannicæ, sed in eàdem insulà est.

c *Asia*. In qua Diocletianus victorias retulerat de Persis.

d *Nerviorum, & Trev.* Nervii olim ubi nunc Hannoniæ Comitatus, vulgò *le Haynaut*, in Belgio. Treveri verò, ubi nunc quoque, retento vocabulo, ditio Trevirensis, & ubi etiam pars meridionalior Ducatus Luxemburgici.

e *Ambiano*. Ambiani populi ubi nunc Picardia Galliæ. Bellovaci ubi nunc *le Beauvaisis* in Insulà Franciæ. De Tricassis diximus ad *Paneg. 8, cap. 6.* De Lingonibus quoque ad *Paneg. 9, cap. 6.*

f *Barbaro*. Sic emendant plerique, cùm in aliis antea legeretur *Baro*. *Pithœus Advers. Subsec. l. 1. cap. 8*, legit *Vario*.

Civi-

cultore revireſcit. Quinetiamilla, cujus nomine mihi peculiariter gratulandum, devotiſſima vobis (a) *civitas Æduorum ex hac Britannicæ facultate victoriæ plurimos, quibus illa provincia redundabant,* (b) *accepit artifices; & nunc extructione veterum domorum, & refectione operum publicorum, & templorum inſtauratione conſurgit; nunc ſibi redditum vetus illud Romanæ fraternitatis nomen exiſtimat, cùm te rurſus habeat conditorem. Dixi, Cæſar, invicte, prope plura, quàm potui, ſed pauciora, quàm debui; ut juſtiſſima mihi cauſa ſit, propitio numine tuo, & nunc deſinendi, & ſæpe dicendi.*

ſtre vittorie, invitto Ceſare Coltãzo, in mano a' Barbari, che lo coltivano. Anzi la città ſteſſa degli Edui a Voi oſſequioſiſſima, per cui nome debbo ſpecialmente io rallegrarmi, ottenne per quella vittoria ſulla Brettagna molti artefici, onde abbondava quella provincia; ed in oggi colla rifabbrica delle antiche caſe, col rifacimento delle pubbliche opere, col riſtoramento de' templi riſorge; e crede veramente, di aver racquiſtato quel nome antico di ſorella di Roma, perchè Voi ſiete il ſuo nuovo fabbricatore. Hò detto, ò Ceſare, quaſi oltre il mio potere, men però di quanto io dovea; per aver tutta la ragione, mercè voſtra, e di finire adeſſo, e di parlare ben ſovente.

a *Civitas Æd.* Auguſtodunum, cujus nomine Panegyricus octavus dictus.
b *Accepit artif.* Meminit *Eumenius idem*, aut quiſquis eſt Auctor, tum eàdem Oratione, tum alterà *pro Schol. Inſtaur.*

Ad Pan: XI

CLAUDII *MAMERTINI Pro Conſulatu GRATIARUM ACTIO IULIANO AUGUTSO.

XI.

CAP.I. ET ſi ſcio te, *Imperator*, & *cunctos, qui conſilium tuum participant, poſſe mirari, quòd* (a) *nunc demum gratias agere exorſus ſum, quaſi beneficia in me tua caperint a Conſulatu, fatebor tamen, quòd ingenii, cujus me panitet, conſcius etiam nunc tacere voluiſſem, & prorumpens licèt hujus muneris gaudium intra arcana lætitiæ conſcientiam coercere. Sed ſive errorem noſtrum, ſive conſilium congeſta & coacervata in unum beneficia vicerunt, atque in id redegerunt neceſſitatis ambiguum, ut mihi.*

RINGRAZIAMENTO DI CLAUDIO MAMERTINO Per lo Conſolato A GIULIANO AUGUSTO.

XI.

CAP.I. SEbben'io sò, Imperadore, che Voi, e tutti coloro, i quali partecipano de'voſtri conſigli, ſtupir potete ſe incomincio ſol'ora finalmẽte a ringraziarvi, come ſe i benefizj, che mi faceſte, aveſſero avuto principio dal Conſolato, confeſſo però, che in conoſcere i miei fiacchi talenti, de'quali mi duole, avrei voluto tacere anche in oggi, e contenere ne' puri ſentimenti di un' allegrezza ſegreta il giubilo, benchè già sboccante, di queſto ufizio. Ma vinto dalla piena sì alta e ricolma de'benefizj queſto mio, ſieſi deſſo fallo o conſiglio, e ridotto io ad

uu

* *Mamertini*. Vide adnotata *initio Paneg. II.*

a *Nunc demum*. Ciùm tamen & antea beneficiis a te fuerim affectus.

In-

hi aut (a) *indiserti, aut* (b) *ingrati esset fama subeunda, malui eloquentiam potiùs, quàm pietatem erga te, officiumque meum desiderari. Et sanè in his honoribus, quibus me priùs honestaras, minor esse causa ad agendas gratias videbatur. Nam cùm me* (c) *Ærarium publicum curare voluisti, cùm quareres virum animi magni adversùs pecuniam, liberi adversùs offensas, constantis adversùs invidiam, me,* (d) *qui tibi viderer ejusmodi, dilegisti; idque eo tempore, quo exhausta provincia, partim* (e) *depradatione barbaricâ, partim non minùs exitialibus, quàm pudendis præsidentium rapinis, ultro opem Imperatoris exposcerent, milites sæpe anteactis temporibus ludo habiti, præsens stipendium flagitarent, quoquomodo videbar honorem onere pensare. At cùm me* (f) *Prætoriis præfecisti, & provincias de te egregiè meritas meæ fidei, tutelaque mandasti, ingens judicii tui fuit munus; sed in eo non mihi solùm, quem tantâ potestate succinxeras, verumetiam negotiis tuis commodasse aliquatenus videbare.*

un partito inevitabile di dover' essere, o poco grato, o poco eloquente, hò voluto anzi mancar di facondia, che di pietade, e di ossequio. E per dir vero delle cariche, con cui già mi onoraste, parea che vi fosse minor cagione di ringraziarvi. Poichè, volendo che maneggiassi il pubblico soldo, e cercando persona di animo grande col dinaro, libera contro chi siesi, costante alla invidia, scegleste me, che tal vi parea; e ciò quando le provincie impoverite, parte da' saccheggiamenti de Barbari, parte dalle ruberie non men dannose, che infami de' comandanti imploravano l'ajuto del Principe, e i soldati ne' tempi corsi bene spesso scherniti dimandavan le paghe correnti; onde pareva, che a certa guisa io cambiassi l'onore col peso. Il farmi poscia Prefetto del Pretorio, e il consegnare alla mia fede, e alla mia tutela provincie tanto benemerite, fu bensì egli un' approvazione di grande onore; parea nonpertanto che aveste giovato, non a me solo, guernito di autorità così alta, ma alle stesse vostre bisogne.

Por- Ma

a *Indiserti*. Loquendo.
b *Ingrati*. Tacendo.
c *Ærar. publ. curare*. Refert & *Ammian. Marcell. l.* 22, *c.*8; *Jovio Quæsturam*, &c. *Mamertino largitiones curandas*, &c. Curator autem Ærarii, qui & illustris Comes Sacrarum Largitionum dicebatur, totam pecuniam publicam administrabat, sub ipsoque erant cæteri pecuniæ dispensatores, ut tradit *Notit. Imp.* & fusiùs explicat *Pancirolus in eandem, cap.* 73.
d *Qui tibi vid.* Jactanter de se; contra quod stat *Ammian. l.* 27, *cap.* 7 referens, eundem ab Avitiano Ex-Vicario peculatus reum delatum fuisse.
e *Deprad. Barbar.* Tunc temporis enim Gallias universas ferè infestarunt Barbari, adversùs quos pugnavit Julianus, etiam dum adhuc Cæsar esset, ab Imperatore Constantio contra ipsos missus cum exercitu.
f *Prætoriis præf.* Præfectum Prætorio per Italiam, Africam, & Illyricum Mamertinum a Juliano factum refert *Amm. Marcell. l.* 21, *cap.* 5. De Præfecto Illyrici, qui ferme & Italiæ erat, vide *Pancirol. in Not. Imp. cap.* 23.

Con-

CAP. II. *POrrò in decernendo* (a) *Consulatu*, (b) *remotis utilitatibus tuis, rationem meæ solùm dignitatis habuisti. Nam in administrationibus labor honori adjungitur, in Consulatu honos sine labore suscipitur. In illis si lateris, cupidæ ambitionis esse videaris; in hoc nisi apertè & propalam lateris, ingratus sis. Huc accedit, quòd ipsa* (c) *hæc urbs, atque hoc augustissimum consilii publici* (d) *templum officium hujus orationis efflagitant. Hæc tibi* (e) *nominis novi, sed antiquissimæ nobilitatis civitas est* (f) *patria; hic primùm editus, hic quasi quoddam salutare humano generi sidus exortus. Hi cives & populares tui silere me non sinunt; nec patiuntur ut quisquam alius auspicatissimo die apud te, ac de te loquendi munus usurpet,* (g) *quàm is, qui amplissimo sit præditus magistratu. Pi-*

CAP. II. MA destinandomi il Consolato, tolto ogni vostro vantaggio, guardaste la sola mia dignità; poichè negli altri maneggi si aggiugne stento all'onore, nel Consolato si riporta onor senza stento. In quelli chi gode pare a certo modo ambizioso; in questo chi non gode, e ben anche apertamente, è uno ingrato. In oltre questa città medesima, e questo augustissimo tempio della pubblica mente ricercano questa orazione. Questa, nuova di nome, ma di nobiltade antichissima si è vostra patria; quì nasceste, quì spuntaste, quale stella salutevole, all'uman genere. Non mi lascian tacere questi vostri popolari, e cittadini; nè vogliono, che altri in giorno così felice prendasi l'assunto di parlare a Voi, e di Voi, se non chi stà nel più ragguardevole de' maestrati. Credono che alquanto aggiunga alla sfolgora-

tez-

a *Consulatu*. Factus est Consul Mamertinus unà cum Nevitâ natione Gotho. Anno C. 361, ipso statim primo scilicet Imperii ejusdem Juliani anno, ut colligitur ex *Fastis Siculis*, & *Capitolinis*. Ab hisce dissentit *D. Le Clerc*, qui ponit Mamertini Consulatum sub Anno 362.

b *Remotis utilit.* Videtur aliter sentire *Marcell. l.* 21, *cap.* 13, cujus verba; *Tunc, ut securitatem trepidis rebus afferret, & obedientium nutriret fiduciam, Mamertinum Præf. Prat. per Illyricum designavit Consulem*, &c.

c *Hæc Urbs*. Constantinopolis.

d *Templum*. Quem locum noster Templum appellat, Sacrarii sedem dixit *Ausonius. Pan. cap.* 29. Locum nempe, in quo, ut puto, auditiones publicæ, & alia hujusmodi habebantur, qui & Consistorium dicebatur: Unde, & Consistoriani dicti qui Principi consultanti, aut judicanti in Consistorio adstabant, quales erant ferme Præfectus Prat. Magister Palatii, Magister Officiorum, Comites, &c. ut adnotavit *Valesius* ad *l.* 15 *Amm. Marcell.*

e *Nominis novi*. Urbs enim illa Constantinopolis dicta fuit A. C. tantùm circiter 350, quo ipsam Constantinus M. restitutam dedicavit, sedemque Orientalium Imperatorum constituit. Antea *Ligos*, mox *Byzantium* dicta est a Byzâ antiquissimo ex Heroibus. Vide *Barthium*, ad *l.* 2 *Claudiani in Eutrop.*

f *Patria*. Memorat inter cæteros *Marcellinus l.* 22, *cap.* 9; *Natus enim illic diligebat eam ut genitalem patriam, & colebat.*

g *Quàm is, qui*, &c. Conveniunt hæc aliqualiter cum illis *Plinii*, *Pan. cap.* 11 *Qui mos cui potiùs, quàm Consuli*, &c.

Gal-

Putant aliquid adiicere ad ſplendorem laudum tuarum Conſulis nomen, & rectè putant; adiicitur enim laudum dignitati honor laudantis. Ac licèt maximè, Imperator, publico judicio & nomine agere tibi gratias debeam, tamen illa, quæ pro ſummâ re domi foriſque geſſiſti, nunc ex parte maximâ prætermittam, ut quantocius ad ea, quæ propria ſunt, perveniat oratio.

tezza delle voſtre lodi il nome di Conſolo, e con ragione lo credono; poichè ſi aggiugne alla dignità delle lodi l'onor di chi loda. Ora, Imperadore, ſebben debbo ringraziarvi a nome pubblico ſpecialmente, laſcierò però il più delle azioni fatte da Voi a prò dell' Imperio in città e fuori, per più preſto giugnere col diſcorſo a' particolari più propri.

CAP. III. *Nego nunc receptas virtute tuâ (a) Gallias, Barbariam omnem ſubactam pergam, quaſi nova & inaudita memorare, quæ in hac Romani Imperii parte glorioſiſſimâ ſint fama laude celebrata in tantum, ut (b) Fratris Imperatoris mererentur invidiam? Quid enim a te aliud conſortis Imperatoris alienavit animum, niſi (c) gloriæ tuæ ſplendor? Teſtor immortalem Deum, teſtor ad vicem Numinis mihi ſanctam conſcientiam meam, me multa conſtanter in hac urbe fuiſſe dicturum de his, quæ adversùs optimum Imperatorem*

CAP. III. DOvrò ora farmi a mentovare il racquiſto delle Gallie, l'aſſoggettamento di tutti i Barbari, come foſſero impreſe nuove, nè udite più, ſe in queſta sì glorioſa parte dell'Imperio di Roma celebrolle tanto la fama, che meritarono l'aſtio del voſtro Collega? E che altro da Voi ſtraniò il di lui animo, ſe non lo ſplendore della voſtra gloria? Chiamo in teſtimonio Idio immortale; chiamo la mia ſincera coſcienza, che tengo in luogo di un'Idio, che, ſe il Divino Coſtanzo viveſſe, avrei ben quì con molto calore aringato ſopra quan-

a *Gallias*. Has Julianus a Conſtantio Imp. miſsus cum exercitu, ut ſupra adnotatum, recuperavit, Barbaris omnibus profligatis. Teſtes *Aurel. Vict. Eutrop. l.* 10, *Marcellinus* non uno loco.

b *Fratris Imp.* Conſtantii nempe. Fratrem verò ideo dici quidam interpretantur, quòd patrueles eſsent Conſtantius, & Julianus, utpote duorum fratrum filii, hic Conſtantii, ille Conſtantini M. Alii quòd Julianus Helenam Conſtantii ſororem in uxorem duxerit. Ego potiùs fratres dici crediderim, quod Collegæ eſsent in Imperio; quod dicendi genus toties ſuperiorum Orationum auctoribus familiare adnotavi: Quod etiam ut ſeriò affirmem movent me, quæ ſequuntur verba *Conſortis Imperatoris*. Adde Nummum Juliani *Tab.* 5, *n.* 11, ubi legis *Victoriæ D. D. N. N.* hoc eſt Dominorum Noſtrorum, Conſtantii, ſcilicet & Juliani, quos vides pari poteſtatis vocabulo vocari.

c *Gloriæ tuæ ſplend.* Hæc in Juliani gratiam omnino prætendi dicerem, niſi & *Zoſimus* ferme conſentire videretur, quem vide *lib.* 3. Ex reliquis enim auctoribus Conſtantio quinimmo plerique favent. Sic *Amm. Marcell. l.* 21, *cap.* 13. Sic *Eutrop. lib.* 10, qui Julianum gloriæ avidiſſimum fuiſse ſcribit, ex eoque nonnumquam animi immodici.

Unà

rem inclementer, & impiè cogitata atque ſuſcepta ſunt, ſi etiam nunc hominum cœtus Divus Conſtantius frequentaret. Nunquam profectò liberi civis, & boni Senatoris officio defuiſſem, quominus redarguerem & convincerem, eas illi in te odii fuiſſe cauſas, quæ amoris inflammatrices, & fidei obſides eſſe debuerunt.

quanto ſi macchinò, e ſi eſequì con impietà, e con fierezza contra di un'ottimo Imperadore. Non avrei mancato al dovere di libero cittadino, e di buon Senatore, ſicchè non accuſaſſi, e non convinceſſi in lui per cagioni di rancore contro di Voi quelle, che eſſer dovettero motivi di affetto, e pegni di fedeltà.

CAP. IV. *FLorentiſſimas quondam, antiquiſſimaſque urbes Barbari poſſidebant: Gallorum illa celebrata nobilitas, aut ferro occiderat, aut immitibus addicta dominis ſerviebat. Porrò alia, quas a vaſtitate Barbaricâ terrarum intervalla diſtulerant, Judicum nomine a nefariis latronibus obtinebantur. Ingenua indignis cruciatibus corpora; nemo ab injuriâ liber, nemo intactus a contumeliâ, niſi qui crudelitatem prædonis pretio mitigaſſet, ut jam Barbari deſiderarentur, ut præoptaretur a miſeris fortuna captorum. In hoc ſtatu Imperator noſter Gallias nactus minimum habuit adverſùs hoſtem laboris atque diſcriminis* ((a) *unâ acie Germania univerſa deleta eſt, uno prælio debellatum*) *; ſed emendatio morum, judiciorumque correctio & difficile luctamen, & periculi plenum negotium fuit. Nam ut quiſque improbiſſimus erat, ita maximè Cæſaris rebus inimicus, vitandis legum pœnis de novo ſcelere remedia quærebat; & quia defendere admiſſa fla-*

CAP. IV. POſſedeano già i Barbari le città più fiorite, ed antiche; e la nobiltà de' Galli sì celebre era, o morta di ferro, o vaſſalla di fieri tiranni. Le altre poi, tolte dalla diſtanza alle deſolazioni de' Barbari, teneanſi occupate da ſcellerati aſſaſſini ſotto nome di Giudici. Erano indegnamente ſtraziate le membra nobili; niuno andava eſente da inſulti, ſalvo da offeſe, ſe non chi mitigava col ſoldo la ſpietatezza dell' aſſaſſino; onde gl' infelici ſi bramavano i Barbari, e ſoſpiravano la ſorte di ſchiavi. Ritrovate in queſto ſtato le Gallie, pruovò il noſtro Imperador poco ſtento, e poco pericolo contro il nimico (con un ſolo eſercito ſi debellò la Germania, una ſola battaglia coſtò la guerra); ma l'emenda de' coſtumi, la correzione delle menti fu un faticoſo contraſto, ed una impreſa di azardo. Ogni più malvagio, come il più contrario al partito di Ceſare, cercava da nuove ſcelleratezze i rimedj per iſcanſare i gaſtighi delle leggi; e non po-

ten-

a *Unâ acie*. Non unum quidem geſſit Julianus cum Barbaris bellum, ut vides apud *Ammian. l.* 16, 17, *&* 18: Sed memorabile illud, quod apud Argentoratum commiſit, quo innumeras Alamannorum copias fudit, capto etiam eorundem Rege. Referunt præter *Amm. citatum, Eutrop. l.* 10; *Zoſim. l.* 3.

Lau-

flagitia non poterat, in ultorem juris invidiam congerebat. Et cùm sancti Principis mores atque instituta falsarum opinionum, vituperationum licentiam submoverent, callido nocendi artificio accusatoriam diritatem (a) *laudum titulis peragebant, in omnibus conventiculis, quasi per benevolentiam, illa jactantes.* Julianus Alemaniam domuit; Julianus urbes Galliæ ex favillâ, & cineribus excitavit. Illæ provinciæ obsessæ, expugnatæ, ferro ignique vastatæ beatiores sunt his oppidis, quæ habet sine hoste Constantius. Æstates omnes in castris, hiemes in tribunalibus degit: Ita illi anni spatia divisa sunt, ut, aut Barbaros domitet, aut civibus jura restituat, perpetuum profectus aut contra hostem, aut contra vitia certamen.

tendo difendere le ribalderie già commesse, ammassava tutto l'astio contra chi sostenea la giustizia. Toltasi poi di mezzo da' costumi e dalle massime del santo Principe la sfrenatezza delle travolte opinioni, e maldicenze, praticavan costoro con accorto artificio di offendere la crudeltà delle accuse sotto titol di lode, spargendo in ogni circolo, come per benivolenza: *Giuliano domò l' Alemagna; Giuliano fè sorgere dalle ceneri le città della Gallia. Quelle Provincie assediate, vinte, messe a ferro e fuoco sono più felici di quelle, che possede senza nimici Costanzo. Passa egli le stati tutte in campagna, i verni su' tribunali; divisosi l'anno sì, che, o doma i Barbari, o rende giustizia a' cittadini, giurando continua guerra, o col nimico, e co' vizj.*

CAP. V. *HÆ voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores; si enim comminisci aliqua flagitia tentassent, facilè ipso splendore laudis & gloriæ refutarentur. Invenerunt accusandi genus, quod nullus refelleret. Sed quid (oro vos) Principem nostrum facere debuisse censetis? Romanas urbes hostibus dederet, nè animum Fratris offenderet? Provincias firmissimas, utilissimasque Reipublicæ sub obrutibus suis vexari ac diripi sineret, nè quid Augustus, quod nollet, audiret? Flagitiis administrantium non modò frenâ*

CAP. V. EBbero queste voci forza maggiore di ogni ontà per adizzare i rancori; che se avessero tentato neppur fiatare di qualche azione men degna, avrebbele confutate lo splendore medesimo della lode, e della gloria. Ritrovarono una maniera di accusare, che da niun potesse rimproverarsi. Or dimandovi; che far dovea il nostro Principe? Dar le città di Roma a' nimici, per non offendere l' animo del Collega? Lasciar' inquietar'e saccheggiare sotto a' suoi occhi le provincie più forti e migliori della Repubblica, perchè Augusto non

a *Laudum titulis.* Callido artificio, & aulicis familiari, at immani ac pravissimo: Unde dictum Tacito, *Agric. Pessimum inimicorum genus laudantes.*

Ado-

ha laxaret, sed etiam stimulator accenderet, nè inter Principes faceret morum dissimilitudo discordiam? Nobilem Etruriæ (a) adolescentem ferunt, cùm propter eximiam formæ dignitatem multarum in se faminarum amores excitaret, faciem suam ad oblitterandam pulchritudinem vulneribus sauciasse. Sed facile fuit juveni dignitati corporis decorem animi præponenti, & candorem decolorare, & oris nitorem altè impressis cicatricibus devenustare. Num aliquid hujusmodi adversùs amorem civium facere debuit Julianus? At ne potuit quidem. Nisi fortè existimamus patientes vulnerum formas esse virtutum. Scilicet & candorem æquitatis potuit obumbrare, & a temperantiâ purpuram sancti roboris abolere, (b) vicem fortitudinis indignis confodere vulneribus, eruere oculos providentiæ. Deinde nisi ille adolescens severam manum propriis vultibus intulisset, dies & mora, nec longa ætatis (c) successio omnem illum florem corporis peremisset. At in virtutibus Principis nostri quantò ætas prolixior, tantò pulchritudo præstantior.

non udisse cosa di suo spiacimento? Non solo rallentare il freno alle scelleratezze de' nimici, ma adizzarle anzi, perchè la dissomiglianza de' costumi non fomentasse discordia fra' Principi? Dicono che un nobil giovane della Toscana, di straordinaria bellezza, allettando colla medesima all'amor suo molte femmine, si ferì il volto per cancellarnela. Ma fu egli ben facile a un giovane, che stimava più della beltà del corpo l'onore dell'animo, lo scolorare la sua bianchezza, e lo sfregiarsi con profonde ferite la maestà della faccia. Dovè dunque fare anche Giuliano così contra l'affetto de' cittadini? Ma nemmen potè farlo: Se pure non istimassimo soggetto a ferite il bell'aspetto della virtù. Potè annerir forse il candore della equità, e levare alla temperanza la porpora di un santo rossore? Passare d'indegni colpi la fortezza? Cavare gli occhi alla prudenza? Poi se non si fosse sfigurato il volto colui, sarebbegli in brieve tempo, ed in non lungo corso di anni secco quel fiore. Ma nelle virtù del nostro Principe, quanto più lunga sarà la età, tanto sarà più nobile la bellezza.

CAP. VI. *Mitto cunctam Barbariam adversùs vindicem Romanæ libertatis in arma commotam, gentesque recens vi-*

CAP. VI. Lascio di parlare de' Barbari, che sollevaronsi uniti contro il vendicatore della libertà di Roma; e delle gen-

a *Adolescentem*. Spurinnam illum innuit, de quo *Val. Max. l. 4. cap. 5.*
b *Vicem*. Vox hæc Criticis suspecta. Legebat *Pithœus*, *Advers. Subsec. l. 1. c. 15. Vitem*, allusum ad Centurionum Vitem suspicatus. Aptior videtur *Lipsii* lectio ponentis *Cervicem*, *Epist. Quæst. l. 3, Epist. 24.*
c *Successio*. Legit *successione Acidalius*: Sed, cùm Librorum auctoritas desit, nihil mutem.

Si-

victas, & adversùs jugum nuper impositum cervice dubiâ contumaces, in redivivum furorem nefandis stimulis excitatas; quæ omnia obstinatam & immobilem Principis maximi tandem vicere patientiam. Itaque cùm in ipso molimine oppressisset Alemaniam rebellantem, qui paulò ante inaudita regionum, fluviorum, montium nomina exercitu victore peragraverat per ultima ferarum gentium regna, calcata regum capita supervolans, in medio Illyrici (a) sinus improvisus apparuit. Vidimus felices illius comites viæ stupentes, urbium populos dubitasse credere, quæ videbant. Non aliter consternatas arbitror gentes, quæ prolapsum Cœlo excepere (b) Palladium. Virgines, pueri, feminæ, tremula anus, titubantes senes non sine magno attoniti horrore cernebant Imperatorem longam viam sub gravium armorum onere currentem, properantis anhelitum sine sensu lassitudinis, crebriores sudorum rivos per fortia colla manantes, & inter illum pulveris, qui barbam & capillum onerarat, horrorem micantia sidereis ignibus lumina. Voces gaudentium oppresserat miraculi magnitudo. Cessabant officia laudandi plus quàm laudanda cernentibus.

genti vinte di fresco, che ancor caparbie a non pazientare stabilmente il giogo testè loro addossato con indegni sproni adizzaronsi alla rabbia di prima; motivi tutti, che vinsero finalmente la dura e salda tolleranza del nostro gran Principe. Oppressa dunque la ribellione dell'Alemagna ne' suoi stessi principj, quegli che avea poc'anzi girati coll'esercito vincitore paesi, fiumi, monti di nome incognito ne' regni delle genti più fiere, volando sulle teste calpestate de' Re, comparì d'improvviso in mezzo l'Illirico. Vedemmo trasecolare i felici compagni di quel viaggio; le genti delle cittadi non voler credere ciò, che vedeano. Non altrimenti, credo, si sgomentarono i popoli, che ricevettero primi il Palladio caduto dal Cielo. Guardavano le donzelle, i fanciulli, le femmine, le vecchierelle tremanti, i vecchi cadenti non senza racapricciarsi l'Imperadore, che in un viaggio sì lungo correa sotto le pesanti armature; il suo ansamento senza dimostrare però stanchezza; i molti rivoli del sudore, che per lo nerboruto collo grondavangli; gli occhi, che sfavillavano di un fuoco celeste fra quell'orrida polvere, ond'eran cariche la chioma e la barba. Avea soppresse le voci de' giubilanti la grandezza dello stupore. Cessavano negli spettatori gli atti del lodare più che i motivi del farlo.

Suf-

A spe-

a *Sinus*. Forte *sinu*, aut priùs legendum *medios*. Juliani iter per Illyricum refert *Amm. Marcell. l.* 21. *cap.* 9, &c.

b *Palladium*. Palladis simulachrum, quod, dum Ilus Ilium conderet, & Deos precaretur, ut signum quodpiam darent, e cœlo decidit. *Apollod. l.* 3. Vide plura apud *Nat. Com. Mythol. l.* 4. *cap.* 5.

Istrum

CAP. VII. *Sufficeret quidem ad expeditionem præsentium negotiorum sola properatio ; sed non sufficit Principi nostro Reipublicæ unâ ratione consulere . Multa pariter aggreditur pectus nullis unquam laboribus fatigatum . Ut uno eodemque tempore & componeret fidissimarum provinciarum statum , & Barbariam omnem , admoto propiùs terrore , perelleret , longissimo cursu (a) Istrum placuit navigari . Proh sancta Divinitas! Qua navigationis illius fuit pompa , cùm dexteriorem inclyti fluminis ripam utriusque sexus , omnium ordinum , armatorum atque inermium perpetuus ordo prætexeret , despiceretur ad lævam in miserabiles preces genu nixa Barbaria! Omnes urbes , quæ Danubium incolunt , aditæ ; omnium audita decreta , levati status , instauratæque fortunæ ; innumerabilibus Barbaris data venia , & munus pacis indultum . Qui properationem illam contemplabitur, nihil egisse , præter viam , Imperatorem putabit ; qui gestarum rerum multitudinem considerabit , properasse non credet.*

CAP. VIII. *O Facundiâ potens Græcia! Omnium tuorum Principum gesta in majus extollere sola potuisti , sola factorum glorias ad verborum copiam tetendisti ! Tu (b) navem unam propter aurati velleris furtum , & virginis raptum in Cœlum us-*

CAP. VII. Aspedire questi affari basterebbe il sol operar con prestezza; non basta però al nostro Principe il provvedere alla Repubblica in un sol modo. In più fatti s'impegna quel petto non mai stanco ad alcuna fatica. Per rassettare lo stato delle provincie fedeli, ed atterrire nel tempo stesso tutti i Barbari più da vicino , volle per tratto lunghissimo navigare il Danubio. Santo Idio ! Che maestosa navigazione si fu mai quella ! Copriano a destra tutta la riva del nobil fiume file continuate di gente di ogni sesso , di ogni ordine , armata e disarmata : Vedeansi a manca i Barbari compassionevolmente prostrati a supplicare . Visitaronsi tutte le città sul Danubio; si udirono le costituzioni di ognuna ; sollevaronsi le condizioni de' cittadini; ristabilironsi le lor fortune ; ad infiniti Barbari si perdonò , e si diè pace. Chi guarderà la prestezza crederà , che non abbia fatto l'Imperadore, se non il viaggio; e chi il numero delle operazioni , non crederà , ch'e'sies affrettato.

CAP. VIII. Faconda Grecia! Potesti innalzar tu sola le imprese di tutti i tuoi Suggetti, e sola ingrandire la gloria delle azioni coll'abbondanza delle paroie. Tu portasti fin sul Cielo, e consecrasti fra le stelle una nave , che rubò un vello d' oro ,

a *Istrum.* Qui & Danubius. Dictum de hoc ad *Pan. 3, cap. 16.*

b *Navem.* Argon, qua Jason, aliique Heroes, Argonautæ inde dicti, in Colchidem vecti ad aurei velleris furtum. Fabulam vide apud *Natal. Comit. 1, c. 8.*

usque sublatam (a) *sideribus consecrasti. Tu* (b) *puerum inventorem serendi,* (c) *draconum alitum curru volantem, semina in terras sparsisse jactasti. Quid tu, si ad scribendas celebrandasque res Principis nostri animum adjeceris, de Juliani* (d) *lembis liburnisque factura es, qua non modò nihil cuiquam adimunt, neque urbes hospitas populant, sed ultro omnibus populis immunitates, privilegia, pecunias largiuntur? Qua dignitate describes classem, per maximi fluminis tractum remis ventisque volitantem? Tum Principem nostrum altà puppe sublimem, non per cujuscemodi agros frumenta spargentem, sed Romanis oppidis bonas spes, libertatem, divitias dividentem; tum ex parte alterà in Barbaricum solum terrorem bellicum, trepidationes, fugas, formidines observentem?*

oro, e una vergine. Tu millantasti, che un giovane inventatore del seminare spargesse in terra le sementi, volando sopra un cocchio tirato da' draghi alati. Se ti facessi a scrivere, ed a cantare le imprese del nostro Principe, che direstì de' navigli di Giuliano, che non solo non rubano altrui, nè spopolan le città, che li accolgono, ma spontaneamente a tutti dispensano esenzioni, privilegj, dinari? Potresti descrivere degnamente l'armata, volante a vento e a remi per lo vasto tratto del fiume? Poscia il nostro Principe torreggiante sull'alta poppa, non in atto di sparger biade su' campi, ma di compartire alle città Romane buone speranze, libertà, ricchezze; e di seminare sulle terre de' Barbari dall'altra parte terrori di guerra, spasimi, scompigli, ribrezzi?

CAP. IX. *Jam quale illud fuit, quòd Istrum adhuc navigans beneficia tua usque ad* (e) *Adriam, Tyrrhenum, Maotidem porrigebas? Ipso enim tempo-*

CAP. IX. Che bell'azione si fu poi lo stendere, navigando il Danubio, i vostri benefizj perfino all'Adriatico, al Tirreno, alla Meotide? Poichè sol-

a *Sideribus.* Navem illam in Cœlum a Jove sublatam, stellisque ornatam Poetis dictum. *Manil. l.* 1; *Tum nobilis Argo In Cœlum subducta mari, quod prima cucurrit,* &c. *Servando Dea facta Deos.* Astronomi nomen adhuc retinent, & congeriem quandam stellarum ad navis modum dispositarum Argon vocant.

b *Puerum.* Triptolemum Celei Eleusiæ Regis, & Hyonæ filium, quem Ceres a se nutritum seminandi artem docuisse dicitur, ac per totum orbem misisse. *Virgil. Georg. l.* 1; *Unciique puer monstrator arandi.* Et *Rutil. Itin. lib.* 1, *v.* 94; *Et qui primus humo pressit aratra Puer.*

c *Draconum.* Curru etenim a Draconibus tracto vehi solitum finxere. Quare *Claud. l.* 1 *de Rap. Proserp. Angues Triptolemi stridunt,* &c.

d *Lembis, liburn.* Lembus, & Liburna fuere priscis expeditorum navigiorum genera; & de Liburnà quidem alibi dictum.

e *Adriam, Tyrrhen.* &c. Nota maria, quæ Italiam allunt; Adria quidem superiùs, Tyrrhenum autem inferiùs. De Maotide vide dicta *Pan. super. cap.* 18.

Equo-

pore relevati (a) *equorum pretiis enormibus Dalmatæ , Epirotæ* (b) *ad incitas intolerandi tributi mole depressi providentiâ , Imperator , tuâ non modò miserias exuerunt , sed amplam etiam atque opulentam revexerunt fortunam . Urbs* (c) *Nicopolis , quam Divus Augustus in monumentum Actiacæ victoriæ trophæi instar extruxerat , in ruinas lacrymabiles prope tota conciderat ; lacera nobilium domus , sine tectis fora , jam dudum aquarum ductibus fessundatis , plena cuncta squaloris , & pulveris .* (d) *Certamen ludicrum , lustris omnibus solitum frequentari , intermiserat temporis mœsti deforme justitium . Ipsa illa bonarum artium magistra & inventrices* (e) *Athenæ omnem cultum publicè privatimque perdidérant ; in miserandam ruinam concide-*

rat

sollevandosi la Dalmatia dalla smodata spesa de'Cavalli, e l'Epiro già ridotto allo stremo dal peso di un'intollerabil tributo, non solo si sgravarono delle miserie , vostra mercè , ò Imperadore , ma riportarono ancora un'ampia , e ricca fortuna . Nicopoli fabbricata, come un trofeo, dal Divino Augusto in memoria della vittoria di Azio , era quasi tutta in uno sterminio compassionevole; lacerate le case de'nobili, senza palagi le piazze , rovinati gli acquidotti , tutto pieno di squallidezza , e di polvere . Eransi tralasciati anche i Giuochi , che soleansi celebrare con tanto concorso ogni lustro, per l'orrido stato di quel tempo infelice . Atene stessa , ritrovatrice e maestra delle buone arti, avea perduto ogni pubblico e privato ornamento ; Eleusi era miseramente in ro-

a *Equorum pret. enorm.* Legimus in *Ammiano, l.* 25, *cap.* 4, multa vectigalia a Juliano remissa civitatibus fuisse. Dalmatas equorum pretiis enormibus levatos laudat hic Noster, quod beneficium iisdem a Juliano præstitum simile illi puto, quod exhibet celebris ille Nervæ Numnius, quem vide *Tab.* 5, *n.* 10, cum epigraphe, *Vehiculatione Italiæ remissâ* . Cùm enim per Italiam , cæteraque provincias disposita essent animalia, & vehicula in usus publicos, & nonnunquam privatos sumptibus earundem provinciarum , Nerva onus hoc Italiæ remisit , quod & a Juliano Dalmatiæ remissum ex Nostri verbis probabile est. Pluribus res esset illustranda ; sed, cùm disertissimè materiam hanc *Illustr. Spanhemius, Dissert.* 9. *De præst. & usu Numism.* pertractarit, ad ejusdem præclarum opus Lectorem remitto, cùm nihil melius a me proferri posse certò sciam .

b *Ad incitas* . Metaphora ducta a Ludo Calculorum , *in quo unus certus calculus, quem Regillum vocant, in suâ lineâ immotus asservatur, neque inde movetur, nisi in extremo discrimine . Cùm ergo significatur aliquis adductus in summas angustias , tunc dicitur redactus ad incitas : Nam incitæ lineæ sunt , unde cieri calculi non possunt* . Hæc P. *de la Baune* ex *Erasmo* . Locum pluribus illustrat *Levinejus* , quem tis consule :

c *Nicopolis* . Urbs Epiri ad Ambracium sinum , nunc *la Preveſa* . Ab Augusto , teste *Suet. cap.* 18, condita est , *quò Actiacæ victoriæ memoria celebratior imposterum esset* .

d *Certamen lud.* Ab eodem Augusto ibi institutum, teste *Suet. loc. cit.* cujus verba : *Ludosque ibi quinquennales constituit* .

e *Athenæ* . Nota urbs Græciæ in provinciâ Atticâ, nunc *Setine* .

rat (a) *Eleusina*. *Sed universas urbes ope Imperatoris refotas enumerare perlongum est: Scire satis est, cunctis Macedonia, Illyrici, Peloponnesi civitates unis aut binis epistolis maximi Imperatoris repentinam indutisse novatis moenibus juventutem; aquas omnibus locis scatere; quæ paulo ante arida, & siti anhelantia visebantur, ea nunc perlui, mundari, madere; fora, deambulacra, gymnasia lætis & gaudentibus populis frequentari; dies festos & celebrari veteres, & novos in honorem Principis consecrari.*

rovina. Ma troppo egli è lungo il noverare ogni città, sollevata dal nostro Principe. Basta il sapere che tutte quelle della Macedonia, dell' Illirico, del Peloponneso, dopo una o due lettere del grande Imperadore, rinnovate di mura si rivestirono di una giovanezza improvvisa. Scorre l'acqua per ogni luogo; ciò che arso ed assetato era prima, ora è bagnato, mondo, delizioso; le piazze, le logge, le scuole si frequentano da' lieti popoli; si celebrano le antiche solennità, ed in onore del Principe altre nuove se ne consacrano.

CAP. X. *Si quis mortalium in cœlestem speculam nube sublatus paulò ante vidisset mœsta omnia, semiruta oppida, desolata mœnia, ab indigenis solitudinem, exulum turbam, is si nunc in illud idem editum regionatur, ac despiciat cuncta lætantia, agros consitos, urbes frequentes, (a) aquas oppidis influentes, magnifico cultu non privatas ædes, sed publica tecta surgentia, dites pro terrarum ingeniis messibus segetes, vincentes agricolarum vota vindemias, arduos colles, profundasque valles, & lata camporum balatu, hinnitu, mugitibus persona, profectò mirabitur tam brevi cuncta mutata; desiliet e nubibus, & vicinam Cœli cupidè derelinquet, ut*

CAP. X. Se alcuno alzato sopra una nuvola ad una qualche vetta del Cielo veduto avesse poco anzi ogni cosa in gramezza; castella mezzo dirocate, mura disfatte, con dentro più stranieri, che cittadini; ed ora di nuovo lassù riposto ogni cosa vedesse allegra, campi ben coltivati, città popolate, scorrer le acque per le castella, torreggiare con magnifici abbellimenti non le sole case private, ma le pubbliche fabbriche, abbondar le ricolte a misura della qualità del terreno, superar le vendemmie le brame degli agricoltori, risonare alle voci delle pecore, de' cavalli, de buoi i poggi, le valli, i piani, maravigliato dalle nuvole sbalzerebbe, e di buõ grado lascierebbe il Cielo

lo

a *Eleusina*. Eleusis etiam, & *Lepsina* aliis dicta: Urbs ejusdem Atticæ ad oram maritimam, non longe ab Athenis, priscis admodum celebrata ob Cereris Templum, & Sacra.

b *Aquas opp.* Optimum hoc urbibus semper reputatum; unde *Virgil. Georg. l. 2*, Italiæ laudes recensens cecinit; *Fluminaque antiquis subterlabentia muros.*

Ma-

ut ejus, Imperator, terris fruatur. Illud verò cujus miraculi est, neminem illum in tanto rerum apparatu sensisse dispendium, in omnia pecuniam ab Imperatore depromi, & quoddam, versâ vice, provinciis pendi tributum; illinc ad universos fluere divitias, quò priùs undique confluebant; ut in maximâ quæstione sit a quo accipias, Imperator, qui sic omnibus largiaris? Sed qui vitæ tuæ institutæ rationemque cognoverit, facilè fontem copiæ hujus inveniet. (a) *Maximum tibi præbet parsimonia tua, Auguste, vectigal: Quidquid enim alii in prodigas cupiditates prodigebant, id omne nunc in usus publicos reservatur.*

lo vicino per godere, ò Imperadore, la vostra terra. Gran miracolo poi si è, che in sì grande apparecchio di cose niuno abbia sentita spesa; che l'Imperadore sborsi tutto il danajo; e, cambiato ufizio, si paghi da lui alle provincie un certo tributo, riversandosi a prò di tutti le ricchezze di là, ove prima correvano da ogni parte. Ond'è, che quistionàsi molto, da chi, ò Imperadore, Voi riceviate, donando tanto ad ognuno. Ma chi conoscerà le misure, e la condotta del vostro vivere troverà certamente la fonte di questa abbondanza. Assai, ò Augusto, vi rende la parsimonia; imperciocchè quanto scialacquavano gli altri per compiacére alle proprie voglie, adesso ad uso pubblico si riserva.

CAP. XI. *Hucusque solus hic fructus Imperii putabatur, ut Imperator a ceteris civibus non fortibus factis, nec splendore gloriæ, sed magnitudine sumptuum separaretur. Inde nihil necessariæ* (b) *substructionum in ædibus moles, ingentes aulicorum caterva legionum sumptum facilè vincebant. Quinetiam* (c) *prandiorum, & cænarum laboratas magnitudines Romanus Populus sentiebat, cùm quæsitissimæ dapes non gu-*

CAP. XI. Fù creduto finora l'unico frutto dell'Imperio il distinguersi l'Imperadore da' cittadini, non nelle azioni di fortezza, o nello splendor della gloria, ma nelle spese smodate. Quindi le inutili fabbriche nelle case, le compagnie numerose de' cortigiani più costavano delle legioni. Risentivasi anzi il Popol di Roma della studiata magnificenza de' pranzi, e delle cene, per cui si pregiavano le vi-

a *Maximum*, &c. Pulchrè transit ad laudandam Juliani frugalitatem, quam describit etiam *Amm. Marcell. l. 25, cap. 4.*

b *Substructionum*. Ædificiorum internorum, puta Porticuum, Balinearum, Cœnaculorum, &c. qualia refert *Sueton. in Ner. cap. 31.* De ejusdem aurea Domo, deque alterâ Caii Imp. *Plin. l. 36, c. 15.*

c *Prand. & cænar.* Imperatorum luxus in mensis notissimus omnibus. De Nerone *Suet. cap. 27.* De Domitiano *Juvenal. Sat. 4.* Immane Lucii Veri convivium pete e *Capitolino*.

gustu , sed difficultatibus æstimarentur ; miracula avium , longinqui maris pisces , alieni temporis poma , æstivæ nives , hibernæ roſæ . Hæc cuncta animus voluptatum omnium victor abjecit ; neque enim comparanda sunt picturatæ marmorum crustæ , & solido auro tecta laquearia , qui majorem anni partem in nudâ humo cubet , & cœlo tantùm tegatur ; neque turba institutorum ad delicias ministrorum , cui tam pauca sint ministranda ; neque tempus epularum ei , qui sæpius stativum prandium ad necessitatem humani corporis capiat , gaudens castrensi cibo , (a) ministro obvio , & poculo fortuito .

vivande dalla difficoltà , non dal gusto;uccelli di miracolo,pesci di mar lontano, frutta fuor di stagione , nevi di state , fiori di verno. Riggettò questo lusso l'animo vincitore di ogni piacere;che non fanno per chi dorme il più dell' anno sul terren nudo, coperto solo dal Cielo le dipinte incrostature de'marmi , e le volte dorate; nè per chi vuole sì pochi agi le squadre di ministri addisciplinati al diletto;nè un'ora fissa di cibo per chi prende il più delle volte in piedi sol quanto basta per lo mantenimento del corpo , pago di un mangiare da soldato, di ogni ministro , che gli si affacci , di ogni bicchiere, che gli si presenti.

CAP. XII. *Sed inter hæc mirari satis nequeo, quòd tam severè partus in semet , in cives suos liberalis est ac remissus , laborum asperrima sibi sumens , ut nos quietis rebus agitemus ; cùm id usu venire animadvertamus , ut qui remotam a voluptatibus vitam sequantur , difficiles & morosi sint , sibi parum læti , sed aliis tristiores mœstas atque solicitas etiam privatas domos faciant . At sanctissimus Imperator impensè studet , ut nos pro dignitate habitemus , ut commodis affluamus , ut castam quidem , sed hilarem ducamus ætatem ; cùm alios Principes labor truces , remissos desidia reddiderit , sem-*

CAP.XII. MA non posso ammirare bastevolmente, che desso seco sì aspro sia così liberal' e soave co'suoi cittadini , addossandosi egli le fatiche più gravi, perchè a noi rettino gli affari più facili ; quando veggiamo tutto giorno avvenire,che chi vive lontano da'piaceri si è di natura austera e difficile , e poco gioviale con se,ma più accigliato cogli altri mette in mestizia , ed in affanno le case stesse private. Ma il nostro Imperador clementissimo vuole del tutto,che abitiam con decoro , che abbondiamo di comodi , che meniamo una vita bensì casta, ma lieta;riusciti gli altri Principi nella fatica crudeli , effeminati nell'ozio ; e man-

(a) *Ministro* . Nescio undenam in mentem venerit *Aeldallo* legendi potiùs *Castro*, ieu *Catino*.

Co

semperque seriis Imperatoribus gratia, (a) *communibus defuerit industria; neque quisquam sibi molestus ita se facilem ceteris præbuit, ut non ad suum exemplum alios coerceret. Noster Imperator nihil sibi venia, nihil ceteris molestiæ ac laboris impartiens suo negotio omnibus otium præstat, divitiarum largitor, curarum avarus, laboriosissima negotiorum præoptans ipse agere, quàm aliis imperare.*

mancata sempre agl' Imperadori contegnosi la cortesia, a troppo famigliari la buona condotta; nè alcuno mai severo con se medesimo fu cogli altri così trattabile, che non li riducesse a seguitare il suo esempio. Il nostro Imperadore mai non perdonando a se stesso, nè altri aggravando d'impaccio o di fatica, col suo operare ci dà la quiete; dispensator di ricchezze, ritenuto nell' annojare vuol trattar'anzi egli stesso gli affari più malagevoli, che altrui addossarli.

CAP. XIII. *Multi post exactos Reges imperium universæ Reipublicæ solitarium cupierunt. Nota sunt recordantibus nomina eorum, videlicet qui in propria furentes affectati regni supplicia pependerunt. Mitto veteres, qui* (b) *saxo præcipites dati, quorum bona publicata,* (c) *domus erutæ,* (d) *interdicta posteris nomina; non paucos hujusmodi furore vecordes & nostra ætas tulit, qui propter cæcam imperandi cupiditem in ferrum ruerunt. Si hos Deus paulisper vitæ redditos alloquatur;* Heus (*verbi gratia*)

CAP. XIII. Dopo scacciati i Re bramaron molti di comandar soli nella Repubblica. Sono palesi i nomi di coloro, che imperversando contra la stessa lor patria, pagaron la pena di avere affettata la monarchia. Lascio gli antichi, che precipitaronsi da una balza, cui si confiscarono i beni, si spiantaron le case, si levarono i nomi dalla memoria de' posteri; n' ebbe anche la nostra etade non pochi, invasati di simile smania, che per cieca sfrenata voglia di regnare incontraron le scuri. Se interrogasse Idio un di costoro, risorto in vita per brieve tempo; *Olà* (per cagione di

a *Communibus*. Livinejo placet *Cemibus*, quod non æquè probo.

b *Saxo præcip.* M. Manlium innuit, quem Populus Rom. *altiùs se, & incivilius efferentem ab illâ, quam defenderat, arce dejecit*, ut ait *Flor. l.* 1, *c. ult.*

c *Domus erutæ.* Alludit, puto, ad Val. Poplicolam, qui in suspicionem affectati regni venit, quòd domum in arcis modum habere. in summâ Veliâ; ideò *eminentes ædes suas in planam submisit*. Idem *lib.* 1, *cap.* 9. *Juretus* legit *diruta*; sed melior sanè vulgata lectio.

d *Interdicta.* Ut in odium M. Manlii; cautum est enim teste *Liv.* nè quis e gente Manliâ Marcus diceretur.

tia) (a) Nepotiane , atque Silvane ; per infestos gladios , præsentesque mortes Imperium petiistis ; at nunc ultrò vobis potestas regnandi datur , ut eâ , qua Julianus , conditione regneti ; ut pro omnium otio die noctuque vigiletis , & cùm domini vocemini , libertati civium serviatis ; sæpius prælium , quàm prandium capessatis ; nihil cuiquam auferatis , & ultro omnibus largiamini ; nulli gratificemini , in neminem sæviatis ; toto in orbe terrarum nullius virginis fama violetur ; sit lectulus etiam (b) sine concessis & legitimis voluptatibus (c) Vestalium toris purior ; æstate Alamanicum pulverem , hieme pruinam Thraciæ intectis verticibus perferatis: *Profectò verborum ipsorum molestiam delicatæ aures non poterunt sustinere : Tantis negotiis territi non modò Imperium , sed etiam vitam perósi , ad inferiores aliquos Inferos redire properabunt . Videbunt enim justum Principatum laboribus , curis , vigiliis inquietum , cujus illi faciem amœnam & amabilem contemplantes laborum aspera non videbant .*

di esempio) *Nepoziano , e Silvano ; per mezzo le spade minacciose , e colla morte alla gola tentaste di acquistare l'Imperio ; or vi si permette il regnare , purchè regniate come Giuliano : Per la quiete di tutti vegliar giorno e notte , e signori solo nel nome esser schiavi della libertà de'cittadini ; porsi più sovente in battaglia , che a pranzo ; niente rubare ad alcuno , e spontaneamente donare a tutti ; non essere parziale con chi si sia , nè imperversare contro nessuno . Non si macchi per tutto il mondo l'onore di alcuna vergine ; sia il vostro letto senza piaceri anche permessi e legittimi , più casto di quelli delle Vestali ; abbiate a tollerare a capo scoperto nella state le polveri dell'Alemagna , nel verno i freddi della Tracia:* Non potranno certamente sofferire le orecchie lor delicate nemmeno l'increscimento dell'ascoltare; spaventati da tanti impacci , odiando non l'Imperio sol, ma la vita, si affretteranno per tornarsene a qualche abisso più basso. Vedranno essere sempre in istenti, in pensieri, in veglie un vero Principato; in cui contemplando dessi ciò solo , che pare amabile e dilettoso , non distingueano l'asprezza delle fatiche.

Cum Arri-

a *Nepotiane, atque Silv.* Ille Constantini M. ex Eutropiâ sorore nepos, occiso Constantio, Romæ se dixit Augustum ; at post dies 28 obtruncatus est ab Heraclidâ Magnentii tyranni asseclâ. Testes *Victor, Eutrop. l.* 10, *Orosius l.* 7, *cap.* 29. Hic Bonicio natus, Francus genere, ab eodem Constantio contra Germanos missus, Coloniæ tyrannidem arripuit ; mense autem Imperii primo a suis militibus occisus est. *Auctores cit.* & *Amm. Marcell. lib.* 15, *cap.* 5.

b *Sine concess.* &c. Sic emendavi auctoritate *Francisci Modii, Nov-antiquæ Lect. Epist.* 25, cùm legeretur antea *sine inconcessis, sed legitimis.*

c *Vestalium.* Virgines erant hæ Romæ castissimæ, quibus commissus erat ignis æternus Deæ Vestæ, a Numâ primùm institutæ . Plura de ipsis *Plutarch. in Numâ.*

Afri-

CAP. XIV. *CUm igitur inter egregia negotia itinere confecto usque ad Thraciæ fines perventum foret, cursim dispositio exercitus commeatu, ad Romanam urbem annonæ vacuam mentem reflexit. Quemlibet alium a subveniendi conatibus gravissima fames, & tristissimum Reipublicæ periculum deterruisset. Sed stipendiis provinciarum, & patrimonii sui fructibus, tum undique frumentis coemptis usque ad opulentiam abundantiamque esurientem jam Urbem refersit. Dicet aliquis;* Quomodo tam multa tam brevi tempore, & rectè? *Sed Imperator noster addit ad tempus, quod otio suo detrahit. Nihil somno, nihil epulis, nihil otio tribuit; ipsè se naturalium necessariarumque rerum usurpatione defraudat; totus commodis publicis vacat. Itaque grandævum jam Imperium videbitur his, qui non ratione dierum aut mensium, sed operum multitudine, & effectarum rerum modo Juliani tempora metientur. Cùm Romani Populi victus, & exercitus commeatus esset in navibus, in mediâ expediendæ annonæ trepidatione nuncius venit, plurimas naves (a) Africano tritico graves, littus (b) Achaicum prætervectas, Constantinopolim pervolasse. Permoti omnes, & adversùs eos, (c) qui oram*

CAP. XIV. ARrivato dunque a' confini della Tracia dopo un viaggio di sì nobili affari, preparati in brieve i foraggi per l' esercito, rivoltò il pensiero a Roma, che penuriava di viveri. Avrebbe atterito ciascuno dal tentarne il soccorso la fame gravissima, ed il pubblico grande pericolo. Ma co' tributi delle provincie, colle rendite del suo patrimonio, e colle biade comperate per ogni parte ricolmò egli l'affamata città per fino ad una piena abbondanza. Dirà qualcheduno; *Come potè far tanto, e bene in tempo sì brieve?* Ma il nostro Imperadore aggiugne al tempo quanto di ozio toglie a se stesso; in dormire, in mangiare, in ozio non ne consuma; si leva la natural', e necessaria misura; stà tutto attento agli altrui comodi. Sembrerà perciò lungo di Giuliano l'Imperio a chi non co' giorni o co' mesi, ma colle molte opere misureranne il suo tempo. Mentre si stavano sulle navi i viveri del Roman Popolo, ed i foraggi dell' esercito, in mezzo la smania del provvedere la vittuaglia, venne avviso, che molti legni carichi di frumenti dall'Africa, passate le coste dell'Acaja, eran volati a Costantinopoli. Commossi tutti, e sdegnati contro chi guardava le

spiag-

a *Africano*. Ex Ægypto. Dictum ad *Plin. Pan. cap.* 31.

b *Achaicum*. Græciæ; nec enim puto Achajæ nomen strictè sumi pro Achajâ regione, sed pro totâ Græciâ, quæ etiam Achaja dicta.

c *Qui oram*, &c. Cùm ex Ægypto Romam frumenta advehebantur, ut dictum jam ad locum citatum *Plinii*, quò citiùs pervenirent, nec tempestatibus retardarentur, Imperator Commodus, teste *Lampridio*, Classem instituit Commodianam Herculeam dictam, quæ annonam transferret. Ab aliis mox etiam Imperatoribus hujus translationis securitati provisum, dispositis navigiis. Facilè nunc intelligis qui fuerint ii, *qui oram maritimam tuebantur*.

Ju-

oram maritimam tuebantur, irati venimus ad Principem; desidiâ (a) *Judicum tantum periisse frumenti certatim pro se quisque conquerimur. At maximus Imperator serenum renidens, nihil esse peccatum, non sibi periisse, qua ad hanc urbem frumenta venissent. Nos vocem illam noti amoris in patriam putabamus, cùm proditionem futuri verborum ambago celaret; jam tum enim ventura felicitatis eventum conscius divini animus providebat.*

spiagge, comparimmo dinanzi al Principe, lagnandoci a gara, che per trascuratezza de' Giudici tanto grano fosse perito. Ma il grande Imperadore con volto sereno disse, non esservi fallo; non esser perito a se ciò, che quivi era giunto. Noi credevamo quella una voce dell'amore verso la patria, da noi ben conosciuto; ma sotto di oscure parole nascondeasi il presagio dell'avvenire; antivedendosi infino allora da quell'animo pratico de' divini decreti la felicità, che dovea succedere.

CAP. XV. *Cis pauculos dies in novum ac florentem statum Republicâ restitutâ, sacra mens ad honorum, & magistratuum ornamenta respexit: Versari capit in sacri pectoris comitio Consulatus. Quid secutum sit ipse scit, & quacunque consilia ejus gaudet formare Divinitas. De omnibus Romani Imperii viris primus electus sum, cùm honorem meum adoreis militaribus glorioſus* (b) *Collega tumularet. Gratias tibi, gratias, Imperator, si mereri me credidisti; & plures gratias, Imperator, si tantùm amasti, ut me Consulem faceres etiam non merentem. Nec ignoro, maximos honores ad parum dignos penuriâ meliorum so-*

CAP. XV. Rimessa a capo di pochi giorni in un nuovo fiorito stato la Repubblica, si rivolse la sacra mente agli onori, a' maestrati; s'incominciò ne' comizj di quel sacro petto a ripensare al Consolato. Che sia ne seguito lo sa desso medesimo, con quell'Idio, che gode di essergli consigliere. Io fui il primo trascelto fra tutti li Suggetti dell'Imperio di Roma, ricolmandosi di più l'onor mio dalle glorie militari del mio Collega. Vi ringrazio, Imperadore, se meritevole mi credeste; e più se solo mi amaste, onde mi abbiate fatto Consolo anche senza mio merito. Sò che gli onori più alti sogliono soventemente darsi a' men degni per is-

car-

a *Judicum*. Qui nempe annonam, non Romam, sed Constantinopolim transmiserint. Judicum autem nomine significantur ministri, seu adjutores Præfecti Africæ, seu Ægypti annonæ procurandæ, ut habet *Notitia Imperii*. Horum Judicum meminit Symmachus, *l.* 4, *ep.* 54, & alibi non uno loco.

b *Collega*. Fl. Nevita, natione, ut creditur, Gothus, Barbarus certè, ut conijcitur ex iis, quæ de ipso affert *Ammian. l.* 21, *cap.* 10, cujus etiam bellicas laudes, quas noster attingit, conjectare licet ex eodem: Nam *lib.* 17, *cap.* 6, ipsum contra Juthungos fortiter fecisse scribit, ipsique præterea militares dignitates plurimas a Juliano collatas.

Ta-

solere deferri ; sed non vereor nè quis malevolorum in Consulatu meo id autumet accidisse . Si quis hoc lividus jactitat , ipso tempore refutatur , adversùs quem dixisse satis est ; jam (a) tamen Principi nostro Roma parebat . *Quid quod nihil speranti mihi de honoris augmento (neque enim ultra Præfecturam se votorum meorum modestia porrigebat) perfertur nuncius , Consulem me creatum sine impendio , (b) quod jam diu paucis , sine labore , quod (c) nunquam , sine petitione , quod (d) nemini ?*

carsezza di miglioti; ma non temo già, che i maleroli del mio Consolato credan così. Se alcun maligno lo dice, nel tempo medesimo n'è ribattuto; e contra lui basta il dire, *ubbidiva allor'al nostro Principe Roma*. Aggiungasi, che mentre io non mi sperava accrescimento di onori (posciachè le moderate mie brame non passavano la Prefettura) mi giunse l'avviso di essere stato creato Consolo, senza spesa, che già era toccato a pochi, senza fatica, il che non era mai succeduto, senza averlo dimandato, cosa non mai conseguita da alcuno.

CAP. XVI. *QUis ignorat, tum quoque, cùm honores (e) Populi Romani suffragiis mandabantur, multos fuisse (f) candidatorum (g) labores ? Ediscenda omnium nomina tribuum ; omnes , atque etiam singuli salutandi ; prehensanda obviorum manus ; omnibus arridendum ; non solùm cum infimis , sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda ; multaque alia propter honorem agen-*

CAP. XVI. CHi non sa i molti stenti de' dimandanti infino quando si davano gli onori a squittino di Popolo? Doveansi mettere a memoria i nomi di tutti; salutar per tribù tutti insieme, e ad uno ad uno ; strigner le mani a chi s'incontrava; sogghignare verso ciascheduno; fingere amicizia non sol co'più vili, ma con chi ancora non conoscea-si; fare insomma altri passi per quell'onore, altrimenti non conve-

a *Tamen*. In aliis legitur *tum*, fortasse melius. Hìc tamen mendum aliquod esse suspicor; aut sanè sententiâ durior est, & subobscura.

b *Quod jam diu paucis*. Sic Vero contigit sub Hadriano, Frontoni sub Antonino. Refert *Livineius* ex *Spart. & Capitol.*

c *Nunquam*. Legendum *nonnunquam* suspicatus est *Lipsius, Epistol. Quæst. l. 3, cap. ult.*

d *Quod nemini*. Encomiasticè dictum; nam antea de Hadriano *Spartianus* ; *Serviano sororis vito*, &c. tertium Consulatum, &c. *non petenti, ac sine precatione concessit*.

e *Pop. R. suffrag.* Florente Republicâ, ante Imperatores.

f *Candidatorum*. Magistratus, honoresque petentium, qui Candidati dicti a veste candidâ, qua uti solebant.

g *Labores*. Præterea hæc, & quæ sequuntur notis illustrare; trita enim, ac nota singulis. Si quis plura cupit consulat *Nicolaum Gruchium, l. 1. de Comit. cap. 3.*

Cra-

agenda, quæ aliàs virum honore dignum facere non deceret. Unde illud (a) *Crassi celebre dictum, cùm peteret Consulatum, & fortè cum Scævolâ socero per vias Urbis incederent, nec, præsente gravissimo & severissimo viro, blandiri populo, palpare obvios, & artes petitorias auderet exercere;* Quæso (*inquit*) Muci, paulisper abscedas, nec comitatu tuo honestari me putes; impedis honorem meum; te spectante ineptus esse non possum. *At verò ego nullius favorem turpi assentatione promerui; nihil feci ineptum; nihil egi, quod spectare Mucium nollem. Non modò nullum popularium deprecatus sum, sed ne te quidem ipsum, Imperator, quem orare præclarum, cui preces adhibere pleniſſimum dignitatis est, verbo saltem cadit. Sponte in familiam divinum istud a te munus infusum est.*

venevoli al ſuggetto, che il meritaſſe. Ond'è quel nobil detto di Craſſo dimandante il Conſolato, il quale camminando accaſo per la città col ſuocero Scevola, e non oſando ſotto agli occhi di quel ſevero e grave Suggetto carezzare il popolo, abbracciare chi incontrava, e praticar le arti del dimandare; *allontanatevi*, diſſe, *un po', ò Muzio, nè crediate colla voſtra compagnia di onorarmi; impedite il mio onore; oſſervandomi Voi non poſſo operare da pazzo.* Io non comperai con faticoſe adulazioni il voto di alcuno; non hò fatta coſa da ſtolto, che non voleſſi veduta da Muzio; e non ſol non pregai perſona del popolo, ma neppure a Vo' Imperador ne fiatai, cui far preghiere ed iſtanze egli anzi ſi è un grande onore. Riverſaſſe ſpontaneamente ſulla mia famiglia queſto divino donativo.

CAP. XVII. *Fatebor autem tibi, maxime Imperator, & tutò apud te omnia animi aperta reſerabo: Nunquam in capita civium poteſtatem, nunquam provincias concupivi; ſed quia juvanda etiam a me videbatur pro virili portione Reſpublica, cùm ad magiſtratum vocarer, propter opinionem deſidiæ non refugi. Negotium publicum neque ambitu appetii, neque per timiditatem, aut ignaviam recuſavi; ſed a teneris annis, ab ætate puerili ad hanc uſque canitiem Conſulatus amore fla-*

CAP. XVII. Vi confeſſerò però, Imperadore, ed aprirovvi l'animo con ſicurezza; non hò bramato mai autorità ſulla vita de' cittadini, non mai provincie; ma perchè pareami di dovermi io pure dal mio canto impiegare per la Repubblica, quando fui chiamato alla carica non me ne ritirai per quanto mi conoſceſſi dappoco. Non cercai con ambizione maneggio publico, nè anche hollo per tema, o per codardia ricuſato; ma dagli anni teneri, da fanciullo fino a quella canutezza hò avuto genio al Conſola-

(a) *Craſſi*. Licinii Craſſi, de quo *Val. Max. lib. 4, cap. 5, n. 4.*

Cum

gravi . Secundum etiam tibi confessionis gradum debeo . Cùm in aliorum Principum esset potestate Respublica, diu inanem cupiditatem sine spei solatiis fovi : Unde enim mihi aspirandi ad hoc nomen esset amentia opum vacuo, & ignaro ambiendi? Nam primùm, (a) *cùm Cæsar esses , marcentem jam cupiditatis meæ flammam spei bonæ flatibus excitasti . Cùm verò te , Auguste , mirificum innocentiæ ac virtutum spectatorem viderem , tunc mecum ;* Claudi Mamertine , hucusque non frustra vixisti : Habes idoneum fidei , ac industriæ judicem . Memento , in magno res tuas esse discrimine : Scietur , non meruisse te Consulatum , si tibi non detulerit hic Imperator .

solato . Debbo appresso confessarvi, che sotto degli altri Principi mantenni il vano mio desiderio senza la consolazione della speranza : Poichè qual titolo poteva io avere per aspirarvi, privo di ricchezze , e poco pratico di domandare? E prima , quando eravate sol Cesare, riaccendeste col mantice di una buona speranza la quasi spenta fiamma del mio desiderio. Quando vidi poscia Voi, ò Augusto, osservare oltre modo la innocenza, e le virtù, dissi allor fra me stesso ; *Claudio Mamertino non vivesti indarno finora ; hai un retto giudice delle tue fatiche , della tua fedeltà . Ricordati essere in gran pericolo le cose tue : Sapraſſi , che il Consolato non meritasti , se questo Imperadore non te lo dà .*

CAP. XVIII. *Habes , Auguste , proditionem silentii mei , & rem a me non brevis ævi taciturnitate celatam . Nondum tamen cuncta prodidimus ; nullum hinc jam mecum volo referre secretum ; omnia pectoris arcana vacuabo .* (b) *Suspendisses benevolentiam tuam , & tua isti in me liberalitati contra mores tuos artificii aliquid addidisses , forsitan rogassem. Parvi autem , Imperator , putas esse beneficii , quòd rogandi mihi periculum remisisti? Periculum, inquam , sanctissime Imperator, si præstare dubitasses , si in posterum distulisses . Quid* (c) *me fieret post re-*

CAP. XVIII. Eccovi , Augusto , manifestata la cagione del mio silenzio, e di ciò, che per non corta etade hò tenuto segreto . Non hovvi ancora però aperto tutto ; nè voglio partire con in petto alcun'arcano ; paleserovvi tutti i segreti del cuore. Quando aveste sospeso il vostro affetto, ed aggiunto contra il voltro solito a cotesta vostra beneficenza qualche artifizio, ve ne avrei forse allora pregato . Stimate forse, Imperadore, leggier dono l'avermi esentato dal pericolo del pregare? Pericolo sì, ò Santissimo Imperadore ; se aveste dubitato di favorirmi, se dif-

a *Cùm Cæsar esses*. Sub Imperatore Constantio.
b *Suspendisses*. Subintellige conditionem *si suspend.*
c Me. Hoc est *de me*. Formula usitata etiam *Terentio* in *Andr.* A. 4. Sc. 2. *Quid me fies?*

Re-

(a) *repulsam? In levissimis quoque beneficiis petitis, nec impetratis, amicitia dissolvitur: Namque is, quo amicitia continetur, amor apud utrumque polluitur: alter amari se, quia non præstitit, non putat, alter odio se esse, quia non obtinuit, arbitratur. Nec sanè mihi Consul gratuitò factus viderer, si honorem precibus emissem: Miserum enim & laboriosum subiissem, meliore ævi parte transactâ, tirocinium rogandi. Neque enim existimo molestius esse pecuniam, quàm preces fundere. Denique omnes in emendo videmus, repensandi fiduciâ magno erectoque animo aurum argentumque depromere;* (b) *eos verò, qui preces allegant, humiles atque demissos vix cunctabunda, atque titubantia verba proferre, neque orationem solùm inclinare, sed totis corporibus in genua submitti. Prorsus, ut ex animi sententiâ loquar,* (c) *maximò vendit beneficium, qui preces accipit.*

differito. E dopo la negativa che avrei io fatto? Benefizj, anche di poco momento, dimandati, e non ottenuti sciolgono l'amicizia. Imperciocchè si contamina e nell'uno e nell'altro quell'affezione, che la stringe; quegli crede di non essere amato, perchè non favorì; questi di essere in odio, perchè non ottenne. Nè mi sembrerebbe già di essere stato fatto Consolo per grazia, se avessi comperato l'onore col dimandarlo; poichè dopo aver corsa la miglior parte della mia età, avrei dovuto ripigliar la infelice e faticosa fanciullezza del dimandare. Credo che non sieno di maggior'angoscia lo sparger soldo, che preghiere. Vediamo infine chi compera spender l'oro e l'argento con animo grande e saldo, per la speranza di rimborsarsene; ma chi prega, dimesso e chino pronunciare appena tremanti e tarde parole; non solo abbassar la voce, ma con tutto quasi il corpo piegarsi. Vende finalmente, per dir ciò che sento, a caro prezzo il benefizio chi ne riceve preghiere.

CAP. XIX. *ANverò, si* (d) *centuriatis comitiis*

CAP. XIX. SE poi fossi stato eletto Consolo per cen-

a *Repulsam.* Quæ turpis judicabatur; sicque ipsam vocat *Horat. Epist.* 1; *turpemque repulsam.*

b *Eos verò.* Simile quid est in *Paneg. Eum. Flav. nom. cap.* 9.

c *Maximè vendit.* Videtur noster sententiam hausisse ex *Senecâ*, cujus verba, *l.* 1. *de Benef. c.* 1; *Nulla res carius constat, quàm quæ precibus empta est.*

d *Centur. Comit.* Erant ea cæteris numerosiora, omnis enim ætatis ac census cives in iis suffragia ferebant; ad creandos maximos Magistratus, inter quos etiam Legumlatores, teste *Dionys. Halic. l.* 10. Centuriata ideo dicta, quòd ad eadem populus per Centurias vocabatur. In Centurias autem divisus fuerat a Romulo primùm, mox a Servio juxta rationem census, sed & juxta eandem census rationem quælibet Centuria subdivisa etiam per ætatem; ita ut nonnullæ census ejusdem Centuriæ juniorum, seniorum aliæ dicerentur. Vide plura apud *Livium l.* 1, & *Halicarnassæum, l.* 4.

Di-

ziis Consul creatus essem, glorioſiùs mihi universi Populi ſuffragiis declaratus viderer? Minimè; ſiquidem etiam illis priſcis temporibus multorum ambitu fuit Campus infamis. Nota (a) diviſorum flagitia, nota (b) lucellorum præſtigiæ, tum operarum ad vim & ſeditionem manus emptæ. Nec ſanè poteſt in confusâ imperitorum multitudine quidquam esse perpensum; nam cùm boni rari ſint, improborum vulgus immenſum, in Campo autem numerus & turba prævaleat, ſine dubio intelligitur, eum ſuffragiis Populi magiſtratum capere, quem plures, ideſt quem pejores probarunt. Unde factum eſt, ut majores noſtri viderent (c) Gabinios deſignatos, & repulſos Catones. Sed hæc vetuſta dent recordari quemadmodum paulò ante honor petitus ſit. Vix pauci extiterunt, quorum virtutibus deferretur; cùm quidem ipſis illis tardâ induſtriâ ac probitatis merces veniret. Cæteri verò perditiſſimum quemque ex aulicis frequentabant, uti quiſpiam per artes turpiſſimas Imperatori acceptiſſimus videbatur; eum aſſiduis obſequiis demerebantur, doniſque captabant. Nec viros qui-

centurie, ſtimerei mia gloria maggiore l'eſſerlo co'voti di tutto il Popolo? Nò; poichè ne'medeſimi tempi antichi refero infame il Campo le pratiche di molti. Chi non ſa la ſcelleratezza dello ſparger ſoldo, i preſtigi, le ſquadre di ſgherri ſtipendiati a ſedizioni, ed a violenze? E per vero dire non puovvi eſſere coſa veruna peſata in un confuſo numero di ſconſigliati; poichè, ſendo rari i buoni, infiniti i malvagi, e prevalendo nel campo la moltitudine, chiaro è che riceve il maeſtrato a voti di Popolo chi è approvato da' più, cioè da' peggiori. Videro perciò i noſtri avoli ſcelti i Gabinj, e ributtati i Catoni. Ma da queſti antichi eſempli ſovvengaci come poco anzi ſi otteneſſero gli onori. Pochi furonſi quelli, alle cui virtù ſienſi offeriti; e a quegli ſteſſi troppo tardo pagavanſi le fatiche, e l'innocenza. Coltivavaſi dagli altri ogni cortigiano più ſcellerato, come ognun di loro rendeaſi più caro all'Imperadore con arti bruttiſſime; quello con oſſequio continuo faceanſi benevolo, e comperavan co'doni. Nè coltivavano ſolamente uomini,

a *Diviſorum.* Qui pecuniam in populum nomine candidatorum erogabant. Quæ quidem pecuniæ diſpenſatio non omnino vetita Romæ, ſi modum ſervaſſet Legibus præſtitutum, quem ſi excederet, jure damnabatur. Genus hoc ambitus ſuis temporibus exercitum ſine pudore auctor eſt *Plutarch. in Cat. Utic. & in Caſ.* Exaggerat & *Lucan. lib. 1; rapti pretio Faſces, ſectorque favoris Ipſe ſui populus, lethaliſque ambitus Urbi.*

b *Lucellorum.* Alii legunt *loculorum*; quemadmodum & apud *Auſon. Pan. c. 5,* legitur; *Non paſſus ſepta, &c. non puncta, non loculos.*

b *Gabinios.* Malunt alii legere *Vatinios,* Vatinium illum intelligentes, qui prælatus eſt Catoni, *maximo comitiorum crimine* inquit *Val. Max. l. 7, c. 7. §. 5.* At quis expungat *Gabinios?* Gabinii deſcriptio peti poteſt ex *Tullio, Orat. pro P. Sextio,* & *de Provinc. Conſul.* Et quidem Noſtrum generaliter potiùs loqui credam; & Catones pro viris bonis, Gabinios pro peſſimis uſurpare.

Aus

quidem, sed mulierculas exambibant]; *nec faminas tantùm, sed spadones quoque, quos quasi a consortio humani generis extorres, ab utroque sexu* (a) *aut natura origo, aut clades corporis separavit. Ita praclara illa veterum nomina sordidissimum quemque ex cohorte Imperatoriâ, & probrosissimum* (b) *adulabant. Hi cùm in provincias immissi erant, quà sacra, quà profana rapiebant, iter sibi ad Consulatum pecuniâ munientes. Itaque nullum jam erat bonarum artium studium.*

ni, ma femminelle; nè sol femminelle, ma eunuchi, che, come raminghi dal consorzio degli uomini, sono dall'uno e dall'altro sesso divisi, o dalla natura, o dall'arte. Così que' nobilissimi nomi antichi adulavan'ogni più vile, ogni più ribaldo di Corte. Costoro, quando spedivansi alle provincie, rubavano ogni cosa e sacra e profana, facendosi strada al consolato col soldo. Non avea-vi perciò più chi alle buone arti applicasse.

CAP. XX. *Militia labor a nobilissimo quoque pro sordido, & illiberali reiiciebatur. Juris civilis scientia, qua* (c) *Manlios, Scævolas, Servios in amplissimum gradum dignitatis evexerat, libertorum artificium dicebatur. Oratoriam dicendi facultatem multi laboris, & minimi usus negotium nostri proceres respuebant, dum homines noluisse videri volunt, quod assequi nequiverunt. Et verè tantum laboris vigiliarumque suscipere ad adipiscendum, cujus usus agenda vita ornamenta non adjuvaret, dementia ducebatur. Itaque omne studium pecunia coacervanda; tan-*

CAP. XX. LE fatiche militari fuggivansi da' più nobili, come vili e plebee. Lo studio delle Leggi, che a'più alti gradi di onore avea sollevato un Manlio, uno Scevola, un Servio, teneasi per mestier da liberti. L'arte della facondia tigettavasi da'principali, come di molta fatica, e di poco uso; volendo gli uomini, che sembri da lor non tentato ciò, che ottener non poterono. E per dir vero stimavasi forsennatezza il porsi in istenti, ed in veglie per ciò conseguire, che praticato non fosse punto di adornamento alla vita civile. Tutto dunque il pensiero si stava in ammassare dinaro, perchè

a *Aut nat. origo.* Duplex nostro spadonum genus signatur: Sed *Lotichius in Petron.* tertium addit, singulaque gemino carmine complectitur: *Castratos natura facit; violenta Spadones Mangonum improbitas; Eunuchos sola voluptas.*

b *Adulabant.* Verbum activè usurpatum rari exempli est. Usi *Lucretius*, & *Ausonius*, ut adnotabimus ad eundem, *cap.* 5.

c *Manlios*, &c. Titum Manlium intelligit, puto, de quo mentio apud *Val. Max. l.* 5, *c.* 8, & *Cicer. de Finib. l.* 1. Ipsum inter eos, qui Jus Civile fundaverunt, enumerat *Pompon. de Orig. Iuris.* Scævolæ nomine non unus legitur inter J. Consultos. P. Mutius apud eundem *Pompon.* & *Plutarch. in Sylla*. Mutius ejusdem filius apud *Cicer. Philipp.* 10.

Tan-

(a) *tantò enim vir quisque melior, quantò pecuniosior habebatur. Jam serviendi miseranda patientia, assentandi mira calliditas. Ministrorum aulæ quotidie limina terebantur; ad fores eorum, qui regiis cupiditatibus serviebant,* (b) *ternos patricia gentis viros cerneres ab hujusmodi dedecore non imbri, non gelu, non amaritudine ipsius injuriæ deterreri. Demissi jacentesque* (c) *vix capita supra eorum, quos precabantur, genua tollebant; ad postremum honores non judicio, aut benevolentiâ superborum, sed misericordiâ merebantur.*

chè riputavasi per lo migliore chi più abbondava di soldo. Quindi nascea la infelice tolleranza nel servire, la maravigliosa accortezza nell'adulare. Frequentavansi ognidì le soglie de'ministri di Corte. Avreste veduto alle porte di chi serviva a'piaceri dell'Imperadore più di un Patrizio, non isgomentato da quel disonore per piogge, per ghiacci, per amarezze di oltraggj. Dimessi e prostesi alzavano appena la testa sulle ginocchia di coloro, che supplicavano; meritando persine gli onori da que'superbi, non per lor genio, od affetto, ma per compassione.

CAP. XXI. *AT nunc quisquis Provincias, Tribunatus, Præfecturas, Consulatus cupit, nihil necesse est pecuniam per fas & nefas quærat, ac libertatem suam salutator vilis imminuat; quantò fuerit paratior servituti, tantò honore indignior vocabitur. Tum aliud quoddam hominum genus est in amicitiâ Principis nostri, rude, ut urbanis istis videtur, parum come, subrusticum; blandimentis adulantium repugnat, pecuniæ verò alienæ, tanquam rei noxiæ, tactum reformidat; maximas opes in Reipublicæ salute, & gloriosâ Imperatoris sui laude constituit. Jam ipse ingenei divi-*

CAP. XXI. INoggi chi brama governi di Provincie, Tribunati, Prefetture, Consolati, non ha da cercar danajo con mezzi leciti o nò, nè da degradare la sua libertà con vili saluti; quanto sarà più disposto a servire, tanto più stimerassi indegno di onori. Sono poi amiche del nostro Principe certe persone rozze, come pajono a questi di città, ruvide, mezzovillane, contrarie alle carezze di chi adula; temono a metter mano nell'altrui soldo, come in cosa rea; fondano le ricchezze loro maggiori sulla salvezza della Repubblica, e sulla gloria del loro Imperadore. Dello stà già di-

fesо

a *Tantò enim*, &c. Locum hunc illustrant illa *Iuvenalis, Sat.* 3, quod & alii adnotant interpretes, *Quantum quisque suâ nummorum servat in arcâ, Tantum habes & fidei.*

b *Ternos.* Alii, quos inter *Lipsius, Epistol. Quæst. l.* 3, *Epist. ult.* legunt *servos*, aut *cernuos*. Ego lectionem non muto.

c *Vix capita.* Eadem in salutationibus usque ad terram inclinantes.

vitaque providentiâ adversùs omnes assentatorum illecebras, capitosque munitus est; quippe ei a fucatis adulantium venenis quod periculum est, qui auras etiam veris laudibus gravatus impertiat? Sed multò multòque nunc facilior est ratio honorum petendorum. Quisquis, inquam, capere magistratum voles, auri atque argenti negligens esto; nullas ostiatim potentium ades obito; nullius pedes, nullius genua complectitor. Adhibito tantùm tibi gratuitas, & paratu facillimas comites, (a) justitiam, fortitudinem, temperantiam, atque prudentiam; ultro ad te maximus Imperator accedet, & ut capessas Rempublicam flagitabit. Otioso tibi, atque alia curanti Provincia, Prafectura, Fasces, Sella curulis, atque insignia omnia magistratuum perferentur. Quid enim sibi vera vir perfectaque virtutis non constanter de honore promittat, cùm me propter tantillum innocentia meritum uno in anno (b) ter videat honoratum?

fesso dalla sua grande, e divina prudenza contra ogni trama, e ogni lusinga di adulatori: E che può egli temere de' mascherati loro veleni, se con risentimento ascolta anche le vere lodi? Assai più facile, assai ora si è il modo di domandare gli onori. Chi vuole un maestrato sprezzi l' oro e l'argento; non vada porta per porta alle case de' grandi; non abbracci le piante, le ginocchia di alcuno. Abbia sol per compagne la giustizia, la fortezza, la temperanza, la prudenza, virtù non venali, e facili d' acquistarsi, e il grande Imperadore gli si appresserà, e pregherallo a prender maneggi. Tuttochè non si muova, o ad altro badi, gli si porteranno governi di Provincie, Prefetture, Fasci, Curuli, ed ogni altra insegna di maestrato. E qual'onore non potrassi promettere con sicurezza un suggetto di vera e perfetta virtù, vedendo per un po'd'innocenza me onorato tre volte in un' anno?

CAP. XXII.

Equis Deus uno in anno multiplices fructus agro uni dedit? Num quisquam in eàdem novali æstate unà amplius, quàm semel messuit? Num cui uno autumno, unoque vineto vindemia triplex fluxit? Una certè unius est hie-

CAP. XXII.

Qual' Idio mai moltiplicò in un'anno, od in un solo terreno gli frutti? Chi mietè in una state più di una volta? Qual' autunno, qual vigna fruttarono tre vendemmie? In un verno più di una volta le ulive non si raccolgono.

Non

a *Justitiam*, &c. Virtutes præcipuas, seu cardinales. *Amm. Marcell. l. 25, c. 4. Cùm enim sint, ut sapientes definiunt, virtutes quatuor præcipuæ, Temperantia, Prudentia, Justitia, Fortitudo*, &c.

b *Ter.* Præfecturâ scilicet Ærarii, Prætorii, & Consulatu. Ipse mox *cap. seq.* Vide dicta *cap. 1.*

Oli-

hiemis (a) *olivitas. Sed in nostri Principis beneficiis miraculo caret multiplicata facunditas: Ut de aliis optimis viris taceam, qui a priore in proximum autumnum fructus honorum multipliciter messuerunt, mihi certè tertia unius anni ubertas est Consulatus. Primùm Thesaurorum omnium mandata custodia, & dispensatio largiendi: Secundum locum tenet in honorum meorum fructibus Prafectura: Additus his, quo vel solo cujuslibet aviditas vinceretur, proventuum tuorum tertius Consulatus. Dein cùm ager assiduitate fructuum in maciem decoquatur, Imperatoris nostri posterior liberalitas vincit priorem, nec sit effata gignendo, sed per vices fructuum fecundatur. Nova prorsus fuit honorum referendorum, & insperata congestio. Nondum statum suum siderum curricula mutaverant, jam Princeps cursum dignitatis alterius commovebat; & jam tum Sol ab eorundem astrorum regione radiabat, jam Augustus tertia magistratus mei signa transcenderat. Quaso, non vobis inanis glorie cupidissimus, non flagrans ambitione notabili videretur, si quis in se tanta pariter optasset, quanta in me uno tempore Augustus ingessit?*

Non è però miracolo nel nostro Principe la molta fecondità. Per tacere altri ottimi Suggetti, che da un'anno all'altro fecero più raccolte di onori, per me la terza abbondanza di un'anno solo si è il Consolato. Mi furon prima consegnati tutti i Tesori, e l'arbitrio del dispensarli. Il secondo luogo ne' frutti de' miei onori lo tiene la Prefettura: A cotante rendite si aggiunse la terza, con cui anche sola vincerebbesi l'ingordezza di ognuno, ed è il Consolato. Poi, ove per altro dimagransi collo spesso fruttar le campagne, l'ultima beneficenza però del nostro Imperadore vince la prima; nè per partorire dessa s' insterilisce, ma vie più si fecondа. Fu ben nuova, nè mai sperata questa piena di onori. Non aveano cambiato ancora il suo giro le stelle, e il nostro Principe avea già incominciata la carriera di un'altro onore: Risplendea il Sole ancora sotto alle stesse costellazioni, ed Augusto avea già passato il terzo segno de' miei maestrati. Non sembrerebbe avidissimo perdio di gloria, ed acceso di ambizione colpevole chi si disiasse tanti onori, quanti nel punto stesso ammassò Augusto sopra di me?

CAP. XXIII.

Habitari ab justis viris terras in Oceano ferunt, quas (b) *Fortunatorum insulas vocant, quòd*

CAP. XXIII.

b *Sequestre*, &c. *cum Diribitore*, &c. Ille erat quo utebantur Candidati ad populum corrumpendum, apud quem fortasse etiam pecunia deponebatur. Hic qui tabellas euntibus in Campum distribuebat, in quibus Candidatorum nomina scripta erant. Fuerunt autem etiam diribitores, seu distributores pecuniæ in populum. De hisce dictum *Pan. XI, cap. 9: Hedenus* hic legit *distributore*, at ego vocem non immutaverim, cùm in omnibus *diribitore* sit.

c *Rostra*, &c. Vide dicta ad *Pan. III, cap. ult.* Ovilia eadem erant cum septis, sic dicta, quòd in ovilis modum cancellis essent clausa.

d *Virtute*. Mavult legere *viâ*, aut *itinere Gronovius*.

temporum disciplina : Non emi , nec possum continentiam jactare ; non habui . (a) Unum praestare tentavi , & hoc ipsum quasi meum vendicare non possum ; in tuà enim positum est opinione , si merui .

severità de' tempi nol volle. Non hò comperata la dignità, nè posso in ciò vantarmi di continenza; non avea con che comperarla. Hò tentata solo una cosa, nè posso quasi farla mia propria, poichè stà nel vostro giudicio se io abbia o nò meritato.

CAP. VII. *Feci sti autem , & facies alios quoque Consules , piissime Gratiane , sed non & causà pari . Viros gloriæ militaris ; habent enim tecum , ut semper laboris , ita dignitatis plerunque consortium : virtutis , quàm honoris , antiquiore collegio : Viros nobilitatis antiquæ ; dantur enim multa (b) nominibus , & est Roma pro merito : Viros fide inclitos , & officiis probatos , quorum me etsi non secerno numero , tamen , quod ad honoris viam pertinet , ratione dispertio . (c) Quartus hic gradus novi beneficii tui , Auguste : Constituis (d) auferre tibi ipsi , quo alter ornetur ; bona animi tui ad alienam referre præstantiam , eruditionemque naturæ , quam Deo , & Patri , & tibi debes , ad alterius gratiam rectiùs retorquere , quàm veriùs.*

CAP. VII. Faceste bensì, e farete, piissimo Graziano, altri Consoli; a egual partito però non mai. Soggetti di grido nell'armi ; perchè come sempre nello stento, così nella dignità vi sono compagni, e compagni più antichi di valor, che di onore: Soggetti di antica nobiltà; poichè premiansi molto i nomi, e l'essere Romani è loro di merito: Soggetti di fedeltà ragguardevole, e ne' maneggi sperimentati, dal numero de' quali sebben non mi levo, pure, quanto siesi alla strada per quest'onore, con ragione me ne allontano. Ecco il quarto grado de' vostri benefizj : Risolvete, ò Augusto, di levare a Voi stesso un fregio, onde altri ne resti onorato; di ascrivere all'altrui virtù i beni del vostro animo; e di rivolgere con più bontà, che giustizia a prò d'altri la degna e ben'accostumata vostra natura, che riconoscete da Idio, dal Padre, da Voi medesimo.

CAP. VIII. *Tua hæc verba sunt , a te mihi*

CAP. VIII. Sono parole da voi scrittemi, che mi

a *Unum præst.* Benemereri nempe conatus sum.
a *Nominibus.* Antiquarum, ac nobilium Familiarum.
b *Quartus hic*, &c. Præfero lectionem hanc cum *Lucobo Tollio* olim vulgatæ, in qua legitur, *Quartum hunc gradum novi ben.tu, Auguste, constitnis.*
c *Auferre.* Sic reposui cum *Gravio*, pro *deferre*, quæ lectio vulgatior priùs.

Pre-

bi ſcripta , ſolvere te quod debebas , & adhuc debere quod ſolveris . O mentis aureæ dictum bracteatum ! O de pectore candidiſſimo lactei ſermonis alimoniam ! Quiſquamne tam parcus eſt in oſtentatione beneficii ? Quiſquam pondus gratiæ ſuæ vi.n meriti profitetur alieni ? Quiſquam denique quod indulget , quaſi ab obnoxio deferatur , (a) pretium mavult vocare , quam donum? Certent huic ſententiæ veteres illi & Homerici oratores , (b) ſubtilis deductâ oratione Menelaus , & (c) inſtar profundæ grandinis ductor Ithaceſius , & (d) melleo delibutus eloquio jam (e) tertiæ Neſtor ætatis . Sed neque ille concinniùs eloquetur , qui ſe Laconicâ brevitate collegit ; neque ille contortiùs , qui cum ſenſibus verba glomeravit ; nec iſte dulciùs , cujus lenis oratio mulcendo potiùs , quàm extorquendo perſuaſit . Solvere te dicis quod debebas , & debiturum eſſe cùm ſolveris .

mi pagate ciò, che dovete, e che reſtate ancor debitore di ciò, che pagaſte. O parole prezioſe di una mente d'oro! O cibo di una favella di latte, uſcito da un candiſſimo petto ! Avvi mai un sì modeſto millantatore di un benefizio ? Avvi mai chi proteſti , che ſia forza dell'altrui merito il valore della propria beneficenza? Chi donando finalmente, come ſe ne foſſe obbligato, uſar voglia termini , anzi di pagamento, che di dono? Contraſtino a queſto paſſo quegli antichi dicitori preſſo a Omero , Menelao acuto nello ſtile tronco, il Guerriero d' Itaca furioſo, come gragnuola, e Neſtore vecchio già di tre ſecoli , di ſoaviſſima facondia . Non parlerebbe con più di avvenenza quegli, che ſi riſtrinſe alla brevità de' Laconici ; nè con maggior' empito l'altro, che ammaſsò tanti ſentimenti quante parole ; nè con più dolcezza colui , il cui diſcorſo piacevole perſuaſe anzi coll'addolcire, che collo sforzare. Dite di pagare ciò, che dovete ; e che ſarete in debito ancora dopo di avere pagato.

CAP. IX. *AUguſte juvenis , Cœli tibi , & huma-*

CAP. IX. FAcciano sì, ò giovane Auguſto, i Cieli, ed

a *Pretium*. Quaſi in debiti ſolutionem.

b *Subtilis*, &c. Menelai facundiam cum acumine laudat *Homer. Iliad. l.* 13, ubi inter cętera præclaram ejuſdem leges orationem. Menelaus autem jam notus Spartæ Rex, Helenæ maritus a Paride raptæ, unde Trojanum bellum.

c *Inſtar prof. grand.* &c. Ulyſsem innuit, unum e primoribus Græcis contra Trojam. Hujus facundia pariter paſſim ab *Homero* laudatur.

d *Melleo delib.* &c. Dicitur ab Auctore citato *Suaviloquus*. Addam verba *Dictys Cret. l.* 1; *Neſtor longam exorſus orationem, ad poſtremum perſuadendi genere, in quo præter cæteros Græciæ viros jucundus, acceptuſque erat*, &c.

e *Tertiæ*. De Neſtore dictum, quòd tres hominis ætates vixerit. *Cicero de Senect. Tertiam jam ætatem hominum vixerat*.

Iſtæ,

mani generis rector hoc tribuat , ut prælatus antiquis , quos etiam elegantiâ sententiæ istius antecessisti , vincas propria singulorum ; in Menelao regiam dignationem , in Ulixe prudentiam , in Nestore senectutem . Subiiciet aliquis : (a) Ista quidem adeptus es ; sed effare quo merito . Quid me oneras scisciator ? Rationem felicitatis nemo reddit . Deus , & qui Deo proximus , tacito munera dispertit arbitrio ; & beneficiorum suorum indignatus per homines stare judicium , mavult de subditis dedisse miraculum . Quo , inquis , merito ? Ego nullum scio , nisi quòd tu , piissime Imperator , debere te dicis ; & hoc debere latissimè pertinet . Sive hoc eruditionis tuæ fœnus existimas ; sive sine fenore gloriam liberalitatis affectas ; sive te ponderc (b) concepta sponsionis exoneras ; seu fideicommissum Patris exsoluis ; seu , magnanimitate cælesti ostentatione suppressâ , Dei munus imitaris .

ed il reggitore dell' uman genere, che antipoſto agli antichi da Voi vinti nella proprietà di queſta eſpreſſione, ſuperiate i pregi di ognun di loro; la dignità di Principe in Menelao, la prudenza in Ulisse, in Neſtore la vecchiezza. Soggiugnerà qualcheduno: Tu hai bẽsì acquiſtati sì grandi onori; ma dì con qual merito? Che m' incarichi, chiunque ſei tu che m' interroghi? Della felicitade non ſi dà conto. Idio, e chi a Idio ſtà vicino divide con arbitrio ſegreto i ſuoi doni; e ſdegnando che ſi formi dagli uomini il giudicio de' ſuoi benefizj, vuol fare miracoli ne' ſuoi vaſſalli. Con che merito? Non ne conoſco veruno in me, ſe non che Vo', Imperadore piiſſimo, dite di eſſere debitore; e queſto termine di debitore largamente ſi ſtende. O lo giudicate una uſura della voſtra facondia; o ſenza uſura affettate la gloria di liberale; o vi ſgravate dal peſo della promeſſa conceputa; o pagate un comando del Padre; o calpeſtato tutto il faſto con una divina grandezza d'animo, volete fare un'azione da Idio.

CAP. X. *Debere te dicis. Cui? Quando? Quo nomine? Lege syngrapham; nomina creditorem; accepti & expensi tabulæ conferantur . Videbis alio summæ istius transire rationem . Tibi cepit (c) Deus debere pro nobis . Quid an-*

CAP. X. Dite di eſſere debitore? A chi? Quando? Perchè? Leggete il conto; nominate il creditore; confrontate le partite. Vedrete, che paſſa in altri queſta ſomma di debito. Incominciò Idio ad eſſervi debitore per noi. E che mai mi dovete, ò Im-

pe-

a *Ista*, Conſulatum, & alias dignitates.
b *Concepte ſponſionis*. Quam olim tecum tacitè conceperis, Conſulatum, &c. in Auſonium conferendi.
c *Deus debere*. Quia nobis vires non ſunt, ut ſatis pro tuo merito debeamus.

Pri-

autem mihi debes , gratissime Imperator ? Patitur enim humanitas tua , ut prater regias virtutes , (a) privatà appellatione laaderis . Quid tu mihi debes ? Et contra , quid non ego tibi debeo ? Anne , quòd docui ? Hoc ego possum verius retorquere , dignum me habitum , qui docerem ; tot facundià , doctrinàque prastantes , inclinatà in me dignatione prateritos , ut esset , quem tu , maturà jam ætate subcinctum per omnes honorum gradus festinatà bonitate provehercs ; timere ut videreris , nè in me vita deficeret , dum tibi adhuc aliquid , quod deberes prastare , supereſſet .

peradore cotanto grato? Già la voſtra bontà mi permette il lodarvi con un titolo privato , oltre alle voſtre regie virtù . Che mi dovete ? Ed io per lo contrario che non vi debbo ? Forſe perchè vi hò ammaeſtrato? Con più ragione poſſo riſpondere , che mi ſtimaſte degno di ammaeſtrarvi ; che piegato a favorire me ſolo laſciaſte addietro tanti Suggetti di alto ſaper' , e di facondia , onde vi foſſe chi in età già poſata veniſſe da Voi promoſſo con fretta di corteſia a tutti i gradi dell' onore ; ſicchè pareva temeſte , che mi mancaſſe la vita , reſtandovi ancor che donarmi .

CAP. XI. *NEgat Cicero (b) conſularis ultra ſe habere , quod cupiat . Ego autem jam conſul , & ſenex adhuc aviditatem meam fatebor : Te videre ſæpiùs in hoc magiſtratu , Gratiane , deſidero , ut & (c) ſex Valerii Corvini , & (d) ſeptem Caii Marii , & cognominis tui Au-*

CAP. XI. AFferma Cicerone , ſtato già Conſolo , di non avere che più bramare . Ma io già Conſolo , e vecchio (confeſſero ancora la mia ingordezza) bramo di ſpeſſo vedervi in queſto maeſtrato , ò Graziano ; onde agguagliate Voi ſolo , ed i ſei Conſolati di Valerio Corvino , ed i ſette di G. Mario , e gli tre-

a *Privatà appell.* Ut ſi gratitudo privata res ſit , non principalis.

b *Conſularis.* Conſulatu perfunctus. Negat igitur *poſſe mortem immaturam eſſe Conſulari.* Et paulò poſt ; *optanda mors eſt perfuncto rebus iis , quas adeptus ſum , &c. Philipp. II, in fine .*

c *Sex Val. Corvini.* Corvinum hunc , & Corvum pariter in Faſtis , & apud Auctores dici obſervo. *Plin. l. 7 , cap.* 48. Corvinum appellat , aitque ; *Centum annos implevit , cujus inter primum , ac ſextum Conſulatum* 46 anni *fuere* . Eadem fere *Cic. in Cat. Majo.* ubi in nonnullis Codicibus non 46 legitur , ſed 48 , melius fortaſſe , quàm in cæteris : Nam in *Faſtis Capitolinis* primus ejus Conſulatus ponitur ſub Anno ab V. C. 406 , ultimus verò ſub A. 453 ; quanquam in iiſdem non *VI* , ſed *V* Conſul dicitur ; Anno verò 451 dicitur Dictator , & Proconſul fuiſſe .

d *Septem C. Marii.* Mentionem faciunt *Plutarch.* aliique . Primus incidit in Annum ab V. C. 647 , ſeptimus in A. 668 .

Au-

(a) *Auguſti tredecim conſulatus unus equipares . Tibi plures poteſt ætas , & fortuna tua præſtare ; verùm ego in numero parcior , quia tu in munere liberalior . Ipſum enim te ſæpius hoc honore defraudas , ut & aliis largiaris . Scis enim , Imperator doctiſſime (rurſum enim utar laude privatâ) ſcis , inquam , (b) ſeptem ac decem Domitiani conſulatus , quos ille invidiâ alteros provehendi continuando conſervit , ita in ejus aviditate deriſos , ut hos eum pagina Faſtorum ſuorum , immo faſtidiorum , fecerit inſolentem , nec potuerit præſtare felicem .*

tredici di Auguſto, voſtro pari nel titolo. Poſſono darvene anche di più la voſtra età , e la voſtra fortuna ; ma ſono io più riſtretto nel numero, perchè Voi nel donare più liberale , privandovi ſovente di queſt'onore Voi ſteſſo per darlo anche ad altri . Già ſapete , dottiſſimo Imperadore, (uſerò di nuovo lode privata) ſapete , diſſi, che i diciaſſette Conſolati di Domiziano, continuati l'un dopo l' altro da lui per invidia di altri fregiarne , furono per l' avidità ſua sì ſcherniti , che perciò appunto moſtraronlo più arrogante le carte de' ſuoi Faſti , od anzi faſtidj, nè poterono coſtituirlo felice.

CAP. XII. *Quod ſi Principi honoris iſtius temperata , & quæ vocatur (c) aurea , debet eſſe mediocritas , quid privati ſtatus hominibus , quid æquanimis , quid jam ſenibus erga ſe oportet eſſe moderaminis ? Ego quidem , quod ad honores meos pertinet , & vota ſaturavi ; tu tamen , Imperator optime , tu piiſſime , tu , quem non fatigat liberalitas , niſi*

CAP. XII. CHe ſe nel Principe dev'eſſere moderata, e d'oro, come ſuol dirſi, la brama di queſt'onore , qual'eſſer' ella deve negli uomini di condizione privata ? Qual ne' magnanimi? Che miſura ſeco ſteſſi uſar debbono i vecchi? Io di vero, per quanto ſi aſpetta a' miei onori, ne ſaziai anche le brame ; ma Voi ottimo Imperadore, Voi piiſſimo , Voi , cui la liberalità non iſtan-

a *Auguſti tredecim*. Octaviani , Imp. ſecundi . Memorat *Sueton. cap. 26.* Faſti, quos edidit *Eminentiſ. de Noris , Auctore Anon.* ultimum ponunt ſub A. ab V. C. 752, tertio ante natum Chriſtum; *Faſti* verò *Capitolin.* ſub A. 751, quem dicunt primum C. Faſti autem Siculi 14 enumerant Auguſti Conſulatus , poſtremum pariter A. 751 affigentes, quem tamen faciunt ultimum ante natum C. At treſdecim tantùm fuiſſe colligitur etiam ex *Tacito, Ann. L. 1*; ait enim, quòd Auguſtus Conſulatuum numero Valerium Corvinum , & C. Marium ſimul æquaverat; Unde & *Papin. Sylv. l. 4, Carm. 1; Ter Latios , decieſque tulit labentibus annis Auguſtus faſces.*

b *Septem ac decem*. Auctor *Sueton. cap.* 13, cujus verba ; *Conſulatus ſeptem ac decem cepit , quos ante eum nemo , ex quibus ſeptem medios continuavit* , &c.

c *Aurea*. Hoc eſt magni pretii. Alluſum fortè ad illud *Horat. l. 2, Carm. 10; Auream quiſquis mediocritatem* , &c. Adpotat *Pineius* ,

Quan-

nisi (a) *quando cessavit ; tu , inquam , indulgentissime Gratiane , ut ad benefaciendum subito es* (b) *necopinus ingenio , adhuc aliquid , quod hoc nomine mihi præstetur , invenies . Sic intellexere omnes; sic nobis ordinem ipse fecisti . Sic amicus Deo es , ut a te jam impetratum sit , quod optatur , a quo & quod nondum optamus adipiscimur .*

istanca, che quando cessa, Voi, dissi, benignissimo Graziano, perchè siete di genio sì pronto a beneficar d'improvviso, troverete ancora che darmi per questa cagione. Così tutti la intesero; così Voi ci deste speranza. Siete sì amico d'Idio, che da Voi già si è ottenuto ciò, che si brama, se acquistiamo ancora da Voi ciò, che ancor non bramiamo.

CAP. XIII. *ET rursum aliquis adiiciet , aut sermone liberè , aut cogitatione liberiùs : Nonne olim , & apud veteres multi ejusmodi doctores fuerunt ? An tu solus præceptor Augusti ? Immo ego cum multis conjunctus officio , sed cum paucissimis secretus exemplo . Nolo Constantinizi temporum taxare* (c) *collegas :* (d) *Cæsares docebantur . Superiora contingam . Dives* (e) *Seneca , nec tamen consul , arguetur rectiùs , quàm prædicabitur ,* (f) *non erudisse indolem Neronis , sed armasse sævitiam .* (g) *Quintilia-*

CAP. XIII. SOggiugnerà in oltre alcuno con libertà di parole, e più di pensiero: Non v'ebbero ancora presso agli antichi altri maestri di cotal fatta? Sei tu solo il precettor di un' Augusto? Sì; nell'impiego io vò congiunto con molti, ma nell'esempio sono distinto con pochi. Non voglio esaminare i coetanei di Costantino: Allora si addisciplinavano i Cesari. Toccherò i tempi più alti. Seneca ricco sì, ma non Consolo, anzi che si lodi, si accuserà per non aver coltivata l'indole di Nerone, ma bensì armata la

a *Quando cessavit*. Quia tunc doles, quòd benefacere desieris.
b *Necopinus*. Inopinus, subitus. Usi hac voce auctores alii, quos affert hìc *Vinetus*.
c *Collegas*. Coætaneos interpretor.
d *Cæsares*. Imperatoris nempe filii, & nepotes. Et sanè, tunc temporis scimus Crispum Constantini M. filium a Lactantio Firmiano fuisse institutum; & Delmatii ejusdem Constantini nepotis liberos ab Exuperio excultos fuisse discimus ex ipso *Auson. Carm. 17, de Profess.*
e *Seneca*. M. Annæus Seneca Neronis magister, sub quo etiam multas divitias comparavit. Nota res ex *Suet. Tac.* aliisque.
f *Non erudisse*. Opus tamen *De Clementiâ* ipsi Neroni inscripsit, & quidem juveni, tunc enim agebat Nero Annum *XVIII*, ut colligitur ex *lib. 1, c. 9.*
g *Quintilianus*. Fabium illum Juniorem significari a Nostro arbitror, qui sub Galbâ usque ad Domitianum floruit, cujus extant *Institutiones Oratoriæ*; non Seniorem, qui sub Augusto ferè vixit, cui adjudicantur *Controversiæ*, ut auctor est *Jo: Ger. Vossius, de Rhet. naturâ cap. 15.* Hujus autem nomen in Fastis non extat; quæ dicendum, ipsum non ordinarium Consulem fuisse, sed suffectum, sicuti & Plinius, & alii, ut sciunt omnes.

Cle-

lianus consularia per (a) *Clementem ornamenta sortitus, honestamenta nominis potiùs videtur, quàm insignia potestatis habuisse. Quomodo* (b) *Titianus magister? Sed* (c) *glorioſus ille municipalem scholam apud* (d) *Visontionem, Lugdunumque variando, non ætate quidem, sed vilitate consenuit.*

la sua spietatezza. Quintiliano, che ottenne per mezzo di Clemente gli ornamenti di Consolo, pare che abbia avuti i fregi del nome, anzi che le insegne del comando. Ed il maestro Tiziano? Ma quegli colmo di gloria, variando pubbliche scuole in Visonzione, e Lugduno, invecchiò poi non in età, ma in miseria.

CAP. XIV. *UNica mihi amplectenda est* (e) *Frontonis imitatio, quem tamen Augusti magistrum sic* (f) *Consulatus ornavit, ut Præfectura non cingeret. Sed Consulatus ille cujusmodi? Ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sextâ anni parte consumptus; quarendum ut reliquerit tantus orator, quibus consulibus gesserit Consulatum. Ecce aliud, quod aliquis opponat. In tanti ergo te Oratoris fastigium, te glorioſus at-*

CAE. XIV. VOglio prendere l'esempio sol di Frontone, che, sebben maestro di un'Imperadore, fu fregiato sì bene Consolato, ma non ebbe la Prefettura. E lo stesso che Consolato si fu? Sostituito all'ordinario, confinato fra due mesi, spirò dopo la sesta parte di un'anno: Onde quel dicitore sì grande lasciò da cercarsi sotto quali Consoli sia stato Consolo. Ma ecco ciò, che altri può dirmi: Ti sollevi dunque con salto al grado di un sì grande Ora-

a *Clementem*. Flavium Clementem, qui cum Domitiano Consul fuit, plurimùmque apud eundem valuit. Vide *Suet. cap.* 15.

b *Titianus Magister*. De hoc nihil certum proferri potest. Afferam verba *Cellarii*. *Quidam* Commodo *legunt Principis nomine pro* quomodo, *& tollunt interrogationem. Fuerunt sanè rhetores Titiani, pater & filius, hic præceptor Maximini Jun. Capitolino auctore c.* 1, *ubi Casaubonum consule*.

c *Glorioſus*. Sic Tilianus, & Vossianus Codices, melius quàm *glorioſius*, ut in aliis legebatur. Acuta est conjectura Gronovii legentis *glorioſulus*: At vox Ausoniana non videtur.

d *Visontionem*. Nunc *Bezanson* incolis: Civitas est in Galliâ Lugdunensi; Lugdunum verò ipsius Provinciæ caput, nunc *Lion*.

e *Frontonis*. Corn. Frontonis, M. Aurel. Antonini magistri, quem Imperator ipse tanto in honore habuit, ut statuam pro eodem in Senatu petierit, teste *Capitolino*. Etiam Lucii Veri Imperatoris magistrum Frontonem fuisse constat ex Inscriptione apud Gruterum, Pag. 369. Hoc videre est etiam apud *Trillanum, l. 1.*

f *Consulatus*. Nec hujus nomen in fastis est: Non enim hunc Frontonem illum credam, qui Consul fuit cum Anulino A. C. 169: Sed & ipse jam *Ausonius* vocat hunc Consulem suffectum, unde discès, Fastis non dedisse nomen, nisi Consules ordinarios, qui Kal. Jan. Magistratum ineunt, de quibus *Lucan. lib.* 5; *Instabatque dies, qui dat nova nomina Fastis, Quique colit primus ducentem tempora Janum*.

Con-

attollis? Cui talia requirenti respondebo breviter: Non ego me (a) *contendo Frontoni, sed Antonino prafero Gratianum. Celebrant quidem solemnes* (b) *istos dies omnes ubique urbes, qua sub legibus agunt, & Roma de more, &* (c) *Constantinopolis de imitatione,* (d) *Antiochia pro luxu; &* (e) *Carthago discincta, & domus fulminis* (f) *Alexandria; sed* (g) *Treveri Principis beneficio, & mox cum ipso auctore beneficii. Loca inter se distant, vota consentiunt.*

Oratore? Risponderogli brevemente, che non mi paragono a Frontone, ma che preferisco Graziano ad Antonino. Solenneggiano questi giorni tutte bensì le città, che vivono sotto alle leggi, e Roma per uso, e a sua imitazione Costantinopoli, e Antiochia per lusso; così Cartagine effeminata, così Alessandria; ma Treviri per benefizio speciale del Principe, e collo stesso autore del benefizio. Sono fra di loro lontane le città, ma i voti si uniscono.

CAP. XV. *UNus in ore omnium Gratianus, potestate Imperator, virtute victor,* (h) *Augustus sanctitate, Pontifex*

CAP. XV. STà in bocca di tutti solo Graziano, all'autorità Imperadore, al valor vittorioso, Augusto alla sanità, Ponte-

a *Contendo*. Comparo. Sic *Pacatus cap.* 33; *Non contendam Duces*.

b *Istos dies*. Kal. Januarias.

c *Constantinopolis de imit.* Hæc enim urbs nova Roma dicebatur post Constantinum M. qui ipsam omnino ad Romæ exemplar instituit.

d *Antiochia*. Plures Antiochiæ olim in Asiâ. At hic illam innui puto Syriæ Metropolim, nunc *Antachia*, seu *Antachio* incolis, Romanorum Coloniam, a Caracallâ constitutam; Auctoribus celebratam, ac in Numismatis frequentissimam; quorum duo profecto *Tab. 6, n.* 1, *&* 2, vario typo, utraque tamen Alexandri Severi. In primo vides Genium Urbis turritum, montibus insidentem, ob situm ipsius; ad pedes fluvium Orontem, qui eandem alluit; supra Arietem ad denotandum, ut quidam putant, anni initium, quod Antiocheni ab Æquinoctio verno sumebant: In secundo Genium eundem stantem; hinc fortunam temoni innixam, illinc Imperatorem, coronam capiti Genii ejusdem exhibentem. De luxu autem Syriæ, utpote Orientalis provinciæ, ideoque etiam Antiochiæ dictum jam ad *Pacat. Pan. cap.* 33, & alibi.

e *Carthago*. Urbs Africæ notissima, Romæ quondam æmula, nunc incolis *Almenara*, aliis *Rocca de Mastinares*. Discincta dicitur a discinctis vestibus, quibus ejus populi uti solebant.

f *Alexandria*. Nunc incolis *Scanderiz*, Ægypti urbs. Cur *domus fulminis* dicatur prorsus ignoro. Accipiat autem qui volet conjecturam *Vineti* arbitrantis, ideo hic dici, quòd uni ex ejusdem Regibus cognomen fuerit *Fulmen*. Alii legunt *fluminis*, quæ lectio mihi acceptior, & dicam, Nilum intelligi, ad cujus unum ostium ipsa sita.

g *Treveri*. Nunc *Treves*, urbs Galliæ Belgicæ ad Mosellam, in quâ videtur Ausonius Consulatum iniisse. Nota, ab Auctore connumeratas hic urbes illas, quæ veluti Romani Imperii limites ad singulos Cardines mundi designant, ut observanti patebit.

h *Augustus sanctitate*. Verè enim nomen Augusti religiosum est; nam *loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicuntur*, ut inquit *Sueton. in Aug. cap.* 7.

Fi-

fex religione, indulgentiâ Pater, ætate Filius, pietate utrumque. Non possum (a) *fidei causâ ostendere imagines Majorum meorum, ut ait apud Sallustium* (b) *Marius, nec deductum ab Heroibus genus ad Deorum stemma replicare, nec* (c) *ignotas opes, & patrimonia sparsa sub regnis, sed ea, quæ nota sunt, dicere potiùs, quàm prædicare; patriam non obscuram, familiam non pœnitendam, domum innocentem, innocentiam non coactam, angustas opes, veruntamen* (d) *libris, & liberis dilatatas,* (e) *frugalitatem sine sordibus, ingenium liberale, animum non illiberalem, victum, vestitum, supellectilem, munda, non splendida. Veteribus, ut illis Consulibus, exceptâ, quæ tum erant, bellicarum collatione virtutum, si quis me conferre dignetur, seponat opulentiam, non derogaturus industriam.*

Pontefice alla religione, alla bontà Padre, agli anni Figliuolo, alla pietà l'uno e l'altro. Non posso a mio vantaggio far mostra de' ritratti de' miei Maggiori, come disse già Mario appo Sallustio, non mentovare discendenza da Eroi passata in Iddj, non ricchezze sterminate, nè patrimonj sparsi in più regni. Posso bensì esporre senza vantarmene patria non ignobile, famiglia non dispregevole, casa innocente, innocenza non isforzata, facoltà sì bene ristrette, accresciute però dallo studio, e da' miei figliuoli, parsimonia non sordida, mente applicata, animo non plebeo, cibo, vestire, arnesi non isfolgorati, ma mondi. Se alcuno confrontar mi volesse per cagione di esempio con que' Consoli antichi, tolto il paragone del valore di allora, lasci da parte le ricchezze, e non leverà punto di pregio alla mia industria.

CAP. XVI. *Verùm quoniam gratiis agendis jamdudum succumbo materiæ, tu orationi meæ, Gratiane, succede: Tu, Gratiane, qui hoc nomen sic per fortunam adeptus es, ut nemo veriùs ambitione quæsierit. Neque enim justiùs* (f) *Metellus cognomento* Pius, *patre*

CAP. XVI. MA perchè in questo ringraziamento mi opprime ormai la materia, soccorrete al mio discorso Voi, ò Graziano; Voi sì, che acquistaste per sorte cotesto nome di cotal modo, che niuno potè meglio cercarlosi per ambizione. Imperciocchè non fu detto *il Pio*

con

a *Fidei causâ.* Ad conciliandam meritis meis fidem.

b *Marius.* Ejus verba apud *Sallust. Bell. Jugurth. Non possum fidei causâ imagines, neque triumphos, aut consulatus majorum meorum ostentare.*

c *Ignotas.* Propter numerum, aut distantiam.

d *Libris, & liberis.* Tum studiis, ac bonis artibus, tum meritis filiorum, aliorumque domesticorum.

e *Frugal. sine sord.* Simile dictum apud *Capitol. in Antonino*; *Ut esset opulentia sine reprehensione, parsimonia sine sordibus.*

f *Metellus*, &c. Q. Cæc. Metellus Numidici filius, qui primus meruit agnomen Pii, quia patrem lacrymis, ac precibus assiduis ab exilio revocavit.

Syl-

ire revocato , qui esset impius exulante ; aut verius (a) *Sylla* Felix , *qui felicior ante quàm vocaretur , quàm tu Gratianus, cui & hoc nomen est , & illa Metelli , Syllaque* (b) *cognomina . Tu , inquam , Gratiane , qui hoc non singulis factis , sed perpetuâ gratè agendi benignitate meruisti ; cui , nisi ab* (c) *Avo deductum esset , ab omnibus adderetur . Tu ipse tibi , inquam , pro me gratiam refer ; tu , tuaque virtutes ; bonitas , qua in omnes prolixus es , perpetuus in me ; pietas , qua orbem tuum temperas , quamque in* (d) *ulciscendo Patruo probas , tuendo in Fratre cumulas, ornando in Praceptore multiplicas .*

con più ragione Metello per avere richiamato il padre, empio altrimenti se lasciato lo avesse in esiglio, o con più verità Silla *il Felice*, più felice prima di essere così detto, di quel che Voi siate chiamato Graziano, che ed avete cotesto nome, ed i cognomi di Metello, e di Silla. Voi, dissi, Graziano, che non con poche azioni, ma con una continua bontà di beneficare lo meritaste ; cui benchè non lo aveste tratto da vostro Avolo, tutti però lo avrebbero aggiunto: Voi sì ringraziate Voi stesso: Voi, Voi, e le vostre virtù ; la bontà, lunga con tutti, eterna con me; la pietà, con cui reggete il vostro mondo, e che palesate col vendicare il Zio, che accrescete col proteggere il Fratello, che moltiplicate coll'onorare il Maestro .

CAP. XVII. *Agat gratias clementia, quam humano generi impertis ; liberalitas , qua ditas omnes ; fortitudo , qua vincis ; & mens ista aurea , quam de communi Deo plus quàm ullus hausisti. Agant & pro me gratias voces omnium Galliarum, quarum Prafecto hanc honorificentiam detulisti . Ultra progredior , & hoc quia debere te dicis , agat , qua optimè agere potest ,* (e) *vox ista, quam uo-*

CAP. XVII. Ringrazj la clemenza, ch'esercitate coll'uman genere ; la liberalità, con cui tutti arricchite ; la fortezza, colla quale trionfate; cotesta mente d'oro, che da Idio, più che da altri, spremeste. Ringrazino per me ancora le voci di tutte le Gallie, al cui Prefetto faceste sì grande onore. Più oltre mi avanzo ; e perchè dite di essermi debitore, renda grazie cotesta lingua da me ammaestrata, perchè

des-

a *Sylla Felix*. De hoc dictum ad *Pan. 9, cap. 20.*

b *Cognomina*. Nimirum *Pii*, & *Felicis*. Consule Nummos, qui voces hasce tibi exhibent illis Literis in antica parte, circùm Imperatoris caput, P.F.

c *Avo*. Paterno, qui Gratianus pariter nomine , *Funarius* autem cognomine, quòd eidem funem portanti quinque robusti milites extorquere nequiverint.

d *Ulcisc. fratre*, &c. Confer dicta supra, *cap.* 3.

e *Vox ista*. Tua vox facunda .

docui. Jam dudum autem quàm grati animi, tam sermonis exigui, ut supra dictum est, succumbo materiæ; neque adhuc illa perstrinxi, qua ne infantissimus quidem, nisi idem impiissimus, eminentia per famam, & omnium gaudiis (a) testata supprimeret, qua supra vires dicendi meas posita cunctor attingere, aut ingrati crimine arguendus, aut temerarii professione culpandus: Tamen (b) alterum cùm subeundum sit, audaciam, quàm malevolentiam, malo reprehendi.

dessa meglio può renderle. Ma corre non poco tempo, che io, quanto riconoscente di animo, altrettanto fievole di favella sono, come hò già detto, oppresso dalla materia, e non hò ancora riferite le azioni, che innalzate dalla fama, ed attestate da una comune allegrezza non si tacerebbero nemmen dal più tenero bambolo, quando più che empio non fosse; alle quali, sorpassanti le forze del mio discorrere, appigliomi troppo tardo, onde sarò incolpato, o d'ingratitudine, o di arroganza: Pure dovendo io soggiacere od all'una od all'altra, voglio che in me si accusi, anzi che la malivolenza, l'ardire.

CAP. XVIII. *Tu, Auguste venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubii ora pretexitur, Comitia Consulatus mei armatus exerces. (c) Tributa ista, quòd in urbe (d) Sirmio geruntur, an, quòd in procinctu, Centuriata dicentur; an, ut quondam; Pontificalia vocabuntur, (e) sine arbitrio multitudinis, sacerdotum tra-*

CAP. XVIII. VOi, venerabile Augusto, impegnato in una importantissima guerra, quando si erano sollevate tante migliaja di Barbari, che stanno lungo il Danubio, tenesti colle armi in mano i Comizj per lo mio Cõsolato. Diransi questi, che seguirono in Sirmio, fatti per tribù; o per centurie, perchè si tennero col piede in battaglia; o pontifizj, come i fatti già senza l'arbi-

a *Testata*. Nota verbum *testari* passivè sumptum, quòd inter verba *ex alterâ parte inusitata* dicitur a *Gellio*, *l.* 15, *cap.* 13.

b *Alterum cùm subeund.* &c. Imitatus videtur noster locum *Mamert. Pan.* 12, *cap.* 3, ipsum verò *Pacatus cap.* 2.

c *Tributa*. Ideo ambigit dicendane sint Tributa, quia extra Urbem etiam Tributa comitia haberi poterant, an verò Centuriata, quia facta in procinctu, hoc est dum ad bellum, immo ad prælium exercitus se præcingit; Centuriatis autem Comitiis *etiam exercitus imperabantur, ac bella indicebantur*, inquit *Vinetus*.

d *Sirmio*. Pannoniæ urbe; de qua jam ad *Pan.* 1, *cap.* 1.

e *Sine arbitrio multit.* Ait enim *Dionys. Halicarn. l.* 2; *Quorum* (Pontificum) *si quis è vitâ excesserit, in defuncti locum alius solet subrogari, non populi suffragiis, sed qui collegio maximè videtur idoneus.*

Pra-

tractata collegio? Sic potiùs, sic vocentur, quæ tu Pontifex Maximus, Deo participatus habuisti. Non est ingenii mei, piissime Imperator, talia comminiscì. Verba sunt literarum tuarum, quibus apud me auctoritatem summi Numinis, & ut tuæ voluntatis, amplificas: Sic enim loqueris? Cùm de Consulibus in annum creandis solus mecum volutarem, ut me nosti, atque ut facere debui; ut velle te scivi, consilium meum ad Deum retuli. Ejus auctoritati obsecutus te Consulem designavi, & declaravi, & priorem nuncupavi.

bittrio del popolo da una ragunanza di Sacerdoti? Così appunto, così si chiamino, giacchè assieme con Idio li tenesse Voi Pontefice Massimo. Non è, piissimo Imperadore, di mio capriccio il così dire: Sono parole di voltra Lettera, con cui a me date conto dell'autorità del sommo Idio, come del voltro volere, così dicendo: *Ripensando da me solo a creare i Consoli per l'anno, riportai al Cielo, come tu sai, come io dovea, come sapea che tu pure volevi, il mio parere: Ubbidendo a' di lui comandi hò eletto, e dichiarato Console te, e ti hò nominato anche primo.*

CAP. XIX. *Cujus orationis ordo lucidior? Quæ doctrina tam diligens, propriis Comitiorum verbis loqui, nec vocabulis moris antiqui peregrina miscere? Valete modò classes populi, & urbanarum tribuum (a) prærogativæ, & centuriæ jure vocatæ. Quæ Comitia pleniora unquam fuerunt, quàm quibus præstitit Deus consilium, Imperator obsequium? Et nunc ego, piissime Imperator, nè fastigium auditorii sacri dictorum tuorum timidus interpres offendam, Divinitatis tuæ prope tum piaculo verba transcurro.*

CAP. XIX. Qual orazion'ebbe mai una condotta più chiara? Ch'è fatto sapere l'Usare i termini de'Comizi, e non mischiare a'vocaboli antichi nomi stranieri. Addio classi del popolo, prerogative delle cittadine tribù, centurie legittimamente raunate. Quali Comizi furon mai più numerosi di quelli, in cui consigliò Idio, l'Imperadore ubbidì? Orà io, piissimo Imperadore, per non offendere l'alto merito di questo sacro uditorio con interpretar freddamente le voltre espressioni, ritocco di corsa le divine voltre parole, quali però con iscrupolo.

CAP. XX. *Cùm de Consulibus, inquis, in annum creandis: Erudita vox: Et*

CAP. XX. *Ripensando da me solo*, Voi dite. O profondità di secreto! Avete dunque

(a) *Prærogativæ.* Sic dictæ quidem, ut disertè contendit *Gruchius*; *l.1, cap.4.* non Tribus, sed Centuriæ, quæ erant earundem partes. Ea verò prærogativa Centuria dicebatur, cui sorte obtigerat ut prima suffragium ferret; Reliquæ *jure* vocatæ dicebantur.

Et cùm ſolus mecum volutarem. *O profundi altitudo ſecreti! Habes ergo conſiliatorem, & non metuis proditorem.* Ut me noſti, ut facere debui, ut velle te ſcivi. *Quid familiarius, quid conſtantius, quid dici blandius poteſt?* Conſilium meum ad Deum retuli. *Et quemadmodum ſolus, cui praſtò eſt tam grande conſilium? An plenius cum Senatu, cum Equeſtri ordine, cum Plebe Romanâ, cum Exercitu tuo, & Provinciis omnibus deliberaſſes?* Conſilium meum ad Deum retuli. *Non ut, credo, novum ſumeres, ſed ut ſanctius fieret, quod volebas; ejus auctoritati obſecutus ſcilicet, ut in conſecrando Patre, in ulciſcendo Patruo, in cooptando Fratre feciſti.* Te Conſulem deſignavi, & declaravi, & priorem nuncupavi. *Quis hæc verba te docuit? Ego tam propria, & tam latina ſcivi.* Deſignavi, & declaravi, & priorem nuncupavi. *Non ſit hoc tenere; habet moras ſuas diſertitis gradibus tam ingenua cunctatio.*

que chi vi conſiglia, nè temete di eller tradito. *A crear i Conſoli per l'anno.* Parola faconda! *Riportai al Cielo il mio parere.* E come foſte Voi ſolo, ſe aveſſe affianco ſi gran conſiglio? Avreſte conſigliato forſe in una più piena adunanza, quando aveſte avuto con Voi il Senato, i Cavalieri, la Plebe di Roma, l'Eſercito, le Provincie? *Riportai al Cielo il mio parere.* Credo, non per riceverne un'altro già, ma perchè foſſe il voſtro più ſacroſanto nell'ubbidire alla ſua autorità, come appunto faceſte conſecrando il Padre, vendicando il Zio, prendendo per Collega il Fratello. *Come tu ſai, come io dovea, come ſapea che tu pure volevi.* Che di più amichevole, di più ſincero, di più ſoave può dirſi mai? *Hò eletto, e dichiarato Conſolo te, e ti hò nominato anche primo.* Chi v'inſegnò cotali parole? Io non ne sò di sì proprie, e sì pure latine. *Eletto, dichiarato, nominato.* Non diceſte accaſo così; ha le ſue pauſe proporzionate un sì peſato ritardo.

CAP. XXI. *Has ego literas ſi in omnibus pilis, atque porticibus, unde de plano legi poſſint, inſtar editti pendere mandavero, nonne tot ſtatuis honorabor, quot fuerint paginæ libellorum? Sed ad blandiora feliciùs. Ab hac enim literarum ad me datarum parte digreſſus, eò quoque deſcendiſti, ut quæreres, qualis ad me (a) trabea mitteretur. Omne largitionum tua-*

CAP. XXI. SE vorrò, che a guiſa di bando ſi appenda ad ogni pilaſtro, e ad ogni portico la voſtra lettera, onde ſi poſſa legger dal piano, non farò onorato di tante ſtatue, quante ne ſaranno le carte? Io però voglio paſſare ad un punto di più dolcezza. Dopo aver detto in ella così, arrivaſte anche a conſultare qual veſta ſi mi doveſſe ſpedire. Stancaſte colla ſollecitudine la voſtra gran-

de

a *Trabea.* Vide quæ dicuntur ad Pan. 9, ubi etiam de Palmatâ.

Lar-

tuarum ministerium solicitudine fatigasti. Non ergo supra consulatum mihi est adhibita per te cura tam diligens, pro me cura tam felix? In Illyrico arma quatiuntur; tu, meâ causâ, per Gallias civilium decorum indumenta dispensas. Lericatus de togâ meâ tractas. In procinctu, & maximè dimicaturus palmatæ vestis mea ornamenta disponis, feliciter & bono omine: Namque iste habitus, ut in pace Consulis est, sic in victoriâ triumphantis.

de generosità. Oltre al Consolato dunque non mi fu un' aggiunta di onore cotesto vostro pensiero, per Voi sì sollecito, per me sì felice? Movonsi nell' Illirico l' armi; e Voi per mia cagione dispensate per le Gallie le vesti delle cariche di città. Trattate in corazza della mia toga. Colla spada in pugno, e già in atto di azzuffarvi disponete con felicità, e con buon'augurio gli ornamenti della mia vesta palmata, la quale, com'è abito di Consolo in pace, così lo è nelle vittorie di chi trionfa.

CAP. XXII. *Parum est si qualis ad me trabea mittatur interroges; te coram promi jubes. Nec satis habes, ut (a) largitionum ministri ex more fungantur: Eligis ipse de multis; & tùm elegeris, munera tua verborum honore prosequeris.* Palmatam, *inquis*, tibi misi, in qua Divus (b) Constantius Parens noster intextus est. *Me beatum, cujus insignibus talis cura præstetur! Hæc planè, hæc est picta, ut dicitur, vestis non magis auro suo, quàm tuis verbis. Sed multò plura sunt in ejus ornatu, quæ per te instructus intelligo. Geminum quippe in uno habitu radiat nomen Augusti: Constantius in argumento vestis intexitur; Gratianus in muneris honore sentitur.*

CAP. XXII. Parvi poco il dimandare qual vesta mi si spedisce; comandate ch'ella vi si spieghi dinanzi. Nè vi basta, che facciano l'usato loro ufizio i dispensieri: Ne sceglieste Voi una fra molte; e sceltala, accompagnate con parole onorevoli il vostro dono. *Ti mando*, dite, *una Vesta Palmata, in cui stà tessuto il divin nostro Padre Costanzo.* O me beato, per le cui insegne tanto pensiero! Questa sì, questa è dipinta, più che del suo oro, delle vostre parole. Ma molte più cose v'han, che l'adornano, le quali mercè vostra ravviso: Poichè sfolgora in una vesta sola doppio nome di Augusto. Costanzo n'è la divisa; e nell' onore del dono si riconosce Graziano.

Ac-

Ad

a *Largitionum.* De largitionum ministris alibi dictum ex *Imp. Notitiâ.* Non tamen respuam conjecturam *Acidal.* legentis *largitionem*; nam *fungi cum accusandi casu Ausonio familiare.*

b *Constantius.* Constantini M. Filius, patens Gratiani dictus venerationis gratiâ, caterum ejusdem socer, fuit enim pater Constantiæ Posthumiæ Gratiani uxoris.

CAP. XXIII. *Accessit tam impenso beneficio tuo pondus quorundam scisitatione cumulatum. Interrogatus, quem priorem decerneres Consulem, nec dubitandum esse dixisti tu, & qui tecum boni sunt, dubitare non poterant. Sed tamen ad hoc dictum erexerant animos, qui libenter clarissimum virum Collegam meum, quem præsentem habebat occasio, prælatum credidissent. Fatigantes tamen, quod intellexerant requirebant. Hic tu, sicut mihi renunciatum est, noto illo pudore tuo paulisper hæsisti, non rationis ambiguus, sed eorum dubitationem vultu & rubore condemnans, qui studium tuum interpretationis errore palpabant. Deinde illico subdidisti: Quid de duobus Consulibus designatis quæritis quis ordo sit nuncupationis? Annè alium, quàm quem Præfectura constituit? O felicem verecundiam tuam, cui ista popularis ratio tam prudenter occurrit!*

CAP. XXIV. *Scisti (a) aliud, Gratiane, quàm diceres, sed propter quorundam verecundiam dicere noluisti. Scrupulosus hic mihi locus est, & propter eam, quam nunquam appetivi gloriam, recusandus. Cùm prior renunciatus sum, satis est tuum tenere indicium. Interpretes valete meritorum. Neque autem ego, Sacratissime Imperator, in tenui beneficio gradum nun-*

CAP. XXIII. AD un favore sì grande aggiunsero molto di peso certe dimande. Ricercato chi eleggevate per primo, rispondeste che nemmen si dovea dubitare; e perdio non potea farlo chi era dabbene, e simile a Voi. Prendea coraggio però a tal risposta chi di buon grado credea preferito il dignissimo mio Collega allora presente; tuttavia, dimostrando di non intendere, ricercavan di nuovo. E Voi allora, come riferito mi fu, con quella vostra ben chiara modestia restaste sospeso per poco, non perchè non sapeste rendere la ragione, ma per condannare col volto e col rossore il dubbio di coloro, i quali andando errati nell'interpretare spiavano il vostro genio. Tosto poi soggiungeste: *Che mi state a ricercare qual' ordine io tener voglia nel nominare due Consoli? Posso tenerne altro, che lo stabilito già dalla Prefettura?* Felice vostro rossore, cui con sì grande prudenza sovvenne questa ragion popolare!

CAP. XXIV. SApevate rendere un'altra risposta, ò Graziano; non voleste però proferirla, per non mettere in vergogna qualcuno. Ma troppo scabroso si è per me questo passo, il quale scanserei volontieri, perchè non hò bramata mai certa gloria; e giacchè hò avuto il primo luogo nella nomina, basta che abbiate Voi così giudicato. Addio interpretatori de' meriti.

a *Aliud*. Nimirum majoris meriti Ausonius est.

In-

nunciationis amplector. Num est hac gloria ignota Ciceroni? Prætorem me, (a) *inquit*, Populus Romanus primum fecit, Consulem priorem. (b) *Ex ipsâ ejus sententiâ intelligitur, commendabilius ei videri* (c) *uni, quàm pluribus esse præpositum: Nulla enim est quidem contumelia secundi, sed ex duobus gloria magna prælati.*

riti; che non mi vanto già, Sacratissimo Imperadore, del grado nella nomina in un piccolo benefizio. Non fu conosciuta questa gloria forse ancora da Cicerone? *Il Popol di Roma*, dic'egli, *mi fece primo Pretore, primo Consolo.* Dallo stesso suo sentimento si conosce, sembrargli più lodevole l'essere antiposto ad uno, che a più: Poichè, a dir vero, non resta oltraggiato il secondo, ma è bensì grande la gloria di quello de'due, che all'altro vien preferito.

CAP. XXV. *Alexandri Macedonis hoc fertur, cùm legisset illos* (d) *Homericos versus, quibus, Hectore provocante, e novem Ducibus, qui omnes pugnare cupiebant, unum deligi placeret sortis eventu, trepidâ ubi conceptione votorum Jovem Optimum Maximum totus precatur exercitus, ut Ajacem, vel Tydei Filium, aut ipsum Regem ditium Mycenarum sortiri patiatur Agamemnonem; occiderem, inquit, illum, qui me tertium nominasset. O magnitudinem fortissimi viri! Nominari inter novem tertius recusabat, ubi certè pluribus antecelleret, quàm subesset. Quantâ hic verecundiâ gravaretur posterior de*

CAP. XXV. Dicesi di Alessandro il Macedone, che, letti que'versi di Omero, ove, sfidando Ettore i Greci, prendeasi partito di scegliere a sorte uno de'nove, che bramavan combatere, mentre con voti tremanti pregava tutto l'esercito Giove O. M. che volesse far'uscire od Ajace, od il figliuolo di Tideo, o lo stesso Re della ricca Micene Agamennone; *ucciderei*, disse, *chi mi nominasse per terzo.* O grand'animo di un valoroso! Ricusava di essere nominato terzo nel numero di nove; e pure avrebbe avuti molti più sotto, che sopra se stesso. Quanto carico di rossor'egli avrebbe, se di due esser dovesse il secondo! Imperciocchè in que-

a *Inquit*. Oratione *in Pison.* Vide etiam Orationem *pro Lege Manil.*

b *Ex ipsâ*, &c. Nota, ab Ausonio distingui *primum*, & *priorem*; ut *primus* sit, qui inter multos eligendos primus eligitur; *prior* verò, qui de duobus tantùm primus eligitur, & alteri præfertur.

c *Uni, quàm pluribus*. Consuli nempe uni, quàm tot Prætoribus. Consules enim duo tantùm erant, Prætores autem plures; ut & adnotavi ad *Plin. Pan. cap. 77.*

d *Homericos*. Ex *lib. 7 Iliad.* Lectionem autem Homeri Alexandro familiarem fuisse discimus e *Plutarcho*, referente, quòd *eam semper cum pugione, ut prodit Onesicritus, suppositam habebat sub pulvinio.*

de duobus ! Est enim in hoc numero ardua plena dignationis electio . Cùm universis mortalibus duo , qui fiant Consules , praferuntur , qui alteri praponitur , non uni , sed omnibus antefertur .

questo numero l' essere prescelto egli è un onore molto sublime . Quando si antipongono a tutti gli uomini li due da farsi Consoli, chi di essi viene scelto prima dell' altro , viene antiposto non ad un solo, ma a tutti .

CAP. XXVI. *EXpectare nunc aures præsentium scio , & eminere in omnium vultu intelligo , quod desiderio concipiatur animorum . Existimant enim , cùm ea , quæ ad grates agendas pertinebant , summatim tenuiore filo , ut dicitur , deducta libaverim , aliqua me etiam de majestatis tuæ laudibus debere perstringere. Quanquam me istam dixerim seposuisse materiam , & in tempus aliud reservare , nihilominus tamen , ut nunc aliqua contingam , nutu & prope murmure cohortantur . Itaque faciam , quando cogunt (a) volentem ; sed , majoribus separatis , tenuiora memorabo , nullâ spe ad plenum exequendi , sed universi ut intelligant , eorum , quæ intus prædicanda sunt , a me poscendam esse notitiam , ab aliis dignitatem . Nec excellentia , sed quotidiana tractabo.*

CAP. XXVI. SO che stanno adesso in aspettazione le orecchie de' circostanti, e conosco chiaro sul volto di tutti ciò, che nel loro desiderio stassi rinchiuso. Stimano che, toccate da me con brevità ed in ristretto, come suol dirsi, le cose spettanti al ringraziamento, io voglia toccarne anche alcuna sopra le vostre lodi. Benchè io abbia già detto, che misi da parte questa materia , e che la riservo per altro tempo , non per tanto però m' invitan col cenno, e quasi col mormorio a toccarne qualche piccola parte. Così dunque farò, giacchè me ne obbligano, sebbene non contra mia voglia. Ma, lasciate le cose più grandi , rammenterò le più minute , senza però speranza di pienamente lodarle; solo perchè si sappia da tutti , che delle vostre lodi private devesi chiedere a me la notizia, ad altri poi la grandezza . Non tratterò le più ragguardevoli, ma le ordinarie .

CAP. XXVII. *NUllum tu unquam diem ab adolescentiâ tuâ , nisi adorato Dei numine , & reus voti , & illico absolutus egisti , lautis manibus , mente purâ , immacu-*

CAP. XXVII. NOn passò mai alcun giorno dalla vostra giovanezza fin' oggi, in cui non adoraste Idio, e non scioglieste ogni voto , con mani monde , con mente pura , con non

a *Volentem*. Me, qui jam libenter mandato muneri me committo.

Ad-

culabili conſcientiâ, &, quod in paucis eſt, cogitatione ſincerâ. Cujus autem unquam egreſſus auſpicatior fuit, aut inceſſus modeſtior, aut habitudo cohibitior, aut familiaris habitus condecentior, aut militaris accinctior? In exercendo corpore quis curſum tam perniciter incitavit? Quis paleſtram tam lubricus expedivit? Quis ſaltum in tam ſublime collegit? Nemo (a) *adductiùs jacula contorſit; nemo ſpicula crebriùs jecit, aut certiùs deſtinata percuſſit. Mirabamur Poetam, qui infrenes dixerat* (b) *Numidas; &* (c) *alterum, qui ita collegerat, ut diceret, in equitando verbera & præcepta eſſe fuga, & præcepta ſiſtendi.*

non mai lorda coſcienza, e con ſincerità di penſieri, che in pochi ritrovaſi. Chi mai uſcì con più di attenzione agli auſpizj? Chi fu, o più modeſto nel camminare, o più corretto nel portamento? Chi veſtì con più di proprietade in città, o più ſuccintamente in guerra? Negli eſercizj poſcia del corpo chi corſe mai più veloce? Chi ſi ſciolſe della lotta più ſnello? Chi più alto ſaltò? Non lanciò dardi alcun con più forza; niuno con più preſtezza vibrò ſaette, o colpì più ſicuramente lo ſcopo. Ci ſtupivamo di un Poeta, che dicea, non uſarſi il freno da' Numidi; e di un'altro, che arrivò a dire, le sferzate porre il corſo il deſtriero, e fermarlo.

CAP. XXVIII. *OBſcurum hoc nobis legentibus erat; intelleximus te videntes, cùm idem arcum intenderes, & habenas remitteres; aut equum ſegniùs euntem verbere concitares, vel eodem verbere intemperantiam coerceres. Qui te viſi ſunt hoc docuiſſe, non faciunt; immo qui viſi ſunt docuiſſe, nunc diſcunt. In cibis autem cujus Sacerdotis abſtinentior carimonia? In vino cujus*

CAP. XXVIII. PArea ciò ſcuro nel leggerlo; in veder Voi lo intendemmo. Nello ſteſſo punto tendevate l'arco, e rallentavate le briglie; ed o colla sferza affrettavate il tardo moto del Cavallo, o colla ſteſſa sferzata ne trattenevate la di lui furia. Non ſa far tanto chi parve ve lo inſegnaſſe; anzi chi parve ve lo inſegnaſſe or lo impara. Nel cibo qual Sacerdote ſi è mai più oſſervante; qual vecchio più parco nel

a *Adductiùs.* Vox hæc olim bene repoſitâ pro *abductiùs* ab *Acidalio*, & *Rittershuſio*, & mox etiam *Hedeno*. Et ſanè verbum adducere in hoc ſenſu etiam a *Virgil. Æneid. l. 5*, uſurpatum eſt; *Mox acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu.*

b *Numidas.* Africæ populos ad mediterraneum, ubi nunc regna Bugiæ, & Conſtantinæ. Ipſos equis ſine frænis uſos plurimi ex Auctoribus tradidere. *Strabo, lib. ult. Virgil. Æneid. l. 4*, cujus verba; & *Numidæ infreni cingunt*, ubi adnotatum perperam a *Donato*, ſignificari indomitos judicat *Joſeph. Caſtalio*, *Var. lection.* Sic & *Sil. lib. 1. Numidæ, gens inſcia freni.* Unde *Martiali, l. 9. Epigr. 17*; dictum, *Et Maſſyleum virga gubernet equum.* Maſſyli autem fuere pars Numidarum.

c *Alterum.* Poetam; aut quempiam alium. qui ſanè me latet.

Ar-

jus ſonis menſa frugalior ? Operto conclavis tui non ſanctior (a) *ara Veſtalis , non Pontificis cubile caſtius , nec pulvinar Flaminis tam pudicum . In officiis amicorum , non dico paria reddis , antevenis . Et quoties in obſequendo precedimus , erubeſcis pudore tam obnoxio , quàm in nobis eſſe deberet ab Imperatore prævenis .*

nel bere ? Del voſtro gabinetto poi non è più religioſo l' altare di Veſta ; non più caſta la camera di un Pontefice ; non più pudico il letto di un Flamine . Nelle corriſpondenze cogli amici non dirò , che da Voi ſieno contraccambiati ; ſon prevenuti . Quando poſcia vi porgiam ſuppliche , vi tingete di un roſſore così dimeſſo, come dovremmo noi , prevenuti da un Principe .

CAP. XXIX. *IN iſtâ verò ſede , ut ex more loquimur , (b) Conſiſtorii , ut ego ſentio , Sacrarii tui , nullus unquam ſuperiorum aut dicenda penſiùs cogitavit , aut conſultiùs cogitata diſpoſuit , aut diſpoſita maturiùs expedivit . Et aliqua de Oratoriis virtutibus tuis dicerem , niſi vererer (c) mihi gratificari . Non enim (d) Sulpicius acrior in concionibus , nec (e) majoris Gracchi commen-*

CAP. XXIX. IN quella ſedia poi, che per uſo ſi chiama del Conſiſtorio, e che io chiamo voſtro Sacrario, niuno de' paſſati Principi o premeditò più peſatamente le parole , o con più di prudenza diſpoſe il premeditato, o con preſtezza maggiore recò ad effetto il diſpoſto . Direi ancor qualche coſa delle voſtre qualità nell' Arte Oratoria, ſe con ciò fare non temeſſi di troppo compiacere a me ſteſſo . Che non

a *Ara Veſtal.* De Veſtalibus dictum ad *Pan.* 11, *c.* 13. Sex ipſas fuiſſe adnotavit *Beroald. ad Suet. Aug. cap.* 31.

b *Conſiſtorii.* Conſiſtorium propriè dicebatur olim locus in Principis Palatio, ejuſdem ſecretiori cubiculo proximus, in quo cubicularii, & aulici ſtabant excubantes, & ad Principis nutum parati, eo prorſus uſu, quo quæ nobis vulgò *Anticamere* dicuntur. Inde verò Conſiſtorii nomine appellari cepit quilibet Palatii locus, in quibus Imperator ipſe cum Conſiſtorianis ſuis, qui erant ferè Præfectus Prætorii, Quæſtores, Comites Sacrarum Largitionum, &c. de publicis rebus deliberabat ; idque ex eo quia Imperator olim , e cubiculo ſuo egreſſus, in illo , quod proprie prius Conſiſtorium dicebatur , negotia ſubditorum tractare, & expedire ſolebat.

c *Mihi gratificari.* Utpote magiſtro tuo, cujus operâ Oratoriis tu virtutibus præſtes.

d *Sulpicius.* De hoc *Cicero in Bruto*; *Fuit maximè omnium, quos quidem audierim, grandis, &, ut ita dicam, Tragicus Orator. Vox cum magna , tum ſuavis , & ſplendida, &c. incitata, &c. nec circumfluens oratio.*

e *Majoris Gracchi* . Tiberii Gracchi, cujus frater minor natu Cajus ; utrique in hiſtoriâ Romanâ clari . De ipſo Tiberio *Flor. l.* 3, *cap.* 14; *Tib. Gracchus genere , formâ , eloquentiâ facilè princeps* . Plura *Velleius, l.* 2, *cap.* 2; *Vir alioqui vitâ innocentiſſimus, ingenio florentiſſimus, propoſito ſanctiſſimus* , &c. Vide & *Cic. Orat. in Rullum.*

Pa-

trendabilior modeſtia fuit, nec (a) *Patris tui gravior auctoritas. Qui tenor vocis, cùm incitata pronuncias! Quæ inflexio, cùm remiſſa! Quæ temperatio, cùm utraque diſpenſas! Quis oratorum læta jucundiùs, facunda cultiùs, pugnantia denſiùs, denſata glomeratiùs aut dixit, aut, quod eſt liberum, cogitavit? Vellem, ſi rerum natura pateretur,* (b) *Xenophon Attice, in ævum noſtrum venires; tu, qui ad Cyri virtutes exequendas* (c) *votum potiùs, quàm hiſtoriam commodaſti, cùm diceres, non qualis eſſet, ſed qualis eſſe deberet.*

non fù già più veemente nelle aringhe Sulpizio, nè più compoſto Gracco il maggiore, nè di più grave autorità voſtro Padre. Che ſaldezza di voce è la voſtra, quando parlate con forza! Che dolcezza, quando con minor'empito! Che uguaglianza, quando unite l'uno e l'altro! Qual'Oratore trattò mai, o pensò a trattare, il che più liberamente può farſi, argomenti lieti con più di giovialità, eleganti con più di coltura, difficili con più di calore, grandi con più di maeſtà? Vorrei, ſe la natura lo permetteſſe, che a' noſtri tempi tu ritornaſſi, ò Attico Senofonte; tu, che per lodare le virtù di Ciro compilaſti, anzi una fila di voti, che una ſtoria, moſtrandolo, non qual'egli ſi era, ma qual'eſſer doveva.

CAP. XXX. *SI nunc in tempora iſta procederes, in noſtro Gratiano cerneres, quod in Cyro tuo non videras, ſed optabas, Atque iſta omnia, quaſi punctis quibuſdam acuminata, ſignavi. Si facundia pro voluntate ſuppeteret, quanquam non copioſus, exequerer, ubertatem ſtilo rerum magnitudine ſuggerente; ſed nec hujus diei, nec hujus iſta materia. Qui dicturi eſtis laudes Principis noſtri, habetis velut ſeminarium, unde orationum veſtrarum juge-*

CAP. XXX. SE compariſſi a queſti tempi, vedreſti nel noſtro Graziano ciò, che nel tuo Ciro non vedeſti già, ma bramavi. Tutto queſto hò io però ſolamente toccato, e come ſegnato con certi punti; e lo tratterei ancor pienamente, ſe aveſſi eloquenza baſtante al mio deſiderio, ſebben' anche non tanto copioſa; poichè la grandezza del ſuggetto porgerebbe abbondanza allo ſtile: Ma nè a queſto giorno, nè a queſta materia ciò ſi conviene. Voi, che loderete il noſtro

ra Prin-

a *Patris tui*. Valentiniani, quem ingenio ſolertem, ac ſermone diſertum fuiſſe novimus ex Hiſtoricis.

b *Xenophon*. Athenienſem hunc, & Gryllifilium fuiſſe tradit *Laertius*. Celebris ipſius *Pædia*, ſeu diſciplina, & inſtitutio Cyri Perſarum Regis.

c *Votum potiùs*. Quemadmodum ait & *Cic. l. 1 ad Q. Fratr. Cyrus ille a Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem juſti imperii*, &c.

Per-

ra compleatis . Ego iſta perſtrinxi ; atque , ut ſciunt omnes , poſſum videri familiaris notitiæ ſecretus interpres domeſtica iſthæc non tam prædicare , quàm prodere . Atque , ut iſta dixi de cognitis mihi , atque intra aulam familiaribus , poſſem & foris celebrata memorare , niſi omnia omnes , & ſeparatim ſibi quiſque noviſſet . Poſſem pari brevitate dicere , qua ſuperiora.

Principe dopo di me , avete un quaſi ſeminario , onde riempiere i campi de'voſtri diſcorſi . Hò io ciò ſol compendiato ; e già tutti poſſon ſapere , che come confidente dell' Imperadore , non tanto lodo queſte ſue private operazioni , quanto puramente le manifeſto. E come hò detto così delle coſe paleſi a me , ed agli altri di corte , potrei rapportare ancora le cotanto lodate di fuori , ſe e da tutti inſieme , e da ciaſcheduno diſtintamente non ſi ſapeſſero. Potrei farlo colla ſteſſa brevità , che di ſopra.

CAP. XXXI. *EMendatiſſimi viri eſt panitenda non facere ; at tu nunquam panitenda feciſti , & ſemper veniam panitentibus obtuliſti . Pulchrum eſt indulgere timentibus ; ſed tu perpetuæ bonitatis edictis occurriſti omnibus , nè timerent . Magnificum largiri honores ; tu honoratos ex liberalitate ditaſti . Laudabile eſt Imperatorem faciles interpellantibus præbere aditus , nec de occupatione cauſari ; tu confirmas adire cunctantes ; etiam querimoniis explicatis , nè quid adhuc ſilentur , interrogas . Celebre fuit Titi Cæſaris dictum , (a) perdidiſſe ſe diem , quo nihil boni fecerat ; ſed celebre fuit , quia Veſpaſiani ſucceſſor dixerat , cujus (b) nimia parſimonia , & au-*

CAP. XXXI. DE' una perſona caſtigatiſſima non far coſa , di cui abbia a pentirſi ; Voi niente faceſte , di cui doveſte pentirvi , e perdonaſte ſempre a chi ſi pentiva. Bell'azione ſi è il conſolare chi teme ; Voi con editti di eterna bontà provvedeſte a tutti di modo , che più non temeſſero : Grande il diſpenſare onori ; Voi arricchiſte largamente chi anche era già ſtato onorato : Lodevole in un'Imperadore lo aſcoltare chi ſupplica , nè dolerſi di reſtare troppo tediato ; Voi fate coraggio a coloro , che non oſano preſentarviſi ; e dopo avervi deſſi ſpiegate le proprie doglianze , gl' interrogate anche , perchè non abbiano a tacer coſa alcuna . Furon celebri le parole di Tito , di aver perduto quel giorno , in cui non aveſſe fatto alcun dono ; ma tal ſi fu

a *Perdidiſſe* , &c. Notare ex *Suet. in Tit. cap.* 8.
b *Nimia parſ.* Memorat idem *Suet. in Veſpaſ. cap.* 16.

Per-

& austeritas vix ferenda miram fecerat filii lenitatem.

fu perchè era uscito di bocca al successore di Vespasiano, il cui soverchio risparmio, e la intollerabile austerità avea renduta un miracolo la cortesia del figliuolo.

CAP. XXXII. *TU Valentiniano genitus, cujus alta bonitas, præsens comitas, temperata severitas fuit, parto & condito optimè Reipublicæ statu, intelligis posse te esse lenissimum sine dispendio disciplinæ. Neque verò unum aliquod bonum uno die præstas, sed indulgentias sæculares per singula horarum momenta multiplicas. Vel illud unum cujusmodi est de condonatis (a) residuis tributorum? Quod tu quàm cumulatè bonitate feciſti! Quis unquam Imperatorum hoc provinciis suis, aut uberiore te indulgentiâ dedit, aut certiore securitate prospexit, aut prudentiâ consultiore munivit? Fecerat & (b) Trajanus olim; sed, (c) partibus retentis, non habebat tantam oblectationem concessi debiti portio, quanta subserat amaritudo servati. Et (d) Antoninus indulserat; sed imperii, non beneficii (e) succes-*

CAP. XXXII. VOi, figliuolo di Valentiniano Principe di alta bontà, di somma piacevolezza, di dolce severità, dopo avere ridotta ad un' ottimo stato la Repubblica, sapete di poter essere cortesissimo senza discapito del rigore. Nè beneficate già una sola volta al giorno, ma ad ogni momento moltiplicate favori tali, che basterebbero per un secolo. Il solo donare il resto del debito delle gravezze, che grande benefizio egli si è mai? E con che eccesso di bontà lo faceste? Chi mai degl' Imperadori trattò con simil dono le sue provincie più generosamente di Voi; chi le sovvenne più propriamente, o le assicurò con più pesata prudenza? Fece già così anche Trajano; ma, fatto avendolo solo in parte, non consolava tanto la porzione del debito donato, quanto amareggiava quella del rimanente. Così anche Antonino; ma n'ebbe

ces-

astio

a *Resid. tribut.* Residuis debitorum omnium, quod & a Constantino Augustodunensibus præstitum celebrat *Eumen. Pan. 8, cap. 10.*

b *Trajanus.* De quo *Plin. pan. cap. 40*; *Additum est, ut qui ejusmodi ex causis in diem edicti Vigesimam deberent, nondum tamen intulissent, non inferrent.* Et debitum remissum.

c *Partibus retentis.* Debiti scilicet portione; vel quòd solum debitum Vigesimæ remiserat; vel quòd vetera tantùm remiserat, non nova, ut interpretatus est *Jos. Scaliger.*

d *Antoninus indulf.* M. Aur. Antoninus. De ipso *Xiphil.* Remisit id, quod *Foro, Ærariove publico debebant ab annis quadraginta, absque sexdecim annis Hadriani; jussitque syngraphas omnes scriptas de iis rebus in Foro comburi.*

e *Successor.* Commodus filius, patri dissimillimus.

Do-

teſſor invidit, qui (a) ex documentis tabuliſque populi condonata repetivit. Tu argumenta omnia flagitandi publicitus (b) ardere juſſiſti:

altio chi gli ſuccedè nell'Impèrio; non nel beneficare; poichè da'regiſtri, e dalle ſcritture del popolo ridomandò il già donato. Voi voleſte, che ſi abbruciaſſero in pubblico tutte le carte, onde non ſi poteſſe più domandare.

CAP. XXXIII. *Videre in ſuis quaque foris omnes civitates conflagrationem ſalubris incendii. Ardebant ſtirpes (c) fraudum veterum, ardebant ſeminaria futurarum. Jam ſe cum pulvere favilla miſcuerat; jam nubibus fumus involuerat, & adhuc obnoxii in paginis concrematis ductus apicum; & ſeſtertiorum notas (d) cum ingenti trepidatione cernebant, (e) quod meminerant lectum legi poſſe etiam tunc verentes. Quid te, Imperator Auguſte, indulgentius, quid poteſt eſſe conſultius? Qua bona praſtas, efficis nè caduca ſint; qua mala adimis, proſpicis nè poſſint eſſe recidiva. Hac provincialibus indulgentia bona: quid illa (f) noſtro ordini? Quid illa*

CAP. XXXIII. Vide ogni città nelle ſue piazze la fiamma dell'incendio benefico. Ardeano in eſſo le radici delle antiche fraudi, ed i ſemi per altre nuove. Già ſi miſchiavano colla polvere le faville; gia ſi ravvolgeva in nuvole il fumo, e i debitori ancora tremanti ſtavan'oſſervando nelle carte abbronzate i ſegni delle lettere, e le figure de'ſeſterzj, temendo che ſi poteſſe di nuovo leggere ciò, che ricordavanſi eſſerſi letto per avanti. Chi mai eſſer può più benigno, più ſavio di Voi, ò Imperadore? Volete che i beni, che ci donate, non ſieno efimeri; che i mali, che ci togliete, più non ritornino. Così beneficate le noſtre provincie; come

a *Documentis.* Syngraphis, libris, qui populi debita docerent.

b *Ardere.* Præſtitum & ab Auguſto, teſte *Suet. cap.* 32; item ab Hadriano, *Spartiano* auctore, cujus verba poſt ext. *ſyngraphis in Foro Divi Traiani, quò magis ſecuritas omnibus roboraretur, incenſis.*

c *Fraudes.* Inde enim magna fraudum, & calumniarum anſa. Patet ex verbis *Spartiani* modò citati. *Suet.* pariter *in Aug. cap.* 32; *Tabulas veterum Æratii debitorum*, vel præcipuam calumniandi materiam, *exuſſit.*

d *Cum*, &c. Sic reponit *Cellarius ex Gronovio.* In plurimis legitur *cum juvantiâ, & ratione.* Emendabat olim *Scaliger, cum titubantiâ, & trepidatione.* Neſcio an ita ſcripſerit *Auſonius*; tenenda tamen lectio allata, cùm nulla melior occurrat.

e *Quod meminerant*, &c. Sic repoſui juxta Editionem Amſtelod. A. 1669, accurante *Jac. Tollio*, & ex conjecturâ *Acidalii.* In aliis legebatur; *quòd meminerant legi poſſe & veteres*; in aliis *& lituras.*

f *Noſtro ordini.* Intelligo civico, urbano; ad differentiam provincialium.

An-

la militibus ? (a) *Antoninorum comitas fuit, & jam inde Germanicorum cohorti amicorum, & legionibus familiaris humanitas. Sed ego nolo benevolentiam tuam aliorum collatione præcellere.*

me poscia noi altri, e come i soldati? Usarono dolcezza, ed anche dimestica cortesia già gli Antonini colle guardie de'Germani, e colle legioni lor favorite. Ma io non voglio ingrandire la vostra bontà col paragone degli altri.

CAP. XXXIV. *Abundant in te ea bonitatis & virtutis exempla, quæ sequi cupiat ventura posteritas, & si rerum natura pateretur, adscribi sibi voluisset antiquitas. Necesse est tamen aliquid comparari, ut possit intelligi bona nostra quo præstent. Ægrotantes amicos* (b) *Trajanus visere solebat; hactenus in eo comitas prædicanda est. Tu & visere solitus & mederi, præbes ministros, instruis cibos, fomenta dispensas, sumptum adjicis medelarum, consolaris affectos, revalescentibus gratularis. In quot vias de unâ ejus humanitate progrederis! Legionibus universis, ut in communi Marte evenit, si quid adversi acciderat, vidi te circumire tentoria,* (c) *satin salvæ quærere, tractare vulnera sauciorum; & ut salutifera apponerentur medela, atque ut non cessaretur instare.*

CAP. XXXIV. Abbondate di esempli di bontà, e di altre virtù, che i posteri brameran d'imitare, e gli antichi avrebber voluto, se la natura lo permettesse, che lor si ascrivessero. Avvi uopo però di confronto, perchè possa distinguersi in che sieno migliori i nostri beni. Solea Trajano visitare gli amici ammalati; fin quì vuolsi lodar per benigno. Voi solito visitarli e medicarli, destinate loro ministri, preparate le lor vivande, dispensate i fomenti, spendete ne'rimedj, li consolate nel male, ve ne congratulate quando risanansi. Quante azioni di cortesia mai fate Voi più che lui! Se a tutto l'esercito toccò qualche danno, come a chi combatte suole accadere, vi hò veduto andar girando per le tende, ricercare lo stato delle cose, maneggiar le piaghe de' feriti, sollecitar con premura, che sien medicate co'rimedj migliori, e che non si tralasci di farlo.

Vidi Ho

a *Antoninorum*. Capio non de M. Aurelio, ut credidit *Vinetus*, sed de Caracalla, & Getà fratribus, Septimii Severi Imp. Filiis, qui singuli Antonini nomine gaudent, tum apud Auctores, tum magis in Nummis. Et de illo quidem *Herodian. lib* 4; *Germanos sibi omnes adjunxit, atque in amicitiam conciliavit sic, ut ex his socios bellorum, & custodes corporis validissimum quemque, & pulcherrimum sibi adsciverit*; quæ omninò congruunt iis, quæ de Antoninis ab *Ausonio* dicuntur.

b *Trajanus*. Dixi ad *Pan. Plin. cap.* 13.

c *Satin salvæ*. Subauditur *res multitudinis numero*, inquit *Cellarius*, ex *Livio*, non uno loco.

Ini-

CAP. XXXV. *Vidi quosdam fastidientes cibum, te commendante, sumpsisse. Audivi confirmantia ad salutem verba profari, occurrere desideriis singulorum: Hujus sarcinas mulis aulicis vehere, his specialia jumenta prabere, illis ministeria perditorum instaurare lixarum; aliorum egestatem tolerare sumptu, horum nuditatem velare vestitu; omnia agere indefessè & benignè, pietate maximà, ostentatione nullà; omnia prabere egris, nihil exprobrare sanatis. Inde cunctis salute nostrà carior factus meruisti, ut haberes amicos obnoxios, promptos, devotos, fideles, in avum omne mansuros, quales caritas, non fortuna conciliat. Concludam deinceps orationem meam, piissime Auguste, sermonis magis fine, quàm gratia; namque illa perpetua est, & spatio non transmeabili terminum calcis ignorat. Flexu tamen parvo, nec a te procul, convertar ad Deum.*

CAP. XXXV. HO veduti molti, che nauseavano il cibo, alle vostre persuasioni riceverlo. Ovvi udito proferir voci di conforto, incontrare i desideri di ciascheduno: A chi condurre sulle vetture di corte i fardelli; a chi concedere particolari somieri; a chi rimettere i saccardi; torsi in dosso a costo di spese l' altrui povertà; coprire gl' ignudi, ciò tutto senza stancarvi, con pietà sopraggrande, e senza ostentazione; porgere ogni cosa bisognevole agli ammalati; e niente rinfacciar loro dopo che si erano riavuti. Quindi caro a noi tutti più che la nostra stessa salute, meritaste di avere amici obbligati, pronti, ossequiosi, fedeli, che dureranvi per tutta la vita, quali appunto gli concilia l'amore, non la fortuna. Chiuderò da quì avanti, piissimo Augusto, la mia orazione, per finir'anzi questa, che il ringraziamento, il quale si è eterno, e posto in uno spazio, che non può oltrepassarsi, e che non conosce mai fine. Pure traviando per poco, non però lontano da Voi, volgeromi a Idio.

CAP. XXXVI. *Æterne omnium genitor, ipse non genite, opifex & causa Mundi, principio antiquior, fine diuturnior, qui templa tibi, & aras penetralibus (a) initiatorum mentibus con-*

CAP. XXXVI. ETerno Padre di tutte le cose, non figliuolo di alcuno, creator' e cagione del Mondo, più antico di ogni principio, più durevole di ogni fine, che nell' interno, e nella mente de' sacri sug-

a *Initiatorum*. Rebus sacris, ut puto, quales sunt Sacerdotes, & Principes.

Duo-

didiſti , tu Gratiano humanarum rerum domino ejuſmodi ſemina noſtri amoris (a) *inoleſti , ut nihil in digreſſu ſegnior factus meminiſſet &* (b) *relicti , illuſtraret abſentem , præſentibus anteferret ; dein , quia intereſſe primordiis dignitatis per* (c) *locorum intervalla non poterat , ad ſolemnitatem* (d) *condendi honoris occurreret , beneficiis nè deeſſet officium . Quæ enim memoria unquam tranſcurſum tantæ celeritatis , vel in audacibus Græcorum fabulis , commenta eſt ?* (e) *Pegaſus volucer actus a* (f) *Lycià , non ultra Ciliciam permeavit .*

ſuggetti vi fabbricaſte templi , ed altari ; Voi piantaſte in Graziano padrone delle coſe umane ſemi tali di amore verſo di me , che non raffredato punto nella partenza ſi ricordaſſe di mè nel laſciarmi , m' ingrandiſſe anche lontano , e mi preferiſſe a chi reſtava preſente ; poſcia , perchè a cagione della diſtanza de' luoghi non potea trovarſi preſente all' incominciar della carica , tuttavia giugneſſe alla ſolennità dell'intraprenderla ; onde non mancaſſe al benefizio fattomi anche la corteſia. E qual memoria arrivò mai a ſignere una sì grande velocità , nemmen nelle ardite fole de' Greci ? Il Pegaſo alato moſſo dalla Licia non paſsò la Cicilia.

CAP. XXXVII. (g) *Cyllarus , atque Arion inter* (h) *Argos , Nemeamque ſenuerunt . Ipſi Caſtorum equi , quod longiſſimum*

CAP. XXXVII. CIllaro , ed Arione fra la Nemea , ed Argo invecchiarono . Gli ſteſſi cavalli di Caſtore , e del fratello non corro-

b *Inoleſti*. Infudiſti; raro modo uſitatum verbum.

c *Relicti*. Mei, Præceptoris tui, quem in Pannoniam ipſe tendens in Galliis reliqueras.

d *Locor. interv.* Erant enim, Auſonius in Galliis, Gratianus in Pannonià, Sirmii, ut & ſupra dictum, *cap.* 18.

a *Condendi*. Locus videtur obſcurus: Ego ſic interpretor; Auſonium, quamvis ejuſdem Comitatus de more inciperet kal. Januar. dignitatis tamen munera non iniiſſe, niſi poſt adventum Gratiani, qui ideo dicitur occurriſſe *ad ſolemnitatem condendi honoris*; nec aliter poſſim ego capere.

b *Pegaſus*. Notus equus alatus, celebriſque ſeſſore Bellerophonte.

c *Lycia*, &c. Ambæ minoris Aſiæ provinciæ. In Lycià verò degebat Bellerophon.

d *Cyllarus*, &c. Dictum jam de hiſce ad *Pan. gr.* 8. Hic tamen videtur *Auſonius* Cyllarum alium a Caſtoris equo dicere.

e *Argos*, &c. Argos puto illam Theſſalicam urbem, quæ nunc *Armiro*: Nemeam verò Argivam illam, ubi etiam Nemea rupes. Nam Caſtor, & Pollux, non è Peloponneſo, ubi aliæ urbes iiſdem pariter nominibus *Argos*, & *Nemea*, ſed à Laconià ſupradictis proximà fuere.

mum iter eſt, nonniſi (a) *mutato vectore tranſcurrunt. Tu, Gratiane, tot Romani Imperii limites, tot flumina, & lacus, tot veterum interſepta regnorum, ab uſque Thraciâ per totum, quàm longum eſt, Illyrici latus,* (b) *Venetiam, Liguriamque, & Galliam veterem, inſuperabilia Rhætiæ, Rheni accolas, Sequanorum invia, porrecta Germaniæ, celeriore tranſcurſu, quàm eſt properatio noſtri ſermonis, evolvis, nullâ requie otii, ne ſomni quidem, aut cibi munere liberali, ut Gallias tuas inopinatus illuſtres; ut Conſulem tuum, quamvis deſideratus, anticipes; ut illam ipſam, quæ auras præcedere ſolet, famam facias tardiorem. Hoc ſenectuti meæ, hoc honori a te datum.*

rono i lor più lunghi viaggi, ſe chi li monta non cambiaſi. Voi, Graziano, con carriera più celere, che non ſi è la mia diceria, girate tanti confini dell' Imperio di Roma, tanti fiumi, e laghi, tante diviſioni degli antichi Regni, dalla Tracia perfino a quanto egli è lungo l'Illirico, la Venezia, la Liguria, la Gallia antica, le balze inſormontabili della Rezia, gli abitatori del Reno, gl' impraticabili paeſi de' Sequani, le vaſte campagne della Germania, ſenza ripoſo alcuno di ozio, ſenza una ſola permiſſion liberale di ſonno, o di cibo, per riſchiarare d'improvviſo le voſtre Gallie; per ſorprender', e prevenire il voſtro Conſolo, benchè da eſſo pur troppo atteſo; per rendere più tarda la fama iteſſa, che avanzar ſuole anche i venti. Tanto Voi donaſte alla mia vecchiezza, tanto al mio onore.

CAP. XXXVIII. *Superemus illæ Imperii, & conſiliorum tuorum Deus conſcius, & arbiter, & auctor indulſit, ut ſellam curulem, cujus ſedem frequenter ornabis; ut prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam; ut trabeam,*

CAP. XXXVIII. Quel ſovrano Idio, arbitro dell' Imperio, partecipe ed autore de' voſtri conſigli permiſe sì, che faceſte sfolgorar più nelle Gallie la Curule, alla quale, ſedendovi frequentemente, daretc fregio; la mia preteſta tinta di luce dal-

a *Mutato vectore*. Novum fingere videtur Noſter, ac ſupponere geminos illos, qui ex antiquâ fabulâ immortalitatem inter ſe diviſerant, ita ut alternâ vitâ fruerentur, equis etiam vectos; ideo vectorem mutari dicit, dum alter reviviſcit, alter decumbit.

b *Venetiam, Liguriam*. Illa veteribus fuit regio Abduâ, Timavoque fluviis, atque Alpibus Juliis circumclauſa, ubi nunc nobis Italis *Lombardia, Marca Triviſana*, & *Friuli*. Hæc autem, quæ nunc *Riviera di Genca*; quanquam nonnulli Inſubriam etiam, quæ modò Mediolanenſis Ducatus eſt, ſub Liguriâ comprehenſam fuiſſe tradant. De aliis, quæ hic nominantur, Provinciis alibi dictum.

Ser-

beam, non magis auro ſuo, quàm munere tuo ſplendidam, quæ ab Illyrico (a) ſermonis dignitas honeſtavit, apud Gallias illuſtriora præſtares; Quæſtorem ut tuum, Præfectum ut tuo Prætorio, Conſulem tuum, &; quod adhuc cunctis meis nominibus anteponis, Præceptorem tuum, quem piâ voce declaraveras, juſtâ ratione prætuleras, liberali largitate donaveras, Auguſtæ dignationis officiis conſecrares.

dalla voſtra porpora; la trabea, che più riſplende della voſtra liberalità, che dell'oro proprio, reſe tutte più ragguardevoli dalle parole di onore ſpeditemi dall'Illirico; per conſecrare colle dimoſtranze di una bontà da Imperadore me voſtro Camerlingo, voſtro Prefetto del Pretorio, voſtro Conſolo, e, ciò che preferite a tutti gli altri miei titoli, voſtro Maeſtro, da Voi già dichiarato per tale con parole di tutta pietà; antipoſto per giuſti riguardi, con generoſa beneficenza arricchito.

(a) *Sermonis*: Verborum tuorum dignatio, de quibus jam ſupra c. 18, & 22.

LATINI * PACATI DREPANII PANEGYRICUS THEODOSIO AUGUSTO.

XIII.

CAP. I. *SI quis unquam fuit, Imperator Auguste, qui te præsente dicturus (a) ante trepidaverit, eum profectò me esse & ipse sentio, & his, qui (b) consilium tuum participant, videri posse video. Nam cùm te semper ultra omnes retro Principes laudari oportuerit, nunc porrò ultra quàm alias*

PANEGIRICO DI LATINO PACATO DREPANIO A TEODOSIO AUGUSTO.

XIII.

CAP. I. SE alcuno mai spasimò per dover parlare alla vostra presenza, ò Imperadore Augusto, io ben mi conosco per tale; e veggo di poter parerlo a cotelli Suggetti, che son partecipi de' voltri consigli. Imperciocchè dovendosivi lodar sempre sopra tutt' i Principi trasandati, e più che mai dovendosi ora

* *Pacati*. Latinus Pacatus Drepanius natione Gallus fuit, ut ipse de se innuere videtur statim *cap.* 1, & quidem ex ultimâ Galliâ, ut subdit *cap.* 2. Hunc ipsum illum arbitror, ad quem Proconsulis etiam titulo illustrem extat inscriptus *Ludus septem Sapient.. Ausonii*, & *Technop.* g. ejusdem; item nonnullæ Symmachi Epistolæ, ut 12 *l.* 8; 61. & 64 *l.* 9. Et sane Symmacus contemporaneus Ausonii fuit, immo a *Joanne Cuspiniano, Comment. Consul.* dicitur ejusdem frater. Drepanii Psalmos, Hymnosque, ac nonnulla alia habemus in Bibliothecâ SS. Patrum; at Drepanium illum nostrum hunc esse nullo modo credam, ut olim in mentem venerat Georgio Fabricio, teste *Vossio de Poet. Latin. c.* 5: Ille enim floruisse videtur Constantii II, & Constantini IV temporibus; noster verò Theodosii, ejusque filiorum ætate, hoc est ante mox dictos Imperatores, strictè etiam loquendo, annos supra 60. Orationem hanc inter hasce duodecim post Plinianam cæteris præstare judicat *Jo: le Clerc, Biblioth. T.* 3.

a *Ante*. Alii legunt *jure*.

b *Consil. tuum partic.* Sic & *Mamertino* dictum *Initio Pan. XI.*

De

alias prædicatus es, in eâ urbe conveniat dicendo celebrati, cujus & libertatem armatus asseruisti, & auxisti dignitatem togatus, quo tandem modo consequi majestatem utriusque vestrum oratione meâ potero, hoc præcipuè in tempore, quo ambo ita mutuò crevistis, ut nec tu fueris adhuc major, nec illa felicior? Huc accedit auditor Senatus, cui cùm difficile sit pro amore, quo in te præditus est, de te satis fieri, tum difficilius pro ingenitâ atque hereditariâ orandi facultate non esse fastidio rudem hunc & incultum transalpini sermonis horrorem; præsertim cùm absurdæ siniſtræque jactantiæ possit videri his ostentare facundiam, quam (b) de eorum fonte manantem in nostros usque usus derivatio sera traduxit. Quibus equidem cogitatis adeo solicitor, ut non eos tantùm hodie arbitrer interesse, quos cerno, sed assistere obversarique dicturo Catones ipsos, & Tullios, & Hortensios, omnesque illos oratores putem, qui me in posteris suis audiunt. Ita multiplici circumventus metu, quasi parum habeam timere, quod video, video quod timeam.

ora ciò fare in quella città, cui rendette la libertà colle armi, ed aggrandille lo splendor nella pace, come potrò in fine arrivar col mio dire alla maestà di Voi due; ora specialmente che l'uno e l'altra crescette tanto, che, nè Voi foste finora più grande, nè dessa mai più felice? Si aggiugne lo ascoltarmi il Senato, cui com'è difficile il soddisfare con quanto si dica di Voi per l'amore che portavi, così più il sarà lo sfuggire, che avendo egli natural' ed ereditaria la facondia, non resti annojato da questo rozzo ed incolto orrore di una favella oltremontana: Potendo anche sembrare una sconvenevol' ed impropria millanteria il far pompa a tali Suggetti di quella eloquenza, che nata loro in seno passò a noi dopo uno stentato, e lungo viaggio. Sopra di che divisando sentomi sì angustiato, che parmi non solo di avere in oggi presenti questi, che scorgo, ma dinanzi agli occhi gli stessi Catoni, i Tulli, gli Ortensj, e gli oratori tutti, che mi sentono fra' lor successori. Così accerchiato da doppio timore, come fosse lieve il temere sol ciò, che veggo, vò figurandomi che temere.

CAP. II. *Quid ergo? Novusne me pavor, & inopina trepidatio in ipso dicendi tempore deprehendit? Mihi verò ii amnes, quibus altrinsecus jactor, æstus diù ante meditati, longè-*

CAP. II. MA che? Mi coglie una nuova paura, ed un' improvviso ribrezzo nel tempo stesso del favellare? Io per dir vero e ripensai a lungo, e mi figurai di lōtano tutte queste bur-

ra-

a *De eorum fonte.* Mutuatus est credo sententiam ex *Pan. Anon. VI, c.* 13 *Si quid forte commodè dicimus, ex illo fonte, & capite facundiæ imitatio nostra derivat.* Usus est derivationis vocabulo, alioquin non tam usitato, & *Macrob. Sat. I, 6: in aliquem usum tuum opportunam derivatione convertere.*

que prospecti sunt : Sed cùm admiratione virtutum tuarum ab ultimo Galliarum recessu , (a) quà littus Oceani cadentem excipit solem , & deficientibus terris sociale miscetur elementum , ad conspiciendum te adorandumque properassem , ut bona , quæ auribus ceperam , etiam visu insurparem , timui (fateor) ne laboris officium impiâ taciturnitate corrumpere . Ita dum obsequio interpretor impudentiam , dum in eundem hominem non puto convenire gaudium & silentium , duas res diversissimas junxi , metum & temeritatem . Quin & illud me impulit ad dicendum , quòd ut dicerem nullus adigebat . Non enim jam coacta laudatio , & (b) expressa metu voces periculum silentii redimunt . Fuerit , abieritque tristis illa facundia ancillantis necessitas , cùm trucem (c) dominum , auras omnes plausuum publicorum (d) ventosâ popularitate captantem , mendax assentatio titillabat ; cùm gratias agebant dolentes , & Tyrannum non prædicasse tyrannidis accusatio vocabatur . Nunc par dicendi , tacendique libertas ; & quàm promptum laudare Principem ,

rasche, che alternamente mi combattono: Pure sendo io venuto allo stupore delle vostre virtù dall' ultimo angolo delle Gallie, dove la spiaggia dell' Oceano accoglie il Sol che tramonta, e mancando la terra, le si mischia il suo compagno elemento, per vedervi e adorarvi , per godere ancora cogli occhi i beni inteſi sol coll'orecchio, temei (lo confesso) di lasciar perire in un empio silenzio un'impegno di pietà . Così, mentre interpreto per ossequio la mia sfrontatezza , mentre mi persuado, che non possano unirsi nella stessa persona giubilo e mutolezza, accopiai due lontanissime cose, timor'ed ardire. Spronommi poi a discorrere il non esserne obbligato da alcuno ; poichè non ci liberiam' ora già dal pericolo del tacere con lodi sforzate, e con parole cavateci dallo spavento . Stata, e trasandata siesi quella infelice necessità di eloquenza servile , quando con adulazioni bugiarde, e col titolo di Signore allettavasi l'Imperadore bestiale, che cogliea con una gonfia superbia tutta l'aura de' pubblici applausi ; quando dovea ringraziarlo chi di lui si doleva, e il non lodar quel tiranno erasi un' incolparlo di tirannia. E-

gual

a *Quà litt.* Disce Pacatum e Galliæ Occidentalis finibus prodiisse.

b *Expressa*. Sub malis enim Principibus laudandus semper erat Princeps, alioquin periclitabatur mori, qui Principem non laudaret. Confer *Plin. Pan. cap. 2*, & vide ibi adnotata.

c *Dominum*. Imperatorem. Sed nota, non casu a Nostro dici *Dominum*, nam hoc præcipue nomine Imperatores illi crudeles vocari volebant. Testis *Martialis* pluribus in locis. Vide & *Suet. in Domit. cap. 13*. Quare Augustus Princeps bonus Dominum se vetuit appellari, ut refert in ejus vità *Suet. cap. 53*.

d *Ventosâ*. Unde *Juvenalis, Satyr. 4* de Domitiano ; *& tamen illi surgebant crista : Nihil est, quod credere de se Non possit ; cùm laudatur Diis aqua potestas*.

Pri-

pen , tam tutum ſiluiſſe de Principe . Libet igitur redditam poſtliminio ſecuritatem loquendo expiriri ; libet inquam , quia neminem magis laudari Imperatorum decet , quàm quem minùs neceſſe eſt .

gual libertade ora corre di parlar', e di tacere ; ed è tanto ſenza pericolo il non parlare del Principe , quanto il lodarlo ſi è facile. Voglio dunque praticar favellando queſta libera ſicurezza : Voglio sì; poichè non conviene più lodare alcun Prencipe , che quello , cui lodare meno siamo sforzati.

CAP. III: *DE te igitur mihi ſermonis hujus auſpicium erit ille felicitatis publicæ auſpex dies , qui (a) te primus inauguravit Imperio . Nam , ut divinis rebus operantes in eam Cœli plagam ora convertimus , a (b) qua lucis exordium eſt , ſic ego vota verborum , quæ olim nuncupaveram , ſoluturus , id oratione meâ tempus arripiam , quo Romana lux capit . Jacebat innumerabilibus malis (c) ægra , vel potiùs dixerim exanimata Reſpublica , (d) Barbaris nationibus Romano nomini , velut quodam diluvio , ſuperfuſis . Sed pircam replicare cauſas , & placatum (e) ulcus offendere : Nam , cùm per ſe vivax ſit recordatio calamitatum , tum mihi metus hanc gaudiorum præſentium lu-*

CAP. III. PRenderò dunque l' auſpizio di queſta Orazione dal giorno , che conſecrandovi Imperadore fu il principio della pubblica felicità. Imperciocchè , come nelle ſacre funzioni giriamo il volto a quella parte del Cielo , donde ne ſpunta la luce, così nello ſciorre il voto formato già di lodarvi mi farò col diſcorſo a quel tempo , da cui incominciò il ſereno di Roma. Giaceva inferma, o per meglio dire mezzo eſanimata per infiniti malori la Repubblica, oppreſſo ed inondato da un quaſi diluvio di Barbari lo ſtato di Roma. Laſcio però di ridirne le cagioni , e d' inaſprire la già mitigata ferita : Poichè , com' è vivace in ſe ſteſſa la ricordanza delle miſerie, così anche temo di offuſcar lo ſplendore delle pre-

a *Primus inaug.* Hic juxta *Theodorit. l. 5, c. 6*, fuit 13 Februarii A. 379, vivente Gratiano, a quo electus fuerat, & in Collegam aſsumptus, teſtibus eiſdem *Theodor. Socrates, l. 5, c. 2*, aliiſque . Solus autem non cœpit imperare Theodoſius, niſi Valentiniano Junione mortuo, A. 392.

b *A qua lucis exord.* Sic de more in ſacrificiis; ideo Septentrionalis plaga læva erat ſacrificantibus . Vide adnotata ad *Plin. Pan. c. 5.*

c *Ægra*, &c. Clarè *Socrat. lo ſuprac. Cùmque Imperium Romanum languere, Barbaros verò invaleſcere animadverteret , remque publicam viro ſtrenuo indigere, Collegam Imperii aſſumit Theodoſium*, &c. quæ locum iſtum non modò , ſed & ſequentes illuſtrant . Similia *Theodorit. l. 5, cap. 5.*

d *Barbaris* . Gothis præcipuè . *Amm. l. 31, c. 13; Oroſ. l. 7, cap. 33.*

e *Ulcus* . Sic nonnulli , benè , me judice : In aliis legebatur *vulgus* ; in aliis *vulnus* .

lucem triſtium commemoratione fuſcare. Faciam ergo, quod facere præſtantes ſcientiâ medicos ſæpe vidi, altorum vulnerum cicatrices, poſtquam cutem ſanitate duxerunt, manu pendente tractabo, (a) per ſententias iſſe, & ſingulos univerſoſque rogitaſſe contentus, an, cùm inter omnes liqueret, feſſis rebus medendum tali aliquo viro publicis gubernaculis admovendo, qui Imperatoris (b) unius tueretur ætatem, (c) alterius juvaret laborem, potuerimus hujuſmodi Principem vel optare. In integro itaque rem totam eſſe faciamus; & in quodam orbis terrarum comitio quari putemus quiſnam ſit ille, qui debeat tantam molem ſubire, & nutantia Romanæ rei fata ſuſcipere. Nonne is omnium ſuffragiis hominum (d) tributim, centuriatimque legeretur, cui (e) felix patria, cui domus clara, cui forma divina, cui ætas integra, cui militarium civiliumque rerum uſus contigiſſet?

preſenti allegrezze con mentovar le ſciagure. Farò dunque ciò, che ſpeſſo far vidi a valenti Cerusici poichè rammarginaron la cute; maneggierò con mano ſoſpeſa le profonde ferite, pago di domandare il parere a tutti inſieme, e ad uno ad uno, ſe, ſapendoſi già da ognuno, che dovea riſtorarſi la ſtanchezza dell'Imperio con alzare al pubblico governo un Soggetto, che poteſſe di uno degl' Imperadori difender la età, e ajutar l'altro nelle fatiche, potevamo neppur bramare un tal Principe. Tutto dunque inſieme conſideriamo; e figuriamci, che in una certa aſſemblea del mondo ricerchiſi chi debba ſottopporſi ad una mole ſi grande, e ſoſtenere i deſtini vacillanti di Roma. Non ſi eleggerebbe da' voti e per tribù, e per centurie di tutti gli uomini quegli, cui foſſe toccata una patria felice, una famiglia sfolgorata, un'aſpetto da Idio, una età perfetta, e tutta la pratica degli affari di guerra, e di pace?

CAP. IV. *Cuncta igitur a capite propoſito ordine proſequamur; jam profectò conſtabit,*

CAP. IV. Avanziamoci dunque coll' ordine propoſto; vedremo certamente, eſ-

a *Per ſententias*. Ita pravatam in manuſcriptis vocem e veſtigiis *Livineji*, & *Schefferus* reſtituerunt, tollendum omnino editorum *perſentiſſe*, & *præſentiſſe* judicantes.

b *Unius tuer. ætat.* Valentiniani Jun. qui decennis circiter erat tunc temporis.

c *Alterius*. Gratiani, qui, utpote natu major, (agebat enim annum 16, cùm Valenti patruo ſucceſſit) totum Imperii pondus ferebat.

d *Tributim, centur.* De Comitiis Centuriatis dictum jam ad *Pan. anteced. cap.* 19. Tributa verò illa erant, quibus vocabatur Populus per Tribus, quæ viginti quinque. Habebantur hæc autem ad creandos ferè minores magiſtratus, ac Sacerdotes Collegiorum. Vide *Gruch. l.* 2, *c.* 1, 2, &c.

e *Felix Patria*. Videtur & patria non parum indoli, ingenioque conferre. Quare *Ammian. l.* 14, *c.* 6, ex Simonide; *Beatè & perfectâ ratione victuro ante alia patriam eſſe convenit gloriosam*.

Ma-

bit, eum Principem declaratum, qui & ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus. Nam primùm tibi (a) *mater Hiſpania eſt, terris omnibus terra felicior, cui excolendæ, atque adeo ditandæ impenſiùs, quàm cæteris gentibus, ſupremus ille rerum fabricator indulſit; quæ* (b) *nec Auſtrinis obnoxia æſtibus, nec Arctois ſubjecta frigoribus, mediâ fovetur axis utriuſque temperie; quæ* (c) *hinc Pyrenæis montibus,* (d) *illinc Oceani æſtibus,* (e) *inde Tyrrheni maris littoribus coronata Naturæ ſolertis ingenio, velut alter orbis, includitur.* (f) *Adde tot egregias civitates; adde culta, inculta que omnia, vel fructibus plena, vel gregibus; adde auriferorum opes fluminum; adde radiantium metalla* (g) *gemmarum. Scio fabulas Poetarum, auribus mulcendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuiſſe miracula, quæ, ut ſint vera, ſunt ſingula. Nec jam excutio veritatem. Sint, ut ſcribitur,* (h) *Gargara proventu læta*

eſſerſi fatto Principe chi dovea da tutti, e fra tutti traſceglierſi. E in primo luogo voſtra madre ſi è la Spagna, la più felice di ogni altra terra, coltivata, ed arricchita colla maggiore parzialità dall'alto creator delle coſe; che non eſpoſta a' bollori del mezzogiorno, nè ſoggetta a' ghiacci della tramontana gode la temperie fra queſta e quello; che di quà cinta da' Pirenei, di là dalle onde dell' Oceano, quinci dal mar Tirreno, ſtà rinchiuſa, quaſi un'altro mondo, dalla mente provida della Natura. Si aggiungano tante ſegnalate città; campi e paſcoli, o di frutti, o di mandre ripieni; ſi aggiungano le ricchezze de' fiumi d'oro, le miniere delle gemme luminoſe. Sò che le favole de' Poeti, inventate per ſolleticare gli orecchi, predicarono di qualche nazione miracoli, che, ſebben veri, non ſono però che in queſta e quella diviſi. Nè quiſtiono della lor verità. Sieſi pure, come ſtà ſcritto, lieta Gargara per l'abbondanza delle bia-

a *Mater Hiſp.* De provincià Hiſpaniæ Gallæciâ, civitate autem Caucâ fuiſſe Theodoſium ſcribit *Idatius.*

b *Nec Auſtrinis.* Eadem ferè *Trogi Epit. l. ult. Neque, ut Africa, violento ſole torretur, neque, ut Gallia, aſſiduis ventis fatigatur, ſed media inter utrumque, hinc temperato calore, inde felicibus & temperatis imbribus in omnia frugum genera fecunda eſt,* &c.

c *Hinc.* Ad Septentrionem. *Auctor cit. Hæc inter Africam, & Galliam poſita Oceani freto, & Pyrenais montibus clauditur.*

d *Illinc.* Ad Occaſum, & Meridiem.

e *Inde.* Ad Ortum.

f *Adde,* &c. Confer locum hunc cum Auctoris citati deſcriptione Hiſpaniæ. Videtur etiam *Pacatus* reſpexiſſe ad *Virgil. Georg. l. 2,* dum Italiam laudat; *Adde tot egregias Urbes,* &c.

g *Gemmarum.* Plures in Hiſpaniâ naſci gemmas, ut Chryſoliton, Chryſtallum, aliaſque auctor eſt *Plinius lib. 37, cap. 9.*

h *Gargara.* Nomine hoc mons, & oppidum Troadis, non longè ab Ilio, dicebatur. De ipſorum maximâ ubertate fidem faciunt, quæ apud omnes ferè Poetas leguntur. Memorat & *Macrob. Sat. l. 5.*

Me-

ta triticeo ; (a) Movania memoretur armento ; (b) Campania cenſeatur monte (c) Gaurano ; (d) Lydia prædicetur amne Pactolo , dum Hiſpaniæ uni, quidquid ubique laudatur , aſſurgat. Hæc duriſſimos milites , hæc (e) experientiſſimos duces , hæc facundiſſimos oratores , hæc clariſſimos vates parit ; hæc judicum mater , hæc Principum eſt. Hæc (f) Trajanum illum , hæc (g) deinceps Hadrianum miſit Imperio ; huic te debet Imperium . Cedat his terris terra Cretenſis , (h) parvi Jovis gloriata cunabulis , & (i) geminis Delos reptata Numinibus , & alumno Hercule nobiles (k) Thebæ. Fidem conſta-

biade; Mevania ſi mentovi per le mandre; ſi pregi la Campania per lo monte Gaurano ; ſi predichi per lo fiume Pattolo la Lidia, purchè ſi rechi a vantaggio della Spagna ſola quanto nelle altre ſi loda. Ella produce ſoldati tollerantiſſimi , capitani di tutta ſperienza,oratori facondiſſimi, rinomatiſſimi poeti ; deſſa è madre di giudici, di Principi ; deſſa mandò al governo di Roma Trajano , poi Adriano ; a lei è di Voi debitore l'Imperio. Cedano a queſta , e Creta glorioſa per la culla di Giove bambino , e Delo , per cui carparono gl'Idii gemelli , e Tebe dal ſuo Ercole renduta illuſtre. Non ſappiamo ſe meriti fede ciò ,

a *Mevania*. Urbs olim Umbriæ, ubi nunc, ut creditur, *Bevagna*. Armentorum ferax prædicatur etiam apud *Lucan. l.* 1; *Tauriſciſ ubi ſe Mevania campis Explicat*.

b *Campania*. Italiæ regio in ditione Neapolitanâ, pinguis admodum, & dives ; nunc *Terra di Lavoro*.

c *Gaurano*. Gaurus mons vineis nobilis in Campaniâ modò dictâ, nunc *Monte Gerro*, ſeu *Garro*.

d *Lydia*. Aſiæ regio inter Joniam, Phrygiam , & Lyciam , nunc *Caraſia*. In eâ Pactolus fluvius, nunc *Sarabat*, qui arenas aureas terræ dicebatur; quare Chryſorhoas *Solino* dictus.

e *Experient. duces*. Non eſt prætermittendum, quod huic loco diſſonum refert *Juſtin. l. ult. c.* 2; *In tantâ ſæculorum ſerie nullus illis Dux magnus, præter Viriatum fuit* , &c.

f *Trajanum*. Qui urbe Italicâ natus , nunc *Sevilla la Vieja*, in provinciâ Hiſpaniæ Baticâ : *Claud. Laud. Sere.* de Hiſpaniâ ; *Principibus fœcunda piis , tibi ſæcula debent Trajanum*.

g *Deinceps Hadrianum*. Non quòd ipſe patriâ Hiſpanus fuerit, natus eſt enim Romæ , ſed quòd ejuſdem *origo poſterior ab Hiſpanienſibus manat* , juxta *Spartianum*.

h *Parvi Jovis*. Nota Fabula de Jove in inſulâ Cretâ nato, & enutrito. *Apollodor. l.* 1.

i *Geminis*. Dianâ , & Apolline fratribus, Latonæ filiis, in inſulâ Delo genitis. *Auctor eſt*. De Delo vide dicta ad *Pan.* 4, *c.* 18. Nota quòd hic *Pacatus reptare* verbo paulivè utitur , quemadmodum uſus eſt *Statius* , *Theb. l.* 5; *Et Nemeæ reptatus ager*. Cæterum active fere ſemper ab Auctoribus poni ſolet , ut innumera , quæ paſſim occurrunt exempla , teſtantur . Inter cæt: idem *Papin. Sylv. l.* 1, *Carm.* 2, *ſolo tu gloria noſtro Reptaſti*. Sic *Claud. l.* 2 *in Eutrop.* ; *Cunctantia pronus Per vada reptabat* . Item *Lucret. l.* 2; *Lanigeræ reptant pecudes*.

k *Thebæ*. Urbs celebris olim in Bœotiâ ad Iſmenum amnem , nunc *Stives* incolis.

Pa-

re neſcimus auditis; Deum dedit Hiſpania, quem videmus.

CAP. V. *ERat juſta compenſationis occaſio, ut qui de patriæ tuæ laudibus pauca dixiſſem, (a) Patris ſaltem virtutibus prædicandis prolixiùs immorarer. Sed quid faciam? Novam quamdam patior ex copiâ difficultatem. Quid, inquam, faciam? Qua (b) Rhenus, aut Vahalis vidit aggrediar? Jam ſe mihi Sarmaticâ cæde ſanguineus Iſter obiiciet. Attritam pedeſtribus prœliis Bataviam referam? Saxo conſumptus navalibus bellis offeretur. Redactum ad paludes ſuas Scotum loquar? Compulſus in ſolitudines avias omnis Alamannus, & utrque Maurus occurrent. Cùm igitur impediat turba dilectum; ad hoc tanti viri geſta præſtet in ſummam referre, quàm enumerando tenuare, dixiſſe ſufficiat, unum illum divinitus extitiſſe, in quo virtutes ſimul omnes vigerent, quæ ſingula in omnibus prædicãtur. An ſi ejus ſæculo mos ille vixiſſet, quo Romani duces (c) Macedo-*

ciò, che ſi legge; la Spagna ci diede un'Idio, che vediamo.

a *Periculis*. Gronovius, *Observat. l.2, cap.22*, teste Cellario, emendat *Pergulis* , nempe tugurìis: Bella profectò emendatio ; at cùm librorum fides desit, ipsâ uti non audeo.

b *Optimus*. Trajanum, ut puto, intelligit, *Optimum* cognomento, quem ab amicitiæ cultu laudat *Plin. Pan. cap.* 85. Non assentior conjecturæ *P. de la Baune* æstimantis innui Gratianum, & legentis *Optimos*.

c *Privatum*. Et quidem, *non domibus tantùm , sed sæculis rarum* inquit *Seneca de Benef. l.6, cap.33.*

Ha-

bus tuis Imperator tribuas, quod privatus optaras. Quanquam quæ capere vota potuerunt quod plerique, te Principe, consecuti sunt? Nec nunc de his honoribus loquor, quos in quemcunque conferre Imperatori necesse est. Dux aliquis evehitur? Exigit disciplina castrorum. Præfectus attollitur? Imponendum est provinciæ caput. Consul creatur? (a) Habiturus est nomen annus. Ita in summis illis pulcherrimisque beneficiis est (b) aliqua præstantis utilitas. A te novâ benignitate is amicis honos habitus est, qui totus esset illorum, quibus deferebatur, nihilque ex eo ad te redundaret, nisi dandi voluptas: Cui cùm essent domi filii, gemina illæ spes oculique Reipublicæ, dilatis eorum magistratibus, amicos Consulatu ornavit. Si mehercule vir ille divinus, felicitatis publicæ auctor, parens tuus viveret, quid aliud expectasset a filio, quàm ut nepotibus anteferretur? Præstitisti igitur amicis, quo plus nec Patri præstare potuisses. O benevolentia tua singulare consilium! Auges tempore dignitatem, quæ incrementum ex magnitudine non habebat. Renunciantur amici ante filios tuos Consules, quia non poterant plus esse, quàm Consules.

fanza; e donando Imperadore a' voſtri amici ciò, che bramavate lor da privato. E chi potea mai bramare quello, che ottennero i più di loro, divenuto Vo' Imperadore? Nè parlo adeſſo di quegli onori, che dar de' un Principe a chi ſi ſia. Si elegge un Generale? La diſciplina di guerra il ricerca. Un Prefetto? De' porſi il capo alla Provincia. Un Conſolo? Ha d'aver l'anno il ſuo nome. Così in queſti alti e nobili benefizi v'ha ſempre il pro di chi gli diſpenſa. Ma Voi con una nuova generoſità donaſte agli amici gli onori in guiſa, che tutti foſſero di chi riceveali, ed a Voi null'altro ne ridondaſſe, che il diletto del farli; a Voi, che avendo in caſa figliuoli, quelle due ſperanze e pupille della Repubblica, diſferendo il dar loro i maeſtrati, onoraſte del Conſolato gli amici. Se viveſſe quel divino Suggetto, autore della pubblica felicità voſtro Padre, che più avrebbe aſpettato egli dal figlio, ſe non di eſſere antipoſto a' nipoti? Donaſte dunque tanto agli amici, che allo ſteſſo Padre non potevate donar di più. O pruova ſingolare del voſtro amore! Aggrandiſte col tempo quella dignità, che di grandezza non potea creſcere. Si pubblican Conſoli prima de' voſtri figliuoli gli amici, perchè eſſer non potean più che Conſoli.

Eat Va-

a *Habiturus*, &c. Anni enim non alio modo diſtinguebantur, quàm a Conſulum vario nomine, ut ſatis conſtat.

b *Aliqua præſtantis*. Imitatus eſt noſter *Mamertini* locum, *Pan. ad Jul. c. 1.*

Eat

CAP. XVII. (a) *At nunc sui ostentatrix vetustas, & illa innumeris literarum vulgata monumentis jactet exempla.* (b) *Pirithoi fidem prædicet, & decantatum omnibus scenis* (c) *Phocæi juvenis laudet officium:* (d) *Pithyam etiam, si videtur, dicat, & Damona, quorum alter in amici morte se vadem obtulit, alter ad diem vadatæ mortis occurrit. Ut hæc esse vera credamus, quæ mendaciis vatum in plausus aptata* (e) *cavearum, fidem tempori debent, num præstare credendo plus possumus, quàm ut istos, qui amicitiæ laude censentur, amicorum fuisse, quàm sui diligentiores putemus? Sed cùm, instituente naturâ, plùs ferè filios, quàm nosmetipsos diligamus, omne vicit exemplum, qui amicos his prætulit, quos sibi præferebat. Sed tu quidem ad exonerandam debentium verecundiam, quæ in tuos confers, non vis videri præstare, sed reddere. Geramus tibi morem, & beneficiorum summas tuorum pro tuâ voluntate ducentes, quidquid familiaribus tuis tribuis, non expendi potiùs, sed rependi putemus. Enimvero cùm leviter cognitos,*

CAP. XVII. VAdasi ora l'antichità ostentatrice millantando gli esempli già divolgati da infinite memorie di lettere. Celebri la fedeltà di un Piritoo; esalti la sviscieratezza di quel giovane della Focide; parli, se anche le pare, di un Pizia, e di un Damone, l'uno de'quali si offerì mallevadore per la morte dell'altro, e questi se ne tornò il dì stabilito alla morte. Per creder ciò, che adattato dalle bugie de'Poeti agli applausi de'teatri deve al tempo la sua credenza, possiamo creder di più, che aver costoro, lodati cotanto di amicizia, amati più gli amici, che se medesimi? Or'amando noi dunqne per natura i figliuoli più che noi stessi, passa ogni esempio chi antipose gli amici anche a quegli, che antiponeva a se stesso. Voi però per sollevar del rossore gli obbligati volete, che quanto a'vostri donate sembri non già dono, ma ricompensa. Compiacciamvi; e formando a vostro talento la stima de'vostri benefizj, persuadiamoci che non sia dono, ma pagamento quanto dispensate agli amici. Quando poi ammontate tutti insieme gli onori, de'quali potrebbero

a *Eat nunc*. Usus antea hac figurâ *Quintilianus, Declam.* 9; *Eant nunc antiquarum conditores fabularum; & se ad exhortandam amicitiæ fidem magna quædam composuisse carminibus putent*, &c.

b *Pirithoi*. Cujus cum Theseo amicitia omnibus notissima.

c *Phocæi Jun.* Pyladem innuit Strophii viri Phocensis filium, summâ fide cum Oreste conjunctum.

d *Pythiam*. Seu *Pinthiam*, ut vult *Turneb. Adv. l.* 20, *c.* 13. Hujus cum Damone amicitiam fusè describit *Val. Max. l.* 4, *c.* 7. Pythagoreos hosce fuisse tradunt idem, & *Lactant. Div. Instit. lib.* 5, *c.* 18.

e *Cavearum*. Theatrorum. Partem pro toto sumit, seu continens pro contento: Est enim cavea, cum de Theatri sermo est, area illa in medio Theatri, in qua stant spectantes. Pari modo caveam pro spectatoribus usurpavit *Statius, Theb. l.* 6; *Nisi Arduus Hippomedon, cavea stimulante tulisset*.

Her-

tos , aut etiam ſemel viſos iis honoribus ſimul ditas , quibus & amici poſſent eſſe contenti , nonne omnibus vis probare , amicum tibi eſſe , qui bonus ſit ? Cuicunque quid publici mandatum fuerit officii , premium ſpondetur , & redditur . Sibi humilitatem , & tenebras ſuas imputet jacens virtus , qua non obtulit ſe probandam : Quod conſcientiæ tuæ ſufficit , honoratus eſt , qui probatus.

bero appagarſi gli amici ſteſſi, anche ſopra chi conoſcete appena, e forſe una volta ſola vedeſte, non volete moſtrare, che voſtro amico ſi è chi è dabbene? A chiunque ſi dà pubblico maneggio, ſi promette anche, e ſi dà il guiderdone. Incolpi di ſua baſſezza, di ſua viltà ſe medeſima quella virtù, che non preſentoſſi alla pruova. Reſta onorato chi è conoſciuto; e così baſta per la voſtra coſcienza.

CAP. XVIII. *VElim tamen dicas unde , cùm tantis promiſſa perſolvas , quid cui promiſeris ſcias ; nec te vel Reipublicæ cura , vel ipſa illa tuorum beneficiorum turba confundat , ut parcior tardiorve , tempore quem modove decipias . Quis debitor verecundus ita mutuum ad diem reddit , ut tu , quod promittis , appendis ? Nec imponi negligentibus arbitreris . Quotidie in beneficia tua quærimus , & memoriam convenimus ; & , nè ſingulis inſidietur oblivio , cum altero quiſque conferimus : Unum invenire non poſſumus , cujus ſpem atque expectationem non dicam fefelleris , ſed (quæ delicatior eſt querela) diſtuleris . Solamne me , Imperator , benevolentiam tuam mirari putas ? At ego miror etiam memoriam , Nam cui (a) Hortenſio , Lucullove , vel Cæſari tam parata unquam affuit recordatio , quàm tibi ſacra mens tua loco momentoque ,*

CAP. XVIII. VOrrei che mi diceſte come, mantenendo le promeſſe a tanti, vi ſovvenga di che, ed a chi le abbiate fatte; nè vi confondan'o i penſieri pubblici, o la folla ſteſſa de' benefizj, ſicchè o più riſtretto, o più tardo non inganniate alcuno o nel tempo, o nel modo. Qual debitor sì modeſto rende l'impreſtito il dì appuntato, come Voi ſoddisfate alle promeſſe? Nè crediate già di poterci ingannare. Si parla tutto dì de' voſtri favori; ne conſultiamo la memoria; e perchè alcuno non ſe ne ſcordi, ce li comunichiam l' uno all' altro. Non poſſiamo trovare alcuno, di cui abbiate non dirò ingannata, ma neppure differita (che ſarebbe una querela più dolce) la ſperanza, e l'aſpettazione. Credete, Imperadore, che io ſtupiſca della voſtra benivolenza? Ammiro anche la voſtra memoria. Imperciocchè a quale Ortenſio, a qual Lucullo, a qual Ceſare toc-

quo

cò

a *Hortenſio*, &c. Mentionem inter cæteros *Cicero* non ſemel facit Hortenſii, Lucullique memoriæ. De Cæſare *Plin. lib. 7, cap. 25.* Plurima memoriæ admirandæ exempla refert *Jonſtonus, Thaumatogr. Cl. uls. cap. uls.*

Aſſi-

quo jusseris, reddit omne depositum? Utrum te tamen ipse admones; an, ut illi majestatis tuæ participi Deo feruntur (a) assistere fata cum tabulis, sic tibi aliqua vis divina subservit, qua, quod dixeris, scribat & suggerat? Nihil ita primoribus labiis polliceris, quin promisso fidem subdas, & verba re sancias. Nemo jam, nemo beneficia, quæ dederis, ab eo credit tempore computanda, quo dederis, quia tam sint certa, quæ spondes, ut tum videantur accepta, cùm spondes.

cò una ricordanza sì pontuale, come à Voi la mente voſtra divina rende in che luogo e quando volete ciò, che le conſegnaſte? Vi avviſate Voi ſteſſo? O, come a Giove partecipe della voſtra maeſtà ſi dice che aſſiſtano colle note i deſtini, così forſe vi ſerve una intelligenza divina, che ſcriva e ſuggeriſca quanto diceſte? Incominciate appena a far la promeſſa, che toſtamente la mantenete, ed accreditate le parole co' fatti. Non ſi contano i voſtri favori da quando gli diſpenſate; ſendo ſicure tanto le voſtre promeſſe, che già quelli ſembrano ricevuti quando ſeguon coteſte.

CAP. XIX. *JAm idipsum quòd ante promittis, nonne de summo purissimæ mentis candore proficiscitur? Nam cujus est animi nec vota hominum fatigare, nec adhibere muneribus artem difficultatis, sed denunciare præstanda, ut & prolixior sit sensus bonorum, nec repentina felicitas faciat attonitos, & similes reddat ingratis? Animos enim nostros, subitis affectibus impares, proinde lætitia ac dolor, si deprehendat, externat. Annon (b) illa Romana pietatis notissima mater, nuncio mali Cannensis exterrita, filio reduce quem flebat, (c) diriguit in mor-*

CAP. XIX. E Il promettere anzi che dare non vien'egli dalla ſomma ſchiettezza della mente voſtra puriſſima? Che pruova di animo grande ſi è mai coteſta! Non iſtancare i deſiderj degli uomini, non uſare ne' donativi l'arte della difficoltà, ma avviſar del favore, che ſi deſtina; onde e ſia più lungo il godimento del bene, e la felicità improvviſa non iſtordiſca, e renda come ſimili a ſconoſcenti gli favoriti. Imperciocchè il noſtro animo, inferiore agli affetti non preveduti, nulla men reſta oppreſſo dall'allegrezza, che dal dolore. Quella madre Romana di sì pa-

le-

a *Assistere fata.* Auctor *Turneb. l. 27, c. 2; Existimasse antiquos, fata Jovi præsto fuisse semper, & apparuisse, in tabulis & codicillis ejus decreta perscripsisse; proinde quasi scribæ in cœlo essent.* &c.

b *Illa Romana*, &c. Notiſſima Hiſtoria. Videtur noſter ſecutus *Plinium l. 7, c. 53*, qui factum tradit poſt prælium ad Cannas. Alii poſt cladem Romanis illatam ad Traſymenum contigiſſe ſcribunt.

c *Diriguit.* Friguit; unde *Virgil. Æneid. lib. 4; Frigida mors*; & *Lucret. lib. 6; lethi frigore.*

Di-

mortem , nec par esse gaudio potuit , quæ superfuerat orbitati ? Conscius igitur cœlestis arcani , & naturalium depositorum , mavis hominibus sperata procedere , quam insperata supervenire beneficia . Nec immeritò ; namque fugitiva successuum repentinorum voluptas , ut occupat , sic relinquit ; felicitas longior est expectare securum . Itaque cùm hactenus a naturâ esset statutum , ut bona sua homines nescirent , ut tum primùm inciperent felicitate gaudere cùm cepissent esse felices , tu promittendo præstanda inveniisti tempus , quod natura subtraxerat , ut quos adepta solùm juvabant , etiam adipiscenda delectent .

lese pietà , spaventata all'avviso della strage di Canne , non cadde morta , veduto ritornare il figliuolo, che piagneva perduto, nè potè tollerare la forza di quell'allegrezza quella, ch' era sopravivuta alla perdita ? Voi dunque pratico de' segreti del Cielo , e degli occulti ordini della natura volete , che giungano sperati agli uomini i benefizj , anzi che li sorprendano non aspettati : Nè senza ragione; poichè il contento fuggiasco di un'avvenimento improvviso, come sorprende gli animi, così gli lascia; è una più lunga felicità l'attendere con sicurezza . Perciò , sendosi finor voluto dalla natura, che fosse agli uomini nascosto il loro bene, ed incominciassero solo allor'a godere felicità , quando ad esser felici , Voi con promettere l'avvenire trovaste un tempo levatoci dalla natura ; onde se piaceva una volta sol ciò che si era acquistato , godasi or, anche quello , che si deve acquistare .

CAP. XX. *PAri benignitate , cùm plures honoribus afficere velles , quàm honorum loca admitterent , & angustior esset materia voluntate , nec mentem tuam , quamvis diffusum , caperet Imperium , quem nondum aliquo provexisti gradu , tamen dignatione es solatus . Atque haud scio , an quibusdam consolatio ista sufficerit . Ille cohonestatus affatu , ille mensâ beatus , ille osculo consecratus est . Ita omnibus , qui , te Principe , sibi jure confiderent , aut processit dignitas , aut satisfecit hi-*

CAP. XX. COsì ancora , volend' onorar più persone , che non ne potean ricever le cariche, e sendo più ristretta del genio la materia, nè potendosi capir dall' Imperio , benchè vastissimo , la vostra mente , chi non fu alzato a dignità riceve però la consolazione di esserne giudicato degno da Voi . Nè so se certi sienſi sol così consolati . Chi fu onorato di parole , chi graziato di un pranzo , chi divinizato di un bacio . Così chiunque sotto al vostro principato in Voi confidò, o ricevè onori , o fu sod-

dis-

humanitas ; humanitas , inquam , quæ tam clara in Imperatore , quàm rara eſt . Nam , cùm indiſcreta felicium pediſſequa ſit ſuperbia , vix cuiquam contigit & abundare fortunà , & indigere arrogantiâ . Cujus quidem ita majores noſtros pertæſum eſt , ut graviorem ſemper putaverint ſervitute contemptum , ejuſque impatientiâ ſint coacti poſt (a) *bellatores Tullos* , (b) *Numaſque ſacrificos , & Romulos conditores regnum uſque ad nomen odiſſe . Denique ipſum illum* (c) *Tarquinium execratione poſtremâ hoc damnaverunt maledicto ; & hominem libidine præcipitem , avaritiâ cæcum , immanem crudelitate , furore vecordem vocaverunt* Superbum , *& putaverunt ſufficere convitium . Quòd ſi per rerum naturam liceret , ut ille Romanæ libertatis aſſertor , regii nominis* (d) *Brutus oſor , precariæ redditus vitæ ſæculum ſuum cerneret ſtudiis virtutis , parſimoniæ , humanitatis imbutum ac refertum ; nullum toto orbe terrarum ſuperbiæ , libidinis , crudelitatis extare veſtigium ; jam te ipſum quà publicè , quà privatim videret priſcorum duritiæ Ducum , caſtitate*

disfatte di corteſia ; di corteſia sì, che riſplende tanto in un Principe, quanto ſi è rara. Poichè, ſendo la ſuperbia compagna inſeparabile di chi è felice , toccò appena ad alcuno abbondar di fortuna, ed eſſere ſcarſo di tracotanza. Di che ne rincrebbe tanto a' noſtri maggiori, che giudicarono ſempre più intollerabile del ſervire l'eſſere ſpregiati da' Principi ; e d' impazienza furono aſtretti, dopo un Tullo guerriero, un Numa religioſo, ed un Romolo fondatore ad odiare del regno per fino il nome. Condannarono finalmente per ultimo degli oltraggi con queſta maledizione quel Tarquinio ; e colui ſtrabocchevole di ſfrenatezza , cieco di avarizia, accanito di crudeltà , di furore impazzito ſoprannominarono *il Superbo* , giudicando una cotal'onta baſtevole. Or ſe poteſſe quel Bruto, vendicatore della libertade di Roma, nimico del nome reale, rimeſſo per brieve tempo in vita, vedere il ſecol voſtro imbeuto e pieno di valore, di parſimonia, di umanità ; non vedeſſe in luogo alcuno del mondo un menomo ſegno di ſuperbia, d'incontinenza, di ſpietatezza; Voi poi vivente sì in privato, come in pubblico

col-

Pon-

a *Bellator. Tullos*. Tullum Hoſtilium intellige, tertium Romæ Regem. *Hic*, juxta *Flor. l.* 1, *c.* 3, *omnem militarem diſciplinam, artemque bellandi condidit*; & *c.* 8, *ille militiæ artifex Tullus*, &c.

b *Numaſque ſacrif.* Numa ſecundus Regum *ſacra, & cæremonias, omnemque cultum Deorum immortalium docuit*. *Idem cap.* 2. Romulum verò jam ſciunt omnes Urbis Conditorem, primumque Regem fuiſſe.

c *Tarquinium*. Ultimum Regem, *cui cognomen Superbo ex moribus datum*, *Idem, cap.* 7, *lib.* 1.

d *Brutus*. Qui Tarquinios expulit regno, primuſque Conſul vindicatæ in libertatem Reipublicæ fuit.

Pontificum, Consulum moderatione, (a) petitorum comitate viventem, (b) mutaret profectò sententiam tantò post suam, & cùm Romanam dignitatem ac libertatem probaret meliore in statu, Imperatore te, esse, quàm Consule se fuisset, necessariò fateretur, Tarquinium submoveri debuisse, non regnum.

colla rigidezza di uno degli antichi Generali, colla castità de' Pontefici, colla moderazione de' Consoli, colla sommissione de' dimandanti, cambierebbe certamente pensiero dopo un tempo sì lungo; e provando, essere il decoro e la libertà di Roma più saldi sotto all'Imperio vostro, che sotto al suo Consolato, confesserebbe a forza, che Tarquinio levar si dovea, non il regno.

CAP. XXI. *Sed quod facere magnas urbes ingressi solemus, ut primùm sacras ædes, & dicata Numini summo delubra visamus, tum fora, atque gymnasia, & pro suis extenta porticibus ambulacra miremur, ita in laudibus tuis sanctos Palatii ritus, & priscis aquanda cæremoniis instituta venerati, gradum ad illa proferimus, quæ in medio constituta, & ad publicos usus facientia, non partim, sed in commune conducunt, nec parietibus, sed orbe claduntur, nec tecto, sed Cœlo operiuntur. Velut primum illud est, nè statim summa captemus, quòd creber egressu expectantibus populis te fateris; nec videri modò patiens, sed facilis adiri, e proximo accipis vota hominum tuorum; ut quisquis ille consultor est, etiamsi meruerit, quod est rarum, repulsam, ferat tamen (c) ut si Nu-*

CAP. XXI. MA com' entrati nelle città più cospicue siam soliti visitare in primo luogo le sacre fabbriche, ed i templi consecrati al Nume lor tutelare, poi le piazze, le scuole, i portici, colle lor camminate, così nelle vostre lodi, dopo aver venerati i sacri riti, e le regole della Corte, degne di paragonarsi colle antiche cerimonie, mi avanzo a ciò, che posto in palese, ed a comun uso non giova solo a' privati, ma al pubblico, ristretto non fra i termini delle pareti, ma fra quelli di tutto il mondo, e coperto non da un tetto semplice, ma dal Cielo. Come si è prima, per non dar tosto di piglio al più ragguardevole, il vostro esporvi con uscir di frequente al popolo, che vi attende; e lasciandovi, non sol vedere, ma con facilitade accogliendo, il ricevere da vicino i voti delle persone; onde

a *Petitorum.* Candidatorum, quibus magna comitas & humanitas præstanda. Inanis igitur meo judicio conjectura est legentium *Pratorum.*

b *Mutaret.* Similis *Claudiani* locus; *Nunc Brutus amaret Vivere sub regno tali*, &c.

c *Ut si.* Sic reposui, ut in nonnullis est, fretus insuper auctoritate *M. S. D. Marci.* Alii legunt *visi.* Alii *ut sui.*

Quos

Numinis conſcientiam. At quàm alter illorum Principum mos fuit ((a) *quos loquar notum eſt*), *qui majeſtatem regiam imminui & vulgari putabant, niſi eos intra repoſitum Palatina ædis incluſos, tanquam aliquod* (b) *Veſtale ſecretum, veneratio occulta conſuluiſſet; niſi intra domeſticam umbram jacentes ſolitudo proviſa, & ſilentia latè conciliata vallaſſent. Quin ſi quando in lucem venire, & diem ferre potuiſſent,* (c) *lecticis thenſiſque ſubvecti, & denſiſſimâ circùm ſupraque cooperti virorum armorumque teſtudine, ſenſim atque ad numerum movebantur; tum longè populus abigebatur, nec otioſa* (d) *viatoris manus plebem verbere ſubmovebat, ut ſecretum eſſet in publico. At noſter hic omnibus ſpectandus affertur; nec magis communem hunc diem atque ſolem, quàm noſtrum Imperatorem videri licet. Quin, cùm vicinum habeant permiſſa faſtidium, nunquam iſte mirantes explet oculos; magis magiſque viſus expetitur, & (novum dictu!) præſens deſideratur.*

de chiunque vi ſi preſenta, quando anche meriti la ripulſa, ciò ch'è di rado, la ſopporta però, come il voler di un'Idio. Quanto diverſa ſi fu la pratica di que' Principi (intendeſi di chi parlo) i quali credeano, ſcemarſi ed abbaſſarſi troppo la maeſtà di Monarca, ſe rinſerrati fra' ripoſtigli di caſa non ſi conſultavano con una ſegreta venerazione, come un'arcano non inferiore al Veſtale; ſe mentre giaceanſi all' ombra del Palazzo, non erano preſidiati da una ben' aſſicurata ſolitudine, e da un'ampio ſilenzio? Che ſe poteano uſcir talor' alla luce, e ſoffrir la faccia del giorno, portati a ſpalle dentro cocchi e lettighe, tutti coperti di un numero foltiſſimo d'uomini e d'armi, paſſo paſſo ed a battuta moveanſi. Riſpigneva-ſene il popolo; e da' littori, che ſempre ſtavano in moto, allontanavaſi con battiture la plebe, per rendergli ſegreti anche in pubblico. Ma queſto noſtro ſi porta alla viſta di tutti; e poſſiam tutti mirare il noſtro Imperadore nulla men del giorno, e del ſole. Deſſo anzi, benchè ſoglia annojar la frequenza, non mai ſazia baſtevolmente gli occhi di chi lo guarda; ſebben veduto più e più ſi cerca; ed (oh non più inteſa coſa!) quando anche è preſente ſi brama.

Mi- Stu-

a *Quos loquar*, &c. Non repetam dicta ad *Plin. Pan. cap.* 24, quæ tu mi Lector vide.

b *Veſtale*. De Veſtalium igne dictum ad *Pan. ſuper. c.* 8.

c *Lecticis*. De hiſce pariter ad *Plin. c.* 24, & ad *Mamert. cap.* 30. Thenſæ autem fuere genus aliud vehiculi, præcipuè ſacri, linteis etiam obducti.

d *Viatoris*. Vide dicta ad *Plin. cap.* 77.

CAP. XXII. *Miremur, in urbibus tuis, & a tuis populis te videri, quem ferè nulla in solo suo natio externa non vidit; idque ita creberro, ut penè tam notus sit Barbaris vultus iste, quàm nobis? Nec frustra, cùm æstates omnes foris, hiemes domi ducens, civibus hostibusque pari sorte anni spatia diviseris; & si qui forte sunt Barbarorum, qui nondum virtutis tuæ fulmen exceperint, nominis terrore perculsi, & velut afflati quiescant. Tua enim, Imperator, auspicia non hæc tantùm gentes tremunt, quas ab orbe nostro silvarum intervalla, vel flumina, montesve distinguunt, sed quas æternis ardoribus inaccessas, aut continuâ hieme separatas, aut interfusis æquoribus abjunctas Natura disterminat. Non (a) Oceano Indus, non frigore (b) Bosphoranus, non Arabs (c) medio sole securus est; & quò vix pervenerat nomen ante Romanum, accedit Imperium. Dicamne ego receptos ad servitium (d) Gothos castris tuis militem, terris sufficere cultorem? Di-*

CAP. XXII. Stupiremo che siate nelle vostre città, e da'vostri popoli veduto Voi, cui vide nelle sue terre ogni quasi nazione straniera? E così di frequente, che questa faccia è quasi conosciuta sì a'Barbari, come a noi? Nè ciò senza frutto; poichè passando tutte le stati alla campagna, i verni nelle città, dividete a'cittadini, ed a'nimici con egual sorte lo spazio dell'anno. E se pur v'ha fra'Barbari chi non pruovò ancora i fulmini del vostro valore, desto però si appiatta abbattuto, e quasi sbalordito al terrore del vostro nome. Imperciocchè non tremano, Imperadore, al vostro comando le sole genti divise dal nostro mondo da selve, da fiumi, o da monti, ma le stesse smembrate dalla natura, o inarrivabili per lo continuo bollore, o impraticabili per un verno perpetuo, o separate da'vasti tratti del mare. Non sono sicuri nel lor'Oceano gl'Indiani, non gli abitanti del Bosforo nel loro freddo, nè gli Arabi nel lor meriggio; e dove appena era giunto prima il nome di Roma, ora vi si avanza l'Imperio. Dirò che i

Goti

a *Oceano*. Arabico, & Indico Mari, quod Indiam ab Occidente, & Meridie alluit. Indiam tamen a Romanis regionibus disterminare videtur Sinus Persicus; sed fortasse ad hunc ipsum Nostter respexit, quem translatè Oceanum appellavit.

b *Bosphoranus*. Bosphori Incola, ubi nunc pars Tartariæ Precopensis. Respexit enim Pacatus, ut puto, ad Bosphorum Cymmerium, per quod Euxinum mare in Mæotidem intrat, non ad Bosphorum Thracium, qui Meridionalior est, inter Byzantium scilicet hinc in Europâ, illinc Chalcedonem in Asiâ.

c *Medio Sole*. Est enim Arabia sub ipsa Solis viâ, ubi maximus æstus.

d *Gothos*. De hisce non semel jam dictum. Confirmat Pacati verba de iisdem ad servitium receptis *Orosius l.7, c.34; Universæ Gothorum gentes, Rege defuncto* (Athanarico) *aspicientes virtutem, benignitatemque Theodosii, Romano se Imperio dedidêrunt*.

Go-

Dicam a rebellibus (a) *Saracenis pœnas polluti fœderis expetitas? Dicam interdictum* (b) *Scythis Tanaim, & imbelles arcus etiam* (c) *fugientis Albani? Quæcunque natio Barbarorum robore, ferociâ, numero gravis nobis fuit, aut boni consulit ut quiescat, aut lætatur, quasi amica, si serviat. Persis ipsa, Reipublicæ nostræ retro æmula, &* (d) *multis Romanorum Ducum famosa funeribus, quidquid unquam in Principes nostros inclementiùs fecit,* (e) *excusat obsequio. Denique ipse ille Rex ejus, dedignatus antea confiteri hominem, jam fatetur timorem, & in his te colit templis, in quibus colitur; tum legatione mittendâ, gemmis sericoque prabendo, adhuc triumphalibus belluis in tuâ essedâ suggerendis, etsi adhuc non est foederatus, jam tamen tuis cultibus tributarius est.*

Goti venuti al servizio somministrarono soldati bastanti all'esercito, e lavoratori alle terre? Dirò, che pagaron la pena della violata alleanza i Saraceni rubelli? Dirò, che vietossi agli Sciti il passo del Tanai, e si renderon da nulla anche gli archi degli Albani fuggiaschi? Ogni nazione di Barbari, che ci fu mai di aggravio o per la forza, o per la ferocia, o per lo numero, ora si appaga di starsi in quiete, o si rallegra di essere amica servendo. La stessa Persia, già rivale della nostra Repubblica, ed insigne per lo scempio di più Generali di Roma, scusa coll'ossequio quanto usò barbaramente contro de' nostri. Lo stesso suo Re finalmente, che sdegnava una volta di confessarsi per uomo, confessa già il suo timore, e ne' templi, dov'egli è adorato, vi adora; poi collo spedirvi ambasciadori, col regalarvi di gemme, e di sete, col somministrar fiere al vostro cocchio di trionfo, sebbene ancora non è alleato, negli onori però che vi rende comparisce vassallo.

Ne

Ma

a *Saracenis*. De iisce, Arabiæ populis, plura *Sozomen. Eccl. Hist. l. 6, c. 28.* Quid verò contra illos Theodosius gesserit, non invenio.

b *Scythis*, &c. Scythæ olim duplices, Asiatici, & Europæi; isti ubi nunc ferè Tartaria Precopensis, illi ubi Tartaria Magna. Hos ab illis distinguit Tanais fluvius nunc *Don* in Moscoviâ ortus, qui in Mæotidem lapsus Asiam pariter ab Europâ dirimit. *Oros. loc. cit.* de Theodosio; *Maximas illas Scythicas gentes, &c. incunctanter aggressus, magnis multisque præliis vicit.*

c *Fugientis Alb.* Hos, puto, Noster cum Parthis conterminis miscet, de quibus jam notum, præliari fugiendo consuevisse. Sunt autem Albani ad Caspium mare, ubi nunc fere *Zuiria*, & *Zirrachan*. De ipsis fusè *Strabo, l. 11.*

d *Multis Rom* Nota Crassi cædes. Ex ipsis etiam Augustis Valerianus ad ilsdem captus, ac post miserandam servitute ii excoriatus est, ac sale conspersus; Julianus quoque in pugnâ contra eosdem periit.

e *Excusat obsequio.* Confirmat *Orosius, l. 7, c. 34; Claudian. de VI Consul. Hon.* Te linguis variæ gentes, missique rogatum Fœdera Persarum proceres sum patre sedens Hæc quondam videre Domo, &c.

CAP. XXIII. *NE tamen, Imperator, existimes, cuncta me ad aurium gratiam locuturum, triumphis tuis* (a) *Gallicis, stupeas licebit, irascimur. Dum in remota terrarum vincendo procedis, dum ultra terminos rerum, metasque naturæ regna Orientis extendis, dum ad illos primæ lucis indigenas, & in ipsum, si quod est, Solis cubile festinas, invenit* (b) *Tyrannus ad scelera secretum. O quàm parvis veniunt summa mala principiis! Sic in ultimum prope Italici generis excidium, effracto* (c) *Cnei Lentuli ludo,* (d) *mirmillonum agmen emicuit: Sic bella Consulibus ancipiti Marte pugnata* (e) *Cilix pirata conflavit: Sic tenentibus arma fu-*

CAP. XXIII. MA perchè non crediate, Imperadore, ch'io voglia in tutto solleticarvi gli orecchi, ce la prendiamo noi nella Gallia co' vostri trionfi. Stupite? Mentre vi avanzate colle vittorie nelle parti rimote del mondo; mentre oltre a' confini delle cose, ed alle mete della natura stendete l'Imperio di Roma verso l'Oriente; mentre vi affrettate verso dove spunta la luce, e verso lo stesso letto del Sole, s'esso pur v'ha, truovò segreti mezzi per un gran misfatto quel Tiranno. Oh da quanto minuti principj nascono i mali maggiori! Così, rotto il serraglio di Gn. Lentulo, ne uscì un'esercito di gladiatori all'ultimo sterminio quasi del sangue dell'Italia: Così accesero i Corsali della Cilicia la guerra fatta con dubbiosi avvenimenti da' Consoli; Così, im-

a *Gallicis*. Miror, vocem hanc non multum negotii Criticis facessisse; cur enim triumphos Gallicos memoret, dum conqueritur de Theodosii gestis in Oriente? Legerem libenter *alibi*, aut, unà demptà syllabà, *Galli*; nec me conjectura fallit, ut puto, ut sit sensus; nos Galli irascimur triumphis tuis, nam dum in Oriente triumphas, invenit Tyrannus apud nos ad scelera secretum.

b *Tyrannus*. Maximus nempe, qui, imperante Gratiano, tyrannidem in Britanniâ arripuit, direque, per Gallias præsertim, pluribus annis exercuit. Hunc nonnulli tradunt, e Constantini Magni genere fuisse; omnes autem ferè strenuum ipsum, bellicâque virtute clarum prædicant. Victus est ad Sisciam amnem a Theodosio, tandemque ab ejus militibus Aquilejæ interfectus, Anno C. 388. Fusè Pacatus hæc capitibus sequentibus prosequetur.

c *Cn. Lentuli ludo*. Palæstrâ Gladiatoriâ, quæ Capuæ erat. Refert *Flor. l.* 3, *c.* 20; *Spartacus, Chrysus, Oenomaus, effracto Lentuli ludo, cum triginta haud amplius ejusdem fortunæ viris eruperunt Capuâ*, &c. Fuitque Anno ab V.C. 680, circiter.

d *Mirmillonum*. Speciem pro genere Gladiatorum usurpat. Fuere enim illi, qui armaturâ tecti cum Thracibus plerunque, nonnunquam & cum Retiariis pugnabant, e Galliâ ut plurimum; unde & Galli dicebantur.

e *Cilix Pirata*. Latrones e Ciliciâ Asiæ provinciâ ad Mediterraneum, qui *rupto fœdere generis humani, sic maria bello, quasi tempestate præcluserant*, *Flor. l.* 3, *c.* 6. Victi ipsi primùm a P. Servilio Isaurico *non intruentâ victoriâ*; mox everti funditus a Pompejo. Perperam autem *Pacatus* dicit Consulibus, nam unus tantum P. Servilius Isauricus tunc Consul pugnavit; Appii Claudii Pulchri ejusdem Collegæ mentionem fieri non lego. Bellum contigit A. ab V.C. 674.

Fu-

(a) *fugitivis, Romana diu pila ceſſerunt ferro ergaſtulorum. Quis non ad primum novi ſceleris nuncium hominem riſit? Nam res infra dignitatem iracundiæ videbatur, cùm pauci homines, &* (b) *inſulani totius incendium continentis adolerent, &* regali *habitu* (c) *exulem ſuum illi* (d) *exules orbis induerent? At quantos parturiebat Fortuna motus; quantum Reipublicæ malum peſtis augenda, quantam ibi gloriam reſtinguenda ſervabat? Præcipuè cùm perfidiâ ducum, defectione legionum contra Rempublicam foret verſum quicquid pro Republicâ fuerat armatum.*

impugnateſi le armi da'ſervi fuggiaſchi, cedettero per lungo tempo al ferro degli ergaſtoli i lanciotti di Roma. Chi di colui non ſorriſe al primo avviſo di quella nuova ſcelleratezza? E non era già d' adirarſi, che accendeſſero fiamme per tutto quel continente pochi iſolani; e che quegli sbanditi dal mondo veſtiſſero un fuoruſcito di manto reale. Ma quanti ravvolgimenti cagionava la ſorte! Quanto danno andava preparando alla Repubblica col ſuo creſcere quella peſte; quanta gloria ſi riſervava per Voi, che dovevate ſterminarla! Sendoſi ſpecialmente per la mislealtà de'capi, e per la ribellione dell' eſercito rivolto contro della Repubblica tutto ciò, ch'era ſtato armato per ſua difeſa.

CAP. XXIV. *NOlo tamen uſquequaque miſerarum vel factum onerare, vel fatum, qui, dum carnifici purpurato tuâ ſe & affinitate & favore jactanti infeliciter credunt, graviſſimum omnium nefas fecerunt affectu innocentium. Intelligo quàm difficilem in locum ſcopuloſumque devenerim: Nam cùm revolvi id lu-*

CAP. XXIV. NOn voglio però aggravar quello, fieſi deſſo misfatto, o deſtino di quegl'infelici, che mentre affidano miſeramente ſe ſteſſi a quel porporato manigoldo, che millantavaſi di eſſer voſtro congiunto, ed aſſiſtito da Voi, commiſero con un cuore da innocenti una graviſſima colpa. Or mi appongo a che difficil' e ſcabroſo paſſo io ſia giunto; poi-

chè,

a *Fugitivis*. Servis, quos quidam Syrus ad arma ſuſcitaverat, coacto ex iiſdem, *jure belli fractis ergaſtulis, ſexaginta amplius millium exercitu*. Flor. *l.*3, *cap.*19. Contigit Bellum illud A.ab V.C.618.

b *Inſulani*. Britanni; nam tyrannidem Maximus in Britanniâ exorſus eſt. *Victor*; *Paul.Diac.l.*1; *Zoſim.l.*4.

c *Exulem*. Veluti profugum a patriâ, dicitur enim a *Zoſimo* Hiſpanus natione fuiſſe.

d *Exules illi*. Britanni a continente ſepoſiti, veluti ab eodem exules. Sic & *Virgil.Eclog.*1; *Et penitus toto diviſos Orbe Britannos*.

(a) *luſtrale juſtitium aures tuæ reſpuant , laudes petant , gloriæque interſit ad præſentium commendationem bonorum mala decurſa reputari , contra verò clementia ſumma beneficium ſuum malit imminui , quàm triſtium enumeratione cumulari , neceſſe erit , me vel tacentem publica incommoda , vel loquentem , aut ingratum virtuti , aut oneroſum eſſe pietati . Sed tamen , Imperator , exiguam ſenſibus tuis injunge patientiam; nam ſi dulcis (b) in bonis miſeriarum recordatio eſt , ſi nautas tempeſtatum , ſi medicos juvat meminiſſe morborum , cur non tu quoque mala noſtra audias , ut tua beneficia recognoſcas ? Unde igitur ordiar , niſi a tuis , mea Gallia , malis , quæ ex omnibus terris , quas illa peſtis inſederat , haud injuriâ tibi vindicas privilegium miſeriarum , non auribus modò , quarum ſenſus eſt levior , ſed coram oculis ferre compulſa (c) victoriam Maximi , interitum Gratiani ? Alta licèt vulnera (quod fatendum eſt) proximus nobis Italus ,*

chè , ricuſando le voſtre orecchie, ma chiedendo le voſtre lodi , che ſi ritocchino que'cinque anni di tirannia; e ſendo intereſſe della gloria , che ſi riguardino i mali traſcorſi per ingrandire i beni preſenti , volendo per lo contrario la ſomma voſtra clemenza, che al ſuo benefizio ſi tolga anzi che aggiungaſi col racconto delle miſerie, forza ſarà, che io ſia, o ingrato al valore col tacer i pubblici danni , o gravoſo alla pietade col raccontarli . Pure intimate a' voſtri ſentimenti , Imperadore, una lieve tolleranza; poichè , ſe nelle felicitadi è ſoave la memoria delle miſerie , ſe diletta i nocchieri il mentovar le burraſche , i medici le malattie , perchè non riudirete ancor Vo'i noſtri mali per riconoſcere i voſtri benefizj? Donde incomincierò dunque , ſe non dalle tue ſventure , ò mia Gallia , che fra tutte le terre invaſe da quella peſte con ragione ti vanti di aver avuto il primato delle ſfortune ; coſtretta non a ſolo aſcoltare , di che il ſenſo ſi è più leggero, ma a vederti di ſotto agli occhi la vittoria di Maſſimo , la morte di Graziano ? Mo-

ſtra-

a *Luſtrale juſt.* Tyrannidem quinquennalem , quæ per luſtrum ſcilicet , hoc eſt quinquennium duravit . Juſtitium verò tyrannidem Maximi dicit, quod tunc temporis a Tyranno nefario jus redditum non ſit ; quod fieri olim ſolebat quando juſtitium propter calamitatem quampiam Romæ indicebatur , qua de re vide *Livium* non uno loco . Et licèt Maximus idem nonnullas tulerit leges, ab Imper. Theodoſio tamen damnatæ fuerunt , ut notat *Balduin.* ex ipſo *Cod. Theodoſ.* Juſtitii nomine in hoc ſenſu utitur & *Lucan. l.5; Cæſar habet vacuaſque domos , legeſque ſilentes , Clauſaque juſtitio triſti fora* , &c.

b *Dulcis* , &c. Dictum prius fuerat a *Senecâ* , *Herc. Fur. A.3, S.4; Quæ fuit durum pati meminiſſe dulce eſt* ; & a *Statio* , *Sylv. l.5; Dulce loqui miſeris , veteriſque reducere queſtus* . Quare & de Nautis *D. Auguſtin. Confeſſ. l.8, cap.3* ait , *quòd exultant nimis, quoniam timuerunt nimis* .

c *Victor. Max.* &c. Prope Lugdunum, ubi Gratianus ab Andragathio Maximi Præfecto per dolum eſt occiſus. *Proſp. Chron.* & alii .

Ille

lus , & contiguus oſtendat Hiſpanus , ſed in dolore ſummo habet ſuum uterque ſolatium ; tyrannidem (a) *ille non vidit , hic tyrannicidium vidit. Nos primi impetum bellua furentis excepimus ; nos ſavitiam ejus innocentium ſanguine , nos cupiditatem publicâ paupertate ſatiavimus . Apud nos ſemet exercuit crudelitas jam ſecura , & adhuc inops avaritia . Alibi malum publicum* (b) *aut cepit , aut deſtitit ; in Gallià ſedit.*

ſtrano, è vero, profonde ferite di quà gl'Italiani, di là gli Spagnuoli; hanno però tutti e due nel dolore il loro conforto: Non videro queſti la tirannia , quelli bensì del tiranno lo ſcempio . Noi primi incontrammo l' empito di quella fiera furioſa; noi col ſangue degl'innocenti ſatollammo la ſua barbarie, colla comune povertade la ſua ingordezza. Nelle noſtre viſcere ſi eſercitò la ſpietatezza ſicura, e l' avarizia ancor povera. Incominciò altrove, o finì queſto male comune ; nella Gallia vi ſi piantò.

CAP. XXV. *QUis ſe nobis calamitate contulerit ? Tyrannum & cum aliis tulimus , & ſoli . Quid ego referam vacuatas municipibus ſuis civitates , impletas fugitivis nobilibus ſolitudines ? Quid perfunctorum honoribus ſummis virorum bona publicata , capita deminuta , vitam ære taxatam ? Vidimus redactas in numerum dignitates , & exutos* (c) *trabeis Conſulares , & ſenes fortunarum ſuperſtites , & infantium ſub ipſo* (d) *ſectore ludentium flendam ſecuritatem ; cùm interim miſeri vetabamur agere miſeros , immo etiam omnes cogebamur mentiri beatos ; & cùm domi atque*

CAP. XXV. CHi paragonerafſi nelle miſerie con noi ? Sofferimmo e con altri , e ſoli il tiranno . Dirò , eſſerſi votate le città di abitanti, riempiuti di Nobili fuggiti i diſerti , confiſcate le ſoſtanze de' Soggetti ſtati ne' primi onori, abbattute le condizioni , taſſate le vite ? Vedemmo diſfatte le dignità , ſpogliati li già Conſoli delle trabee, alle paſſate fortune ſopravvivuti li vecchi, i pargoletti ſcherzanti con ſicurezza lagrimevole ſotto la deſtra de' venditori ; obbligati noi miſeri intanto a non dimoſtrarci per tali , anzi a mentirci beati : Onde, affidato in caſa e di naſcoſto alle mogli, ed a' fi-

a *Ille.* Sic habent Libri omnes, & tamen verba *ille* & *hic* eſſent ordine invertenda, certum eſt enim, Italos Tyranni mortem vidiſſe, ut & ſuo loco infra adnotabitur: Quare bene *Livinejus; manifeſtè præter uſum, & pedagogorum præcepta* ille *ad propius*, hic *ad remotius junxit*.

b *Aut cepit , aut deſt.* Cœpit nimirum in Britannià, deſtitit in Italià.

c *Trabeis*. De hiſce vide ſupra, *cap. 9.*

d *Sectore*. Sector eſt, ut adnotat *Balduinus, qui univerſum a Fiſco emit, aut nomine Fiſci vendit, aut ſuo, ſi jam emiſſet, publicata res damnatorum.*

Sat-

atque ſecretò ſolis conjugibus, ac liberis credidiſſemus furtivum dolorem, procedebamus in publicum non noſtræ fortunæ vultu. Audires enim dicere delatorem; Quid ita ille triſtis incedit? An quia pauper ex divite eſt? Non enim ſe vivere gratulatur? Quid ita hic publicum atratus inceſtat? Luget (credo) fratrem; ſed habet filium. *Ita fleri non licebat amiſſa metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus; & ad illorum vicem, qui, deguſtato* (a) *Sardorum graminum ſucco, feruntur in morte ridere, imitabamur læta mærentes. Eſt aliquod* (b) *calamitatum delinimentum dediſſe lacrymas malis, & pectus laxaſſe ſuſpiriis; nulla major eſt pœna, quàm eſſe miſerum, nec videri. Spes inter hæc nulla prædonis explendi; nec enim (ut natura fert) copiam ſatietas ſequebatur; creſcebat in dies habendi fames, & parandi rabiem parta irritabant. Ut ægrorum ſitim potus accendit, ut ignis arentibus non obruitur, ſed augetur, ita coacta publicâ egeſtate divitiæ aviditatem jejunæ mentis acuebant.*

a' figliuoli il noſtro dolore, comparivamo in pubblico colla diviſa di una fortuna non noſtra. Poichè avreſte ſentito borbottare le ſpie; *Perchè cammina colui sì accigliato? Forſe perchè di ricco divenne povero? Dunque il vivere non gli è caro? Coſtui perchè funeſta il pubblico, veſtito a duolo? Piagne, credo, di un fratello la morte; ha però un figliuolo.* Così non poteaſi piagnere il perduto per timor del reſtante. Veſtivamo dunque di un volto ſereno le torbide noſtre menti; e nella guiſa di quelli, che, ſucchiate l'erbe della Sardegna, diceſi che muojan ridendo, imitavamo nelle noſtre miſerie gli affetti di chi gioiſce. Rallentaſi alquanto il dolore dal piagnere le ſue diſgrazie, e dall'isfogar' il cuore in ſoſpiri; nè v'ha martirio maggiore, che l'eſſer miſero, e non parerlo. Si aggiugneva il non eſſervi ſperanza alcuna di riempiere quell'aſſaſſino; poichè non ſaziavalo già, come natura vuole, l'abbondanza: Creſceva di giorno in giorno l'avidità di poſſedere; e fomentavaſi dall'acquiſtato la ſmania di più acquiſtare. Come il bere accende la ſete degli ammalati, come non ſi ſpegne, ma ſi accreſce il fuoco con aride materie, così tante ricchezze, ammontate colla pubblica povertà, aguzzavano la ingordezza di quella mente digiuna.

So-

a *Sardorum.* In Sardinià inſulà herbam oriri multi referunt, quæ hauſta interimit, ſed ex vi ſucci ita contractis genis, ut qui moritur, ridere videatur.

b *Calamitatum delin.* Unde dictum a *Senecà, Troad. A.* 3, *S.* 3; *Fletus animeas levat.*

Bulla.

CAP. XXVI. *Stabat ipse purpuratus ad lances, & momenta ponderum, nutusque trutinarum pallens atque inhians exigebat. Comportabantur interim spolia provinciarum, exuviæ exulum, bona peremptorum. Hìc aurum matronarum manibus extractum, illic raptæ pupillorum cervicibus (a) bullæ, istic dominorum cruore perfusum appendebatur argentum. Numerari ubique pecuniæ, fisci repleri, æra cumulari, vasa concidi; cuivis ut intuenti non illud Imperatoris domicilium, sed latronis receptaculum videretur. Sed tamen latro raptis abutitur, & ablata aliis sibi reddit, nec ideò vias saltusque obsidet, ut thesaurum struat atque defodiat, & cum scelere miser sit, sed ut gulæ ventrique suppeditet, nec desit sumptus impendiis; nam & effundit & negligit, eàdem perdendi & quærendi facilitate. Noster ille pirata quidquid undecunque convenerat, id nobis, sibique perituram in illam specus sui Charybdim congerebat. Charybdim loquor, quæ, cùm plena (b) navigia sorbuerit, dicitur tamen rejectare naufragia, & contortas fundo rates (c) Tauro-*

CAP. XXVI. Soprastava desso in porpora alla bilancia; e con volto pallido e fisso ne osservava i gradi, e i movimenti. Portavansi da ogni parte intanto spoglie di provincie, arredi di sbanditi, beni di uccisi. Quì si appendeano maniglie di matrone, là collanne di fanciullini, di là argento bruttato nel sangue de' suoi padroni. Contavansi per ogni parte danari, empievansi tesorerie, si ammontavan metalli, frastagliavansi vasi; onde non parea quella già a chi vedeala stanza di un'Imperadore, ma ricetto di un ladro. Un ladro però si gode, benchè in mal' uso, il rubato, e dona a se stesso ciò, che altrui toglie, nè assedia i boschi e le strade per ammassare, e poi seppellire tesori, ed essere scelleratamente mendico, ma per soddisfare alla gola, ed al ventre, e perchè non gli manchi la spesa degli scialacquamenti; così profonde e trascura, colla stessa facilità di rubare, che di rapire. Ma quel nostro corsale incamerava quanto mai da ogni parte giugneagli, già perito per noi, e per lui, in quella sua profonda Cariddi. Cariddi? Questa pure, poichè ingojò i legni carichi, dicesi che

a *Bullæ.* Ornamenta in cordis figuram efformata, de puerorum collo pendentia, in ingenuis quidem aurea, in libertinis scortea. Vide plurima apud *Casalium de Rit. Vet. Christ. cap.* 48.

b *Navigia sorb.* Sic & *Seneca ad Marc. cap.* 17; *Charybdim dico*, &c. *navigia sorbentem.* Est autem Charybdis locus maris vorticosus in Siciliæ freto, ubi nunc *Capo di Faro*, cui ex adverso in eodem freto respondet Sylla scopulus. Non attexam, quæ de utriusque fabulati sunt Poetæ.

c *Tauromínit.* Ad Tauromínium Siciliæ urbem, nunc *Taormina*, inter Messanam, & Catanam, non longe ab ejusdem nominis fluvio. *Tauromínitanam* appellavit Charybdim *Lucan. lib.* 4.

Ex-

Tauriminitanis littoribus (a) *exponere ? Bona noſtra ad ærarium unâ & perpetuâ viâ ibant ; nullas eorum reliquias , nulla fragmenta , vel ſero victa faſtidio , illa communis vorago revomebat .*

che rigetta ciò, che in lei naufragò, e che ſopra i lidi Tauriminitani riſgorga le navi affondate. Se ne andavano le noſtre ſoſtanze per una ſola e continua ſtrada all'erario ; ne rivomitavane una mica di avanzo, neppur finalmente per nauſea , quella voragine di ogni coſa.

CAP. XXVII. *Et improborum Principum poſtrema defenſio auferre donandi gratiâ , & invidiam rapinarum magnitudine munerum deprecari : Quæ , (b) malum ! ratio eſt abſtuliſſe omnibus , quod nullus habiturus ſit ? Et privatorum quidem avaritiæ , licèt mala , tamen aliqua defenſio eſt ; timetur inopia , & reponitur ſenectuti , & proſpicitur heredi . Quam affert cauſam concupiſcendi , qui quantum ubique eſt , habet ? Quin ego (ſi fas piumque mortalibus æſtimare cæleſtia) (c) nullam majorem crediderim eſſe Principum felicitatem , quàm feciſſe felicem , & interceſſiſſe inopiæ , & viciſſe fortunam , & dediſſe homini novum fatum . Itaque Imperatori propriam majeſtatem bene æſtimanti non tam illud videri ſuum debet , quod abſtulit , quàm quod dedit . Nam cùm intra ipſum volvantur omnia , &* ,

CAP. XXVII. L'Ultima difeſa de' Principi ſcellerati ſi è di rapir per donare ; e di ſottrarſi con gran donativi all'odio, che ſi contraggon rubando. Ma che ragione ſi è queſta mai di levare a tutti ciò, che non abbiaſi da diſpenſare ad alcuno. Così l'avarizia di un privato ha qualche ſorta di ſcuſa , ſebben vizioſa. Si teme il biſogno, ſi riſerva per la vecchiezza, provvedeſi a' ſucceſſori. Qual diſcolpa può mai portare della ſua avidità chi tutto poſſede? Ed io , ſe la pietà permette a' mortali di formare la ſtima delle coſe celeſti, crederei , non avere i Principi felicità maggiore dell'aver fatto altri felice ; dell'avere impedita la povertà , vinta la fortuna , e dato agli uomini un nuovo deſtino. Perciò ad un Principe ſavio giudice del ſuo decoro non de' ſembrar ſuo ſolamente ciò , che ha riſcoſſo, ma ciò, che ha diſpenſato. Perocchè , riverſandoſi

ut-

a *Exponere.* Ideo Ovid. *Vomit epotas ſæva Charybdis aquas.* Et Seneca, Ep. 80; *Fac nos certiores , &c. an verum ſit quidquid illo freti turbine abreptum eſt , per multa millia trahi.*

b *Malum!* Vox indignantis. Utitur & Gellius, *l.* 13, *c.* 12; *Quæ, malum! autem ratio fuit vocantibus nolle obſequi ?*

c *Nullam major. &c.* Similis ſententia apud Sen. Oed. *A.* 3. *S.* 1; *Hoc Reges habent magnificum & ingens , nulla quid tarda dies prodeſſe miſeris.*

In-

sit ille, qui cuncta ambit Oceanus, quas suggerit aquas terris, recipit e terris, ita quidquid in cives manat a Principe, redundat in Principem; & rei & famæ bene consulit munificus Imperator, lucratur enim gloriam, cùm det pecuniam reversuram.

tutto in lui, come l'Oceano, che attornia tutte le terre, riceve dalle stesse le acque, che loro porge, così ciò, che dal Principe passa ne' sudditi, nel Principe si ricarica; ed assai provvede alle sue bisogne, ed alla sua fama un'Imperador liberale; poichè, donando il denaro, che gli ritorna, ne guadagna la gloria.

CAP. XXVIII. *Sed illi quidem stulta omnis ratio captandæ laudis videbatur, qui, præter insitum pessimo cuique boni exempli odium, summam felicitatem habendi ac nocendi fine determinans, non solùm, ut quàm plurimum quæreret, sed ut nihil cuiquam reliqui faceret laborabat. Nec enim (qui Regibus mos est) exercendis invigilabat metallis, ut latentia Naturæ bona in usum arcesseret, & pararet (a) innoxias nullo pauperiore divitias. Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis, aut fluminum glareis quæsitor (b) Bessus, aut scrutator Callaicus eruisset; illud purius splendidiusque credebat, quod dedissent dolentes, quod hominum lacryma, non amnium aqua abluissent, nec e terrenis specubus egestum, sed e cervicibus jugulisque cæsorum esset effo-*

CAP. XXVIII. MA da colui stimavasi uno stolto pensiero ogni modo di acquistar lode; da colui dico, il quale, oltre l'odio naturale di ogni malvagio contro del buon'esempio, riponendo la felicità sua maggiore nel posseder' e nel nuocere, faticava non solo per acquistare assai, ma perchè niente restasse ad alcuno. Che non applicava già, come sogliono i Principi, alla scavazione de' metalli per recare a comun'uso gli occulti beni della Natura, ed ammassare tesori innocenti, senza impoverirne veruno. Pregiava egli poco quell'oro, che o dalle vene de' monti, o da' greti de' fiumi cavato avessero i Bessi, o i Callaici, che van cercandolo; più chiaro e puro pareagli quello, che gli si dava dagli infelici, che si bagnava dalle lagrime degli uomini, non dalle acque de' fiumi, che si cavava, non di sotterra, ma dal collo, e dalla

a *Innoxias.* Namque *honesta sunt lucra, per quæ nemo læditur*, inquit *Cassiod. Variar. lib. 9. cap. 3.*

b *Bessus*, &c. Bessi Thraciæ populi ad Hebrum fluvium, in quo aurum reperiri testis est *Plin. lib.* [illegible]. Horum viram in eodem effodiendo solertiam laudant Auctores, ut adnotat Barthol. Claud. *Pan. Mall. Theod.* Callaici, qui & Callæci, & Gallæci, Hispaniæ populi hodie nunc *Gallicia*. Ibi magnam auri copiam oriri scripsit *Plin. loc. cit.* & *Claudianus in laud. Serenæ.*

Sti-

effosſum . Sic cùm immitis Tyranni & (a) ſtilus timeretur, & gladius , tranſierat in vota paupertas , & ut poſſemus effugere carnificem , optabamus ſubire ſectorem . Quòd ſi cui ille pro cæteris ſceleribus ſuis minùs crudelis fuiſſe videtur , veſtrum is, veſtrum, (b) Vallio triumphalis , & (c) trabeate Merobaudes, recordetur interitum , quorum alter poſt ampliſſimos magiſtratus , & purpuras Conſulares , & contractum intra unam domum quendam honorum ſenatum, vitâ ſeſe abdicare compulſus eſt , alteri manibus ſatellitum Britannorum gula domi fracta , & inuſta feminea mortis infamia , ut ſcilicet maluiſſe vir ferri amantiſſimus videretur laqueo perire , quàm gladio . Sed in illos fortaſſe ſpeciales putaretur habuiſſe odiorum cauſas Tyrannus ; ſteterat enim uterque in acie Gratiani , & Gratianus utrumque (d) dilexerat : Quid de his dicimus , qui honorum ac Principum neſcii , & tantùm inter ſuos clari , nobiles animas ſub carnifice fuderunt ?

dalla gola de' trucidati. Così temendoſi dall'invelenito Tiranno confiſcamento , e morte, era paſſata in deſiderio la povertà ; e per isfuggire il manigoldo, bramavano di eſſere poſti all'incanto. Che ſe pareſſe mai egli ad alcuno nelle altre ſue ſcelleratezze poco crudele, ſovvengagli la voſtra morte, ò Vallione trionfale , ò Merobaude trabeato , l'uno de' quali dopo i maeſtrati più alti , le porpore di Conſolo , ed un quaſi ſenato di onori unito nella ſua caſa, fu coſtretto a ſvenarſi , l'altro da ſicarj Britanni in caſa propria ſtrozzato , coll' infamia di aver fatta una morte da femmina; perchè pareſſe aver voluto morire anzi di laccio, che di ſpada, un Suggetto così guerriero . Pure contro deſſi potrebbe crederſi, che aveſſe colui certe cagioni di rancore, ſendo ſtati amendue di Graziano al ſervizio , ed amati amendue dallo ſteſſo . Or che diremo di quegli , che lontani dagli onori , e da' Principi , chiari ſolo nella lor patria, ſpirarono ſotto al manigoldo l'anime nobili?

CAP. XXIX. *DE virorum mortibus loquor , cùm*

CAP. XXIX. PArlo dello ſcempio de' maſchi, ſov-

a *Stilus*. Quo nempe a Tyranno ipſorum proſcriptio ſcribebatur ; ſtilo enim ferreo veteres in tabulis ſcripſiſſe jam notum.

b *Vallio*. Sic habent editi, & M S.S. At *D. Ambroſ. Epiſt.* 56 Balionem vocat. Eius verba de illo ; *Quem virum ? qualem bellatorem ? Hæccine fuit juſta cauſa exitii, quòd Imperatori ſuo fidem ſervavit ?* Et paulò poſt , *Bellator ſtrenuus, miles fidelis , comes utilis* ; quæ mirè locum hunc *Pacati* illuſtrant .

c *Trabeate Merob.* Conſulari Trabeâ illuſtris. Fuit Fl. Merobaudes Conſul , & quidem bis ; primò A.C. 376 cum Gratiano Imp. *IV* ; poſtea verò A. 383 cum Fl. Saturnino , ut liquet ex Faſtis.

d *Dilexerat*. De Merobaude ſanè auctor *Pomp. Let. In Valent. Sen. ipſo conſulente a Gratiano nominatum fuiſſe Auguſtum Fratrem Valentinianum* .

In

cùm descensum recorder ad sanguinem faminarum, & in sexum, cui bella parcunt, (a) *in pace sævitum? Sed nimirum graves suberant invidiosaque causæ, ut unco ad panam* (b) *clari vatis matrona raperetur: Obiiciebatur enim, atque etiam exprobrabatur mulieri vidua nimia religio, & diligentiùs culta divinitas. Quid hoc majus poterat intendere accusator sacerdos?* (c) *Fuit enim, fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus antistites, revera autem satellites, atque adeò carnifices, non contenti miseros avitis evoluisse patrimoniis, calumniabantur in sanguinem, & vitas premebant reorum jam pauperum. Quinetiam, cùm judiciis capitalibus astitissent, cùm gemitus & tormenta miserorum auribus ac luminibus hausissent, cùm lictorum arma, cùm damnatorum frena tractassent, pollutas panali manus contactu ad sacra referebant, & cærimonias, quas incestaverant mentibus, etiam corporibus impiabant. Hos ille* (d) *Phalaris in amicis habebat; hi in oculis ejus, atque etiam in osculis erant;*

sovvenendo ni, che si venne a sparger sangue ancora di femmine; e che s'infierì in tempo di pace contra quel sesso, cui perdonano le stesse guerre? E per verità gravi ed odiose si erano le cagioni di strascinare con uncini al gastigo la moglie di quell'illustre letterato. Opponeasi, e rinfacciavasi ad una vedova divozione soverchia, e troppo esatta religione. Che poteva opporle di più un'accusator sacerdote? Che ben v'ebbe questa sorta di spie, sacerdoti al nome, alle opere poi scherani e manigoldi, che non paghi di cacciare que'miseri da'loro averi, incolpavangli come rei di morte; e dopo averli fatti diventar poveri, insidiavano anche loro la vita. Anzi dopo essere stati in persona alle sentenze di morte, dopo essersi imbeuti gli occhi e gli orecchi de'singhiozzi e de' martirj degl'infelici, dopo aver maneggiate le armi de'littori, i ceppi de'condannati, traportavano a'sacrifizj le mani profanate dal toccare quegli stromenti; e bruttavano col corpo ancora le cerimonie macchiate già colla mente. Erano questi gli amici di quel

a *In pace.* Sic reposui ex editione *Cellarii*, qui auctoritate usus est *Modii*, *Livineii*, & *Schefferi*. Antea legebatur *non parce*.

b *Clari Vatis Matr.* Euchrotia, ut creditur, uxor Attici Tironis Delphidii Burdigalensis, Oratoris & Poetæ illustris, ut eum prædicat *Ausonius, de Profess. Carm. 5.* Hæc jussu Maximi cum aliis interempta est Treviris, quòd Priscilliani errores sequeretur. Historiam pete a *Sulp. Sev. l. 2, & Prosp. in Chron.*

c *Fuit*, &c. Ithacium Episcopum innui adnotavit *Balduinus*. Hic Priscillianistarum persecutor fuit; excommunicatus tamen mox ipse, quòd *novo exemplo Episcopus in Consistorio Regis sanguinem peteret*. Hinc conjicio, Pacatum fortè Priscillianistarum hæresi infectum, & Maximum hunc Tyrannum non tam impium fortasse fuisse, quam ipsum noster describit. Ideo consule *Sulpic. Sever. Dial. 3, cap. 15.*

d *Phalaris*, Tyrannum sævissimum innuit hoc nomine, qualis fuit ille Phalaris Agrigentinus.

Bo-

rant ; nec injuriâ , a quibus tot simul votiva veniebant ; avaro divitum bona, cruento innocentium pœna, impio religionis injuria.

quel Falaride, tenuti da lui e dinanzi agli occhi, ed in seno. Nè senza cagione, mentre si aggiugneva per mezzo loro cotanto prò a' suoi desideri ; beni di ricchi all'avaro, gastighi d'innocenti al sanguinario, all'empio oltraggi di religione.

CAP. XXX. *TAndem in nos oculos Deus retulit , & (a) bonis Orientis intentus, ad mala nostra respexit, & hunc (b) sacerrimo capiti objecit furorem , ut (c) fœdus abrumpere, (d) jus feciale violare , (e) bellum edicere non timeret . An ego sine divino numine factum putem , ut qui sub nomine pacis ludere , (f) & primi sceleris (g) pœnas lucrari quiescendo potuisset ,*

CAP. XXX. RIvolse infine verso di noi gli occhi Idio; e mentre applicava a prò dell'Oriente, riguardò ancora i nostri mali, e spirò in quella scellerata testa un tale furore , che non temesse di rompere l'alleanza, di violare i diritti, d'intimare la guerra. Potrò mai persuadermi, avere colui, che sotto colore di pace potea ingannare, e con istarsi quieto sperare la impunità del primo misfatto, innal-

se-

a *Bonis Orient.* Dum adstat Theodosio in Oriente triumphanti.

b *Sacerrimo*. Sceleltissimo. Nota est vocabuli hujus usurpatio in hoc sensu. *Homo sacer is est, quem populus judicavit ob maleficium*, &c. *ex quo quivis homo malus, atque improbus sacer appellari solet*, inquit *Festus*. Videat qui plura cupit *Macrob. Saturn. lib.* 3.

c *Fœdus abramp.* Cum Imperatore Valentiniano Seniore, ut puto, juxta quod refert *Prosp. Chron.* nam Legatum ejusdem Imperatoris Domninum humanissimè Maximus exceperat, pacem se libentissimè expetere simulans. Hisce autem artibus illusit, ut Imperatorem nihil tale timentem faciliùs adoriretur Plura *Zosim. l.* 4.

d *Jus Feciale*. Fecialium jus Romanis religiosum, instituto ab ipso usque Numâ, teste *Plutarcho*, Fecialium collegio. Horum munus commeare ad eos, qui injurias inferrent; poscere res reddi; si non redderent, Deos testari, &c. tum bellum etiam indicere. Dum verò inter Feciales utrinque res agebatur, nefas erat arma movere. Ideo quadam similitudine dicitur a Nostro Maximus Jus Feciale violasse, quòd per dolum fœderis tempore bellum intulerit. Plura de Fecialibus *Gellius, l.* 16, *c.* 4.

e *Bellum edic.* Theodosio ipsi, ad quem Legatum misit, qui fœdus, & concordiam eidem proponeret; *vel si postulatis non fuisset ad sensus, inimicitias, & bellum denunciabat*. *Zosim. l.* 4.

f *Primi sceleris*. Arreptæ nempe primò tyrannidis.

g *Pœnas lucr.* &c. Puta si intra Britanniam se continuisset. Sed & *Zosim. lib.* 4: Theodosius *admittere, ut Maximus Imperator esset, simulque dignum ducere qui secum statuarum, & Imperatorii nominis esset particeps*. Eodem tamen auctore fidè adeo Tyranno Imperator indulgebat; nam interim clam bellum in eundem moliebatur.

Se-

(a) *secundum, tertiumque vexillum latrocinii civilis attolleret, & , superatis* (b) *Alpibus Cottiis, Julia quoque claustra laxaret, tibique, Imperator, imponeret* (c) *servanti adhuc venia fidem vincendi necessitatem? Agebat eum, credo, precipitem vindicanda jam proximo ultore Respublica, & extinctus aperto Dominus parricidio panas ab eo debitas expetebat. Non id confidentia, sed amentia, non temeritas, sed necessitas erat; nec ultro lacessebat ille te bello, sed ulteriùs se negare supplicio non poterat. Alioquin quomodo tantam concepisset audaciam, ut ruere in ferrum, & obviam morti venire tam ignavus & timens mortis auderet, ut qui se non potuerit postea vel victus occidere? Et te quidem, Imperator Auguste, ad asserendam Rempublicam, usurpandamque victoriam sufficisset in bella vel solum venire. Nam si olim* (d) *domini adversùm rebelles servos dimicaturi flagra in aciem detulerunt, tantaque vis conscientiæ fuit, ut ab inermibus verterentur armati, & qui obtulerant mortibus pectora, da-*

inalberato senza volere de' Numi il secondo, ed il terzo gonfalone del ladroneccio civile; e dopo passate le Alpi Cozie, avere sforzate anche le Giulie, mettendo Vo' Imperadore, che pur'ancora gli riserbavate il perdono, in necessità di vincerlo? Credo ch' egli precipitasse così per la vendetta, che dovea farsi della Repubblica dal suo liberator già vicino; e ch' esigesse la dovuta pena l'Imperadore trucidato con un pubblico parricidio. Non era baldezza, ma pazzia quella; era necessità, non ardire; ed egli non provocava Voi a far guerra, ma non potea più sottrarre se stesso dal gastigo. Altrimenti come avrebbe osato dar di petto nelle spade, e correre incontro alla morte un sì codardo e sì pauroso, che neppur vinto potè svenarsi? E ben'avrebbe bastato, Imperadore Augusto, a liberar la Repubblica, ed a riportar la vittoria, che foste andato in campo Voi solo. Poichè se già, dovendo combattere i padroni contra i servi rubelli, portaron'essi in battaglia la sola sferza, e fu sì grande la forza della coscienza, che scompigliaronsi da' disarmati gli

a *Secundum, tert.* Alterum contra Gratianum, quem & interemit; alterum contra Valentinianum, ejusdem Fratrem, quem, Italiam ingressus, ad fugam compulit.

b *Alpibus Cottiis.* Nunc *Mont Cenis* Gallis, Alpium pars sunt in Sabaudiæ Ducatu, Italiam a Gallià dirimens, & Taurinensem ditionem a Delphinatu. Juliæ, nobis *Alpi del Friuli*, Italiam a Germaniâ sejungunt, inter Carinthiam, & Forum Julii. Illas dicitur Maximus superasse, dum e Galliâ venit contra Valentinianum in Italiam; has verò laxasse, dum ipsum Aquilejâ fugientem insecutus est, & Theodosio adventanti occurrit.

c *Servanti.* Sic reposui fretus auctoritate Codicis a *Puteano* relati. In aliis est *servatæ*.

d *Domini*, &c. Res contigit apud Scythas, testibus *Justino*, & *Herod.*

darent terga verberibus, nonne tu quoque, legionibus otiosis, rem totam visus egisses?

gli armati, e chi avea esposto il petto alla morte rivoltò alle sferzate le spalle, non avreste Voi pure colla sola presenza, senza che il vostro esercito si movesse, compiuta la guerra?

CAP. XXXI. *AN sustinere te coram, & solum oculorum tuorum ferre conjectum ille quondam domus tuæ* (a) *negligentissimus vernula, mensularumque servilium stataring lixa potuisset? Non statim totum subüisset hominem præterita sui tuique reputatio? Non ipse sibi objecisset, te esse triumphalis viri filium, se patris incertum? Te heredem nobilissimæ familiæ, se clientem? Te omni retro tempore Romani exercitus ducem, libertatis patronum, se* (b) *orbis extorrem, patriæque fugitivum? Jam verò te Principem in medio Reipublicæ sinu, omnium suffragio militum, consensu provinciarum, ipsius denique ambitu Imperatoris optatum, se in ultimo terrarum recessu,* (c) *legionibus nescis, adversis provinciarum studiis, nullis denique auspiciis in illud tyrannici nominis aspirasse furtum? Postremò tecum fidem, secum perfidiam; tecum fas, secum nefas; tecum jus, secum injuriam; tecum clementiam, pu-*

CAP.XXXI. AVrebbe forse potuto sostener la vostra presenza, e tollerare un lampo solo de'vostri occhi colui, già servo trascuratissimo, e vil saccardo della vostra casa? Non sarebbegli caduto in pensiero lo stato vostro, e suo passato? Non avrebbe rinfacciato a se stesso, Voi nascere di un Suggetto trionsale, ed egli di un padre incerto; Voi discendere di un casato sfolgoratissimo, egli essere clientolo dello stesso; Voi per tutto il tempo innanzi essere stato Generale delle armi di Roma, difensore della libertà, egli ramingo pel mondo, e fuggitivo dalla patria? Voi poscia essere stato bramato Principe nel cuore della Repubblica da'voti de' soldati, dal consenso de'popoli, dall'Imperadore medesimo finalmente; egli nell'ultimo angolo della terra, senza saputa dell'esercito, contra la inclinazione delle provincie, senza verun'auspizio avere aspirato a rubarsi quel titolo di tiranno? Essere per finirla da Voi la fede, da lui la

a *Neglig. vernula.* In gratiam Theodosii Maximo exprobat: At hunc illius commilitonem dicit *Zosim. l. 4.* Ex aliis etiam noscimus, eundem Maximum virum strenuum, ac bellicosum fuisse.

b *Orbis extorr.* Longè scilicet ab Hispaniâ patriâ suâ, in Britanniâ veluti exulans, quæ a continente scissa, tanquam & a mundo.

c *Legion. nescis.* Contra *Zosim. l. 4* non modò Britannos milites Maximo favisse refert, sed Germanos, aliosque ejusdem conatus approbasse.

Per-

pudicitiam , religionem , secum impietatem , libidinem , crudelitatem , & omnium scelerum postremorumque vitiorum stare collegium ? Res ipsas interrogemus , & (quæ certissima conjectatio est) colligamus gerenda gestis ; num tandem dubitari potest quid fuerit eo præsente facturus , quem non vidit , & fugit ?

la mislealtà; da Voi la giustizia, da lui la iniquità; da Voi la ragione, il torto dalla sua parte; da Voi la clemenza, la castità, la religione; da lui la impietà, la libidine, la spietatezza, ed un miscuglio delle scelletatezze tutte, e de'vizj più strabocchevoli? Interroghiamone il fatto stesso; e raccogliamo (conghiettura che non fallisce) dal già seguito ciò, che doveva seguire: Puossi mai dubitare, che avrebbe fatto alla presenza di quegli, da cui senza vederlo se ne fuggì?

CAP. XXXII. *QUamvis igitur , Imperator , hoste tali abutereris ; nec tam ad prælium conferendum , quàm ad supplicium de nefario capite sumendum venires , consiliis tamen tantis , tantisque rationibus bellum administrabas , ut cum (a) Perse aliquo decertaturus , aut Pyrrho , aut cum illo ipso Hannibale videreris : Nam primùm fidem Regum , quibus limes Orientis ambitur , datâ atque acceptâ dextrâ , firmas , quò foris (b) securus agitares , si nihil solicitum & suspectandum domi reliquisses . Tum copias tuas trifariam dividis , ut & hostis audaciam multiplicato terrore percelleres , & fugam circumfusus ambires . Po-*

CAP. XXXII. SEbben dunque, Imperadore, poco doveste curarvi di un cotale nimico; nè vi moveste tanto a combattere; quanto ad esiggere il gastigo da quella testa scellerata; faceasi da Voi però con cautela; e con pesatezza tale la guerra; che parea doveste farla con un qualche Perse; con Pirro; o con Annibale stesso. Imperciocchè in primo luogo, porte reciprocamente le destre, confermaste in fedeltà i Re confinanti al Levante; per operare con maggior sicurezza fuori dello stato, quando non aveste lasciata dentro cosa veruna, che recasse disturbo e sospetto: Faceste poi della vostr' armata tre corpi, e per abbattere l' ardire del nimico con moltiplicar-

a *Perse*, &c. De Perse dictum ad *Pan.9,c.10.* Pyrrhum Epirotarum Regem celebrem omnes norunt. De ipso *Justinus lib.15,c.5; Satis constans inter omnes auctores fama est, nullum nec ejus, nec superioris ætatis Regem comparandum Pyrrho fuisse.* De Hannibale quoque jam dictum, supra, *cap.8.*

b *Securus agis.* Præstitum hoc & ab Alexandro, teste *Justino l.1,c.5: Reges stipendiarios conspectioris ingenii ad commilitium secum trahit, segniores ad tuendam Regni relinquens.*

Postremò populis Barbarorum, ultroneam tibi operam ferre volentibus, commilitonum munus indulges, ut & limiti manus suspecta decederet, & militi auxiliator accederet: Qua tuâ benignitate pellecta omnes Scythicæ nationes tantis examinibus confluebant, ut, quem remiseras tuis, Barbaris videreris imperasse dilectum. O res digna memoratu! Ibat sub ducibus vexilliſque Romanis hostis aliquando Romanus; & signa, contra quæ steterat, sequebatur; urbesque Pannoniæ, quas inimicâ dudum populatione vacuaverat, miles impleverat. Gothus ille, & Hunnus, & Alanus respondebat ad nomen, & alternabat excubias, & (a) notari infrequens verebatur. Nullus tumultus, nulla confusio, nulla direptio, ut a Barbaro erat. Quin si quando difficilior frumentaria res fuisset, inopiam patienter ferebat, & quam numero auctabat annonam, comparcendo laxabat, pro omni præmio omnique mercede id unum reposcens, ut tuus diceretur. Quanta est virtutis ambitio! Accipiebas beneficium, quod imputares.

cargli il terrore, e per accerchiarlo quando fuggisse. Riceveste finalmente in qualità di vostri soldati i popoli Barbari, che vi si esibivano spontaneamente al servizio, sì per levar da' confini gente sospetta, come per aggiugnere alla vostra soldatesca rinforzi; dal che allettati tutti gli Sciti calarono a truppe sì grandi, che parea intimata a' Barbari quella leva, cui non avevate obbligato neppure i vostri. O fatto degno di essere mentovato! Marciavano sotto a' Generali, e gonfaloni di Roma i già nimici di Roma; seguian quelle insegne, contra le quali aveano già combattuto; e popolavano fatti soldati le città della Pannonia, tellè difertate con ostili saccheggiamenti. Que' Goti, quegli Unni, quegli Alani rispondeano al nome, facean scambievolmente le sentinelle, temeano la taccia di poco pronti. Non succedeva verun tumulto, veruna confusione, verun ladroneccio da Barbaro; anzi se talvolta penuriavasi di vittuaglia, tolleravano la carestia, accrescendo col comune risparmio i foraggi scarseggiati col numero; dimandando solamente in luogo di ogni premio, di ogni mercede l'essere chiamati vostri. Come ambiziosa si è la virtù! Ricevevate un benefizio da rinfacciare.

Me- Sti-

a *Notari infreq.* Infrequens, ait *Festus*, *appellatur miles, qui abest, abfuitque a signis*. Punichatur autem fere stipendii privatione; sed & si injunctum sibi munus neglexisset, corporis etiam supplicio afficiebatur, quod esse solebat fuste percuti, primùm a Tribuno, inde a reliquâ multitudine. Vide *Polyb.* & quæ adnotavit *Lipsius de milit. Rom. l. 5, Dial.* 18; Item & *Gell. l. 16, c. 4.*

Actia-

CAP. XXXIII. *Memorabile putavit antiquitas, quòd (a) Actiaco aliquando bello ducibus motibusque Romanis (b) peregrina Ægyptus arma permiscuit; tantumque res credita est habere novitatis, ut, nisi frequenter isset in literas, apud posteros videretur facti fides laboratura. Nam quis annalium scriptor aut carminum tuas illas, Cleopatra, classes, & eborata navigia, & purpurea cum auratis funibus vela tacuit? Quin ita crebrò historia recantata est, magis ut ab eisdem sapè dicta, quàm ut ab aliquo intermissa videatur. Non contendam duces, nec enim Principem nostrum, non dicam victus Antonius, sed victor Augustus æquaverit; quid in cæteris saltem simile deprehendimus, maximè si rerum temporumque facies altrinsecus conferamus, & hos illosque populos animorum subiiciamus oculis? Illos vela facientes data ventis classis attulerat; hi longum iter sub armorum fasce carpebant. Illos (c) peregrino igne suspirans Regina pellexerat; hos amor laudis, & participandæ gloriæ cura rapiebat. Illos tepens Pha-*

CAP. XXXIII. Smorabile dagli antichi l'aver nella guerra di Azio mischiate fra gli eserciti, e fra' movimenti di Roma l'armi sue straniere l'Egitto; e si credè il fatto sì raro, che sarebbesi temuto della credenza de' posteri, se non fosse stato trascritto da tanti. Imperciocchè quale Storico, o qual Poeta non mentovò quelle tue armate, ò Cleopatra, quelle navi fregiate di avorio, con vele di porpora, e funi d'oro? Funne anzi ricantata cotanto la storia, che pare anzi la stessa più fiate ridetta da un solo, che taciuta da qualcun'altro. Non porrò i Generali a confronto (che il nostro Principe non pareggierebbelo già, non dirò Antonio il vinto, ma neppure Augusto il vincitore) che avvi nel resto di simile, ove specialmente vogliamo paragonare la diversità delle cose e de' tempi, e mettere sotto i riflessi delle menti questo popolo, e quello? Quello, spiegate al vento le vele, erasi condotto sulle navi; questo poneasi in un lungo viaggio sotto il fascio dell'armi: Allettato quello da una Reina accesa di stranier fuoco; rapito questo dall'amor della lode, e dalla brama di participar della gloria: Nato quello al tepido Faro, al dilica-

to

a *Actiaco*. Ad Actium Epiri promontorium, nunc *Capo Figalo*, quo Augustus Octavianus M. Antonium, & Cleopatram vicit. Vide *Velle. lib. 2, c. 84*, &c. ac *Flor. l. 4, cap. 11*.

b *Peregrina*. Ideo de Antonio *Virgil. Æneid. l. 8*: *Ægyptum, viresque Orientis, & ultima secum Bactra trahit*, &c. Et *Flor. loc. cit. Arabum, & Sabeorum, & mille aliarum gentium Asiæ spolia*, &c. *mota ventis maria revomebant*.

c *Peregrino*. M. Antonii scilicet, qui Romanus, ideoque Cleopatræ, quæ ex Ægypto, peregrinus.

(a) *Pharus, & mollis Canopus, laviumque populorum altor Nilus emiserat; hos minax* (b) *Caucasus, & rigens Taurus, & ingentium corporum durator Ister effuderat. Illos tenero perlucentes amictu,* & (c) *vix leve carbasum vitando sole tolerantes alterno concussa tinnitu* (d) *sistra ducebant; hos loricis onustos, inclusosque ferro fracta voces tubarum, ingentiumque lituorum clangor acuebat. Quæ tandem ut collatio posset esse populorum, etiamsi tanta non esset dissimilitudo causarum, ut ab illis fuerit Romani Imperii appetita captivitas, ab his repetita libertas? Qua tibi, Imperator, indignius videbatur, ejus piaculi quemquam inveniri potuisse consortem, cujus se Barbarus agebat ultorem.*

to Canopo, al Nilo padre di popoli effeminati; uscito questo di seno all'orrido Caucaso, al freddo Tauro, all'Istro, dove le smisurate membra s'indurano: Quello ricco di vesta morbida, e tollerante appena di un leggier lino per coprirsi dal Sole era guidato a battuta di sistri; questo carico della lorica, e rinserrato nelle armature animavasi dalle sconcertate voci delle trombe, e dal mormorio de' gran corni. Che paragone infine potea farsi de' popoli, sebben'anche non fosse passata dissomiglianza sì grande di cagioni, mentre aspirava quello a fare schiava Roma, questo moveasi a liberarla. Ond'è che vie più indegno parevi l'avere compagno alcun quel fellone, contra cui i Barbari stessi si vendicavano.

CAP. XXXIV. *Sed illi quidem nefaria sanguine belli primitias imbuentes, par pœna culpaque documentum fuerunt. Testis est* (c) *Siscia, testis*

CAP. XXXIV. I Di lui seguaci però, segnando le primizie della guerra col sangue, furono un'eguale insegnamento di colpa, e di pena. Te-

a *Pharus*, &c. Urbs Ægypti, olim insula, nunc continenti adhærens, incolis *Magrach*. Tepens dicta, quòd in regione calidâ, Æquinoctiali proximâ sita sit. Canopus, nunc *Bochir*, seu *Bichieri*, ejusdem Ægypti urbs, ad Nili ostia. Mollis ideò dicitur, quoniam, ut Lentulus apud *Lucan. lib. 8*, *Quidquid ad Eoos tractus, mundique teporem Labitur, emollit gentes clementia Cœli*. Sic & *Statius, Sylv. l. 3, Carm. 2*; *Cur invida Memphis; Carue Terapnæi lasciviat ora Canopi*. De Nilo autem jam dictum ad *Plin. Pan. c. 30*.

b *Caucasus*, &c. Mons altissimus Asiæ, hinc Euxinum mare, Caspium inde prospectans. Variis nominibus pro variis locis nunc appellatur, nam *Cocas*, *Albors*, *Adazar*, & *Salatto* dicitur. Taurus quoque mons Asiæ, seu montium series, a Lyciâ ad extremam Asiam versùs Orientem; variè ipse etiam pro variis provinciis, quibus imminet, nominatur. De Istro vide dicta *Pan. 3, cap. 16*.

c *Vix leve carb.* Imitatus videtur Noster locum *Anon. Pan. 6, c. 24*.

d *Sistra*. Instrumenta Ægyptiis in usu ad sonum. Formam exhibet Nummus Fl. Helenæ Juliani Imp. uxoris, quem vide in Tabellâ Paneg. XI præfixâ; & aversa facies Numini Hadriani Ægyptum repræsentantis, quem habes *Tab. 6, n. 6*.

e *Siscia*. Urbs olim in Hungaria superiori, nunc pagus *Sisseth*, ad confluentem Colapis, & Savi fluviorum.

Sa-

lis pulcherrimi (a) *Savæ conflictus* (b) , *si conflictus ille dicendus est , quo ita in publicos proditores animi plenus miles invasit , ut eum nec numerus resistentium , nec maximi fluminis altitudo remorata sit , quin , ut erat ex longissimo itinere anhelus atque pulvereus , equos calcaribus incitaret , (c) amnem nando conjungeret , ripam insiliret , paratos denique expectantesque deprehenderet . Sermo iste prolixior est , quàm illa res fuerit . Vix fluvium manus invicta transierat , jam locum belli tenebat ; vix hostem invenerat , jam urgebat ; vix pectora viderat , jam terga cædebat . Datur debito rebelle agmen exitio ; volvuntur impia in sanguine suo turbæ ; tegit totos strages una campos , continuisque funeribus cuncta latè operiuntur . Jam qui ad muros differendâ morte properaverant , aut fossas cadaveribus æquabant , aut obviis sudibus induebantur , aut portas , quas eruptione patefecerant , morte claudebant . At quorum se fuga impervius ripis amnis objecit , trepidando collecti , & alterum quisque complexi , per abrupta glomerantur . Spumat decolor cruore fluvius ,*

Testimonio n'è Siscia, testimonio sì, di quella segnalata battaglia alla Sava, se chiamarsi battaglia de'quella, in cui que'coraggiosi soldati assalirono i traditori pubblici in guisa che non furono ritardati , nè dal grosso numero de'nimici, nè dall'altezza del vasto fiume, sicchè ansanti e polverosi, come trovavansi dal viaggio, non ispronassero i destrieri, non passassero a nuoto sull'altra riva, non isbalzassero sulla sponda, e non sorprendessero i nimici , benchè apparecchiati già ed aspettanti. E più lungo di quel fatto il mio dire. Appena passato il fiume, era in battaglia l'invitto esercito; appena trovato il nimico, incalzavalo; appena vedutogli il petto, lo bersagliava alle spalle. Si fa delle squadre rubelle il ben dovuto scempio; rivoltansi l'empie truppe nel proprio sangue; copresi tutto il campo di una sola strage; e per lungo tratto d'intorno tutto riempiesi di cadaveri . Già quegli, che per prolongare la morte si erano arrancati alle mura, od eguagliavano le fosse co'lor cadaveri, o ne'tronchi che incontravano davan di petto , o chiudeano morendo le porte spalancate nella sortita. Que'poi , che in fuggire incontrarono il fiume, unitisi spasimanti, e l'uno l'altro

ab-

a *Savæ*. Sic reposui auctoritate fretus codicis a Livinejo relati. In aliis variè legitur. Est autem Sava Germaniæ fluvius, qui & Savus , & Saus dicitur, in Carniolà, non longè a Villaco ortus, Sclavoniam a Croatià, Bosnià , & Servià dividens; inde in Danubium labitur.

b *Si conflictus*. Simile dictum apud *Tacit. Ann. l. 3*; *Neque enim prælium dici decuerit, in quo semermes ac palantes trucidati sunt sine nostro sanguine* .

c *Amnem nando conjung*. Non absimili formulà usus *Papin. Achill. l. 2*; *Nunc docuit ingenti saltu me jungere fossas* .

vius , & (a) cunctantes meatus , vix eluctatis cadaveribus , evoluit ; utque se tibi posset speciali imputare militiâ , ipsum illum (b) vexillarium sacrilegæ factionis avidis gurgitibus absorbuit , & nè morti sepultura contingeret , cadaver abscondit . Nonne utroque credendus tua studuisse vindictæ , & adjuvando victoriam , & occupando clementiam ?

abbracciatisi rovinano aggroppati per le rive scoscese . Schiuma il fiume lordo di sangue , e spignendo appena i cadaveri , muove pigramente i suoi vortici ; e per potersi vantar con Voi di un particolare combattimento, ingojò negli avidi gorghi l'istesso gonfaloniere di quella fazione sacrilega ; e perchè non toccasse alla sua morte sepolcro , ne ascose il cadavero. Non si de' credere che abbia desso favorita la vostra vendetta , e col secondar la vittoria , e col prevenir la clemenza ?

CAP. XXXV. *EN tibi alteram pugnam , alteramque victoriam . Dilectas in prælium (c) Marcellinus cohortes , & ipsum factionis nefariæ robur illa belli civilis Megara rapiebat , tantò cæteris satellitibus audentior , quantò exertiorem operam navabat tyranno frater tyranni . Quo quidem maximè tuus gaudebat exercitus , cùm se ultro videret lacessi , qui (d) nihil magis timuerat , quàm timeri ; adeo quidem ut , castris ad castra collatis , quòd præcipiti die manum conferre non poterat , spe victoriæ cum luce venturâ pervigil ageret , tardum Solem , desertorem diem , annuum no-*

CAP. XXXV. ECcovi un'altra battaglia , ed un'altra vittoria. Traea la gente più scelta, e lo stesso nerbo della fazione nimica Marcellino, quella Furia di civil guerra , tanto di quegli scherani più ardito , quanto più vivamente operava per un tiranno il fratel di un tiranno. Godeano però altamente in vedersi provocati i vostri soldati, che temeano solo di esser temuti ; onde accampatisi in vicinanza gli eserciti, perchè, tramontando il sole, non potea si venire alla zuffa, vegliavano colla speranza della vittoria al nuovo giorno, incolpavano il sole di tardo, il giorno di traditore, una notte di state

a *Cunctantes meatus*. Poeticè; ut *Seneca*, *Troa. A.2, S.1*; *Corporibus amnes clausit, & quærens iter Tardus cruento Xanthus erravit vado* . Et *Lucan.l.2*; *Ad molem stetit unda sequens*. Item *Juvenal.Sat.10*; *Tardâ per densa cadavera prorâ*.

b *Vexillarium*. Andragathium puto; qui, cognitâ Maximi nece, in undas se præcipitem dedit, ut scribunt *Socrat.l.5,c.14,& Oros.l. 7,c.35*. At *Zosim.l.4* videtur Andragathii mortem multò post Maximi eadem ponere.

c *Marcellinus*. Qui a nostro frater Maximi dicitur.

d *Nihil magis*, &c. Sic *Lucan. lib. 4*; *Hoc solum metuens incautus ab hoste timeri*.

Co-

noctis æstiva tempus criminaretur . Ecce lux tandem , & jam omnis campus horrebat exercitu ; divisi in (a) *cornua equites , leves ante signa velites , dispositæ manipulatim cohortes , & gradu pleno ferentes agmina quadratæ legiones universa latè , quà visus peragi poterat , occuparant . Nondum se virtus experiebatur , jam disciplina vincebat . At postquam intra conjectum teli acies utraque promovit , & , effusis hinc inde jaculorum sagittarumque nimbis , res venit ad capulos , milites pristina virtutis , Romani nominis , Imperatorum denique memores , causam publicam manu agere ; hostes venditam operam , laceratam Italiam , spem in ferro reliquam cogitantes gladiatoriâ desperatione pugnare , nec gradu cedere , sed in vestigio stare , vel cadere .*

te di lunga un'anno. Ecco infine la luce; rendeva orrore tutta la campagna occupata dall'armi. La cavalleria a' fianchi, i soldati leggieri in vanguarda, le truppe disposte a compagnie, le legioni riquadrate per tutto il campo aveano ingombrata la pianura tutta quanto stender si poteva la vista. Non facea il valore pruova ancor di se stesso, e già vincea la condotta. Ma poichè si mossero tutti e due gli eserciti a gitto di dardo, e, scaricati di quà e di là nembi di lanciotti e di saette, si venne alla spada, ricordandosi i nostri dell'antico valore, del nome Romano, degl' Imperadori per fine, incominciarono a trattare colla destra la pubblica causa; i nimici ripensando a quell'impiego venale, all'Italia sbranata, alla speranza, che sola restava nel ferro, combatteano con disperazione da' gladiatori; non moveansi di luogo, ma fermi o vi stavano, o ne cadeano.

CAP. XXXVI. *AT ubi impulsa acies , frontsque laxata , & fiducia in pedes versa est , ire præcipites , aut globo fugere , & se invicem festinando tardare ; armati , integri , saucii , primi , postremique misceri . Miles urgere eminus , cominus , gladiis , hastis , punctim , cæsim ferire . Alii poplitibus imminere , alii terga configere , aut quos*

CAP. XXXVI. ROtti però da'nostri, sbaragliata la lor vanguarda, e passata ogni speranza ne' piedi, precipitavansi, fuggiano aggroppati, e ritardavansi l'un l'altro collo stesso affrettarsi; si mischiavano gli armati co' disarmati, i sani cogli feriti. Investivangli da lontano e da vicino colle aste e colle spade, di punta, e di taglio i soldati. Altri feriangli dinanzi,

a *Cornua*. In exercitu *Cornua dicuntur partes aciei ab utroque latere prominentes*, &c. *P. de la Bonne*.

Ha-

quos curſu non poterant continere, jaculis occupare. Arma, tela, equi, homines, viva, perempta, prona, ſupinaque corpora paſſim, vel in acervo jacere. Illi, mutilis exciſiſque membris, reliquâ ſui parte fugiebant; hi dolorem vulnerum ſequebantur; iſti mortes receptas in ſilvas, & flumina deferebant; illic poſtremum ſpiritum in admiratione nominis tui, & ſui ducis deteſtatione fundebant. Nullus finis cædendi inſequendique, niſi ſubtraxiſſet aliquando victoribus mors hoſtem, & nox diem. At quantò melius manus illa conſuluit, quæ, ſubmiſſis precabunda vexillis, petiit veniam neceſſitatis; & terram in oſculis premens, calcanda veſtigiis tuis corpora, & arma projecit? Quam tu non ſuperbè ut victam, non iratè ut ream, non negligenter ut parum neceſſariam præteriſti, ſed blandè liberaliterque tractatam juſſiſti eſſe Romanam. Junguntur ſocia agmina, & ſub uno capite diverſa Reipublicæ membra conleſcunt. Ambo pari gaudio feruntur exercitus; hic operâ ſuâ gaudet, hic veniâ, uterque victoriâ.

zi, altri alla ſchiena, o cogliean-
no co'dardi quelli, che non po-
ten fermare col corſo. Giaceano
ſparſi od in un mucchio armi,
dardi, cavalli, uomini, corpi vi-
vi e morti, boccone e ſupini.
Altri, perduto qualche membro,
fuggianſi col reſto di loro ſteſſi;
altri correano dove ſtraſcinavagli
il dolore delle ferite; altri piaga-
ti a morte la traportavan ne'boſ-
chi, o ne'fiumi, e quivi ſpirava-
no l'ultimo fiato nello ſtupore del
voſtro nome, e nelle maledizioni
contro il lor Generale. Non ſi ſa-
rebbe dato fine alla ſtrage, e all'in-
ſeguire coloro, ſe non aveſſe infi-
ne levato a'vincitori la morte il
nimico, e la notte il giorno. Ma
quanto meglio ſi appoſer coloro
che, abbaſſate le inſegne, chiedet-
tero ſupplichevoli il perdono del
loro neceſſario ubbidire, e bacian-
do il ſuolo, proſteſero ſotto di Vo'
il corpo e le armi? Nè gli traſ-
curaſte Voi già con ſuperbia per-
chè vinti, con iſdegno perchè rei,
con iſprezzo perchè di poco ri-
marco; ma, ricevutigli con corte-
ſia e liberalità, voleſte che dive-
niſſero Romani. Vi ſi uniſcono
in compagnia quelle ſquadre;
e ſotto ad un ſolo capo ſi pongono
diverſe membra della Repubbli-
ca. Marciano con egual giubilo
ambi gli eſerciti; godono queſti
della lor'opera, quelli del perdo-
n'ottenuto, amendue della vit-
toria.

CAP. XXXVII. *NEc pia (a) Hæmona cunctantiùs, ubi te affore nunciatum, impulsis effusa portis, obviam provolavit; & (ut est omne desiderium post spem impatientius) parum credens patere venienti, festinavit occurrere venturo. Fingit quidem, ut scimus, timor gaudium; sed ita intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, ut in speculo frontium imago extat animorum. Velut illa civitas a longâ obsidione respirans, quòd eam Tyrannus Alpibus objacentem, tanquam belli limen, attriverat, tantâ se & tam simplici exultatione jactabat, ut ni esset vera lætitia, nimia videretur. Ferebant se obviæ tripudiantium catervæ; cuncta cantu & crotalis personabant. Hic tibi triumphum chorus; ille contra Tyranno funebres (b) nanias, & carmen exequiale dicebat. Hic perpetuum victis abitum; ille victoribus crebrum optabat adventum. Jam quocunquè tulisses gradum, sequi, circumcursare, præcedere; vias denique, quibus ferebaris, obstruere. Nullus cuiquam sui tuive respectus; blandam tibi faciebat injuriam con-*

CAP. XXXVII. NE tardò la pia Emona, tostochè le fu data nuova ch' eravate vicino, a spalancare le porte, ad uscirne, a volarvi incontro; e come ogni desiderio dopo la speranza si è più impaziente, credendo di fare al vostro arrivo poca comparsa, affrettossi per incontrarvi lontano. Fingesi ben sovente, come sappiamo, dal timor l'allegrezza; ma si palesan dal volto i sentimenti più occulti dell' interno in guisa, che nello specchio della fronte vedesi il ritratto dell'animo. Così quella che respirava da un'assedio sì lungo, poichè come frontiera dell'Alpi, e perciò porta della guerra, aveala disfatta il Tiranno, brillava di un giubilo così grande e sincero, che, se non fosse stato verace, sarebbe forse paruto soverchio. Venianvi incontro schiere di tripudianti; risonava di canti e di stromenti ogni parte. A Voi un coro cantava il trionfo; un'altro funeste nenie, e canzoni di morte al Tiranno. Questo augurava un' eterna partenza a' vinti, quello frequenti venute a' vincitori. Ad ogni vostro passo seguianvi; correanvi d'intorno, ed innanzi; ingombravano infin le strade del vostro passaggio: E perdutosi ogni riguardo, vi si faceano dolci oltraggi da quel-

a *Hæmona*. Scribitur & *Æmonia*. Duplex est, altera in Istria, nunc *Città Nova*; altera in Pannoniæ superioris, ac Norici finibus, nunc *Igg*. Nonnulli tamen Hæmonam hanc esse dicunt eam, quæ nunc *Laubach* incolis, *Lubiana* nobis appellatur. Quidquid sit, non primam sane Noster intelligit; sed eam, quæ e Pannonia in Italiam venienti per Alpes Julias occurrit.

b *Nenias*. Næniæ erant lugubria carmina, quæ ad defuncti cadaver canebantur ad tibiam, plerunque *a conducta à muliere, quæ Præfica dicebatur*, inquit *Non. Marcell.*

Api-

contumacia gaudiorum . Quid ego referam pro manibus ſuis feſtum libera nobilitatis occurſum; conſpicuos veſte niveâ Senatores, reverendos municipali purpurâ Flamines, inſignes (a) *apicibus Sacerdotes ? Quid portas virentibus ſertis coronatas ; quid aulæis undantes plateas , accenſiſque funalibus auctum diem ? effuſam in publicum turbam domorum ; gratulantes annis ſenes, pueros tibi longam ſervitutem voventes , matres lætas , virgineſque ſecuras ? Nondum omne confeceras bellum, jam agebas triumphum .*

quelle inceſſanti allegrezze. Non dirò che v' incontrarono feſteggianti alle mura i Nobili liberati, i Senatori ragguardevoli in bianca veſta, i Flamini venerabili nella propria lor porpora, i Sacerdoti colle mitre maeſtoſe. Non dirò che ſi coronarono di verdi feſtoni le porte; che ondeggiarono per le piazze gli arazzi, e con acceſi doppieri ſi fece più riſplendere il giorno; che uſcirono da ogni caſa in pubblico le famiglie; che i vecchi ſi conſolarono de' loro anni, i giovani una lunga età conſecraronvi; ch'era lieta ogni madre, ſicura ogni vergine . Non era ancor finita la guerra , e Voi già trionfavate.

CAP. XXXVIII.

IBat interim Maximus , ac te poſt terga reſpectans, in modum amentis attonitus avolabat : Nec ullum ille conſilium ullamve rationem , aut denique ſpem , quæ poſtrema homines deſerit , ſequebatur ; quin ipſos vias implicabat errores , & nunc dexter aut lævus , nunc veſtigiis ſuis obvius (b) *incertum iter ancipiti ambage texebat . Quoties ſibi ipſum putamus dixiſſe ; Quò fugio? Bellumne tentabo, ut quem viribus totis ferre non potui, parte ſuſtineam ? Alpes Cottias obſerabo , quia Juliæ pro-*

CAP. XXXVIII.

SE ne andava Maſſimo intanto; e vedendo Voi dietro a ſe, sbalordito come pazzo fuggiaſi; ſenza conſiglio alcuno, ſenza regola, ſenza ſperanza finalmente, che pure abbandona l'ultima gli uomini: Teneva anzi un cammino confuſo, e fallito; ed or'a deſtra o a ſiniſtra, or'indietro movendoſi, formava un viaggio incerto di varj ravvolgimenti . Quante volte crediamo aver deſſo ſeco sì favellato? *Ove fuggo ? Ritenterò guerra ? Sì , per ſoſtener con parte ſola delle forze chi non hò potuto ſoſtenere con tutte.*

Chiu-

a *Apicibus* . Apices proprie ſummitates Pilei ſacerdotalis : hìc pro toto Pileo ſumuntur. Confer hæc, & loci hujus reliqua cum *Eumen. Pan. VIII, cap.* 8, & *Claud. de VI Conſul. Hon. V.* 545. &c.

b *Incertum iter* , &c. Videtur Noſter præ oculis tunc habuiſſe illa *Lucani* , *lib.* 8, de Pompejo fugiente ; *Incerta fugæ veſtigia turbat , Implicitaſque errore vias* .

Quam

profuerunt ? Peto Africam, (a) quam exhauſi ? Repeto Britanniam, quam reliqui ? Credo me Galliæ ? Sed (b) inviſus ſum. Hiſpaniæ committo ? Sed notus ſum. Quid ergo faciam inter arma, & odia medius ? A tergo premor hoſtibus, a fronte criminibus. (c) Si morerer evaſeram; ſed ecce nec animum ſequitur manus, nec manum gladius; labitur ferrum, tremit dextera, mens fatiſcit. (d) *O quàm difficile eſt miſeris etiam perire ! Ergo, ut clauſæ caſſibus feræ, quæſito diù exitu deſperatoque, conſiſtunt, & præ timore non fugiunt, ita ille ipſo, quo agitabatur metu, alligatus in oppidum ſemet Aquilejenſe præcipitat, non ut vitam defenderet reſiſtendo, ſed nè panam fruſtrando differret. Quanquam quæ poterat ulterior eſſe dilatio, cùm ita veſtigiis ejus ac tergo ardens miles inſiſteret, ut penè omnem, quæ eſt ſecuta, pompam ultio feſtinata* (e) *præceperit ?*

